GAI SOLII APOLLINARIS SIDONII EPISTVLAE ET CARMINA

C. Sollius Modestus Apollinaris Sidonius, Faustus (of Riez), ...

Digitized by Google

943
M815
2

Digitized by Google

Prof. W. Arndt

Digitized by Google

Digitized by Google

MONVMENTA
GERMANIAE
HISTORICA

INDE AB ANNO CHRISTI QVINGENTESIMO
VSQVE AD ANNVM MILLESIMVM
ET QVINGENTESIMVM

EDIDIT

SOCIETAS APERIENDIS FONTIBVS
RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI

AVCTORVM ANTIQVISSIMORVM TOMVS VIII

APOLLINARIS SIDONII EPISTVLAE
ET CARMINA

BEROLINI
APVD WEIDMANNOS
MDCCCLXXXVII

Digitized by Google

GAI SOLLII
APOLLINARIS SIDONII
EPISTVLAE ET CARMINA

RECENSVIT ET EMENDAVIT

CHRISTIANVS LVETJOHANN.

ACCEDVNT

FAVSTI ALIORVMQVE EPISTVLAE AD RVRICIVM ALIOSQVE
RVRICII EPISTVLAE

RECENSVIT ET EMENDAVIT

BRVNO KRVSCH.

BEROLINI
APVD WEIDMANNOS
MDCCCLXXXVII

Digitized by Google

LIBRARY OF THE
LELAND STANFORD JR. UNIVERSITY.
a. 42159
JUL 14 1900

Aulae Vimariensis officina typographica.

Digitized by Google

DE SIDONIO APOLLINARE.

Christiano Luetjohann, cui haec operum Sidonianorum recensio debetur, ut eam ipse perficeret datum non fuit; obiit Kiliae d. 8. Apr. a. 1884 annum agens duodequadragesimum. Impressas vidit huius editionis paginas ad 104; ipsum opus reliquit fere absolutum, ex praefatione autem non absolvit nisi elenchum librorum scriptorum. Gravi casu eo cum edendi libri incohati in me cura recideret, ut aliquatenus id efficeretur (nam quae cum vero auctore perierunt, nullo modo recuperabuntur), amicis debeo et Luetjohanni qui fuerunt et meis, imprimis Friderico Leoni Rostockiensi, cuius fortem fidelemque operam ut in aliis saepe ita in Sidonio publici iuris faciendo vel maxime expertus sum. Eam autem ita administravimus, ut ad apparatum a Luetjohann diligenter digestum et fere absolutum epistulas ipse ederem adiutus a Leone et Wilamowitzio, carmina Leo me adiutore itemque Buechelero et Wilamowitzio, praefationis partem criticam Leo in se susciperet, vitam auctoris ego enarrarem. Indicum quattuor quos adiecimus primum locorum similium elaboravit Eugenius Geisler Breslaviensis, secundum personarum et tertium locorum ego, quartum verborum et locutionum Eduardus Grupe Pfalzburgensis.

Fausti et Ruricii epistulas, quae ut adicerentur ab iis qui monumentis Germaniae historicis edendis praesunt Luetjohannus impetravit, sed morte praeventus recensere non potuit, recognovit Bruno Krusch, qua de re ipse infra exposuit. Indices personarum et locorum ad hanc partem operis idem confecit meisque interposuit.

Th. Mommsen.

Digitized by Google

Codicum Sidonianorum, si epistularum carminumque ordinem aut transpositionibus mutatum aut etiam lacunis hiantem spectaveris, quattuor familias facile discernes.

Atque prima quidem familia omnia Sidonii scripta continet eodem quo in exemplaribus vulgatis ordine disposita, nisi quod ep. l. VII, 6 et 7 post nonam legun-
C tur. Primum in hac familia locum obtinet cod. Matritensis Ee 102, in bibliotheca nationali asservatus, membranaceus formae quadratae saeculo X vel XI nitidissime scriptus; quem *Cluniacensis* nomine significavi. Namque in hoc uno codice, et id quidem in extremae paginae margine interiore, eadem manu qua cetera aut certe non multo recentiore scriptum inveni illud epitaphium Sidonii, quod Sirmondus 'ex vetere codice Cluniacensi depromptum' edidit. Ita autem praeter compendia et ligaturas se habet:

EPITHAPHIUM[1]) *SIDONII.*

Sanctis contiguus sacroque patri
Vivit sic meritis Apollinaris,
Illustris[2]) *titulis, potens honore,*
Rector militie[3]) *forique iudex,*
Mundi inter tumidas quietus undas,
Causarum moderans subinde motus
Leges barbarico dedit furori;
Discordantibus inter arma regnis
Pacem consilio reduxit amplo.
Haec inter tamen et philosophando
Scripsit perpetuis habenda seclis;[4])
Et post talia dona Gratiarum
Summi pontificis sedens cathedram
Mundanos soboli refudit[5]) *actus.*
Quisque hic cum[6]) *lacrimis deum rogabis,*
Dextrum funde preces super sepulcrum:
Nulli incognitus et legendus orbi
Illic Sidonius tibi invocetur.

XII kl Septembris Zenone imperatore.

Praeterea animadvertendum est quod in fol. 7[a] a manu saeculi XII scriptum legitur: *Dignum est memoria, quod domnus Bernardus camerarius dixit in cimiterio fratrum coram domno abbate audientibus nonnullis seniorum. Ait enim: dedecus magnum est monacho murmurare. Quod memorabile dictum iussit scribi domnus abbas.* Denique in imo fol. 8[b] legitur haec inscriptio saeculo XVIII exarata: *Collegii Tolosani Soc. Iesu. dono Illustrissimi Samuelis de Fermat Senatoris in Parlamento Tolosano.* Constat

1) *Epitaphium* Sirmondus. 2) *Inlustris* Sirmondus. 3) *militiae* Sirmondus. 4) *saeclis* Sirmondus. 5) *suboli refundit* Sirmondus. 6) *dum* Sirmondus; et 'c' littera in codice usque adeo evanuit, ut facile dubites utrum 'cum' an 'dum' legas.

Digitized by Google

autem codex fol. 162 sive viginti quaternionibus, e quibus septimus decem, ultimus septem folia complectitur; quaterniones usque ad undecimum numerati sunt, ceteris numeri desunt. Continent autem praeter ea, quae iam commemoravi, fol. 1—7ᵃ med. Ciceronis Catonem maiorem saeculo XII exaratum et ita inscriptum: *Exceptiones de libro Tullii Ciceronis quem scripsit ad Titum de senectute;* tum fol. 7ᵃ—8ᵃ excerpta de Gregorii Turonensis historia Francorum (l. II, 21—25) cum hac inscriptione; *Gregorius Turonensis de sancto Sidonio Arvernorum episcopo,* ab alia manu, sed ipsa quoque saeculo XII exarata; deinde fol. 8ᵇ Ausonii de Caesaribus versus septemdecim (hi autem Sidonii esse dicuntur hac in margine apposita inscriptione: *Sidonii versus de duodecim imperatoribus Romanis*) et ipsius Sidonii inscriptionem; denique fol. 9—162ᵇ Sidonii epistulas et carmina, atque haec quidem, ut Ausonii versus, saeculo X vel XI ineunte scripta. Codicem primo in Hispania inspectum descripserat Paulus Ewald, postea in Germaniam transmissum Berolini ipse totum contuli.

Huius plane gemellus est cod. Vaticanus 3421 membranaceus formae quadratae saeculo X pari elegantia neque tamen eadem diligentia exaratus qua Cluniacensis. Constat fol. 163; et continet fol. 1ᵃ Ausonii de Caesaribus versus septemdecim, fol. 1ᵇ—158ᵃ Sidonii epistulas et carmina, fol. 158ᵇ—163 tractatus Christianos. Totum contuli Romae.

Denique cod. Parisinus 2168 membranaceus formae octavae saeculo X vel XI ex eodem quo Cluniacensis et Vaticanus 3421 archetypo nitidissime transcriptus est: adeo vocabulis aut depravatis aut omissis aut transpositis consentit cum illis. Constat fol. 48 neque iam totum Sidonium continet; desinit enim in epistulae l. VII, 2 verba p. 105, 1: *quae tamen ut gesta sunt si quispiam dignus.* Sed cum in ima pagina nullo spatio relicto deficiat, manifestum est cetera quaternionibus aliquot deperditis interiisse. Inspexi Parisiis.

Alterius familiae codices omnes turbatum in l. VI et VII epistularum ordinem habent. Namque in ep. l. VII epistulam septimam excipit duodecima; tum interposita est quae suo loco non legitur ep. l. VI, 11; hanc subsequuntur ceterae l. VII epistulae, sed ita, ut decima post undecimam translata sit. Horum codicum pars totum Sidonium, pars praeter epistulas aliquot tantum carmina, pars solas epistulas exhibet.

Atque ex eis, qui omnia Sidonii scripta complectuntur primus erit cod. Parisinus 9551 membranaceus formae maximae saeculo XII exeunte satis diligenter scriptus. Praeter turbas huic generi communes in ep. l. V epistula duodecima post tertiam decimam, in ep. l. VIII epistula prima post secundam, ex carminibus id quod ultimum est post carm. XXI transmigravit. Codicem in Germaniam transmissum totum contuli. *F*

Huic affinis est cod. Vaticanus Reginae 203 membranaceus formae octavae saeculo XII eleganter scriptus; continet fol. 107. Nam cum Parisino 9551 et lectionibus et scriptorum ordine consentit, nisi quod ep. l. V, 12 et ep. l. VIII, 1 locum non mutaverunt. Inspexi Romae; totum excussissem, si per temporis angustias licuisset. Nunc vero Augustus Mau amicus de sat multis locis sciscitanti mihi promptissime rescribens fecit, ut me illo codice sine damno carere posse existimarem.

In hoc numero est etiam cod. Regius 4. B. IV, qui servatur in Museo Brittannico, membranaceus formae quadratae, cui in primo folio inscriptum exstat: *liber monasterii Wygornie.* Codex miscellaneus est continetque praeter alia, de quibus vide Casleyi catal. bibl. regiae (Londini 1734), in fol. 120—202ᵇ totum Sidonium saeculo XII vel XIII scriptum multisque mendis inquinatum. Praeter solitas in hoc genere epistularum transpositiones haec habet peculiaria: ut in cod. Parisino 9551 in ep. l. V epistula decima tertia praecedit duodecimam, et in ep. l. VIII epistula

Digitized by Google

prima post secundam legitur: post ultimam l. IX epistulam ep. l. V, 12 et 18, quamquam suo loco inveniuntur, repetitae sunt. Sidonii epistulas excipiunt Ausonii de duodecim imperatoribus Romanorum versus duodequadraginta et Sidonii ac Symmachi vita quaedam (fol. 181[a]). Post unam paginam (fol. 181[b]) vacuam eadem manu, quae epistulas scripsit, carmina ita exarata sunt, ut carm. XXIV post carm. XXI, sicut in cod. Parisino 9551 et Vaticano Reginae 203, re. actum legatur. Carminibus adnexi sunt sine auctoris nomine hi Ausonii versus: 26 hexametri *de institutione viri boni* (idyll. 16.); 25 hexametri *de pitagoricis diffinitionibus* ΗΑΙ ΤΕΟΥ (idyll. 17.); praeterea nescio cuius auctoris 14 hexametri, qui inscribuntur *commonitio mortalitatis nostrae*, et 10 hexametri *de mentis nostrae mutabilitate*. Codicem primo Hermannus Varnhagen amicus descripsit, postea ipse Londini inspicere potui.

Cum hoc codice artissima affinitate conexus est cod. Bodleianus Auct. G. 45 membranaceus formae quadratae saeculo XII vel XIII scriptus. Continet praeter Solinum in fol. 64—131 Sidonii epistulas et carmina eodem modo sive disposita sive repetita, quo in cod. Regio 4. B. IV leguntur, eisque adiuncta eadem poemata, quae exhibet ille: eo tantum ab illo discrepat, quod Ausonii monostichis vitisque Sidonii et Symmachi caret, quae in cod. Regio inter Sidonii epistulas et carmina leguntur. Praeterea aliquot post fol. 70 et fol. 76 foliis deperditis e Sidonio ipso ep. l. II, 4; 5; 6; 7; 8; 9 (usque ad illud p. 31, 8 *potissimum anterius edulibus nostris culina fumaret*) et ep. l. III, 14 (inde ab illo p. 51, 17 *defrogatoribus quid ex asse pronuntiem*) cum ep. l. IV, 1; 2; 3 (usque ad illud p. 55, 23 *aestuat ut Cethegus*) plane deficiunt. Inspexi Oxonii.

His duobus codicibus quos modo descripsi, cum nondum mutilatus esset, simillimus erat cod. Bodleianus Digby B. N. 6 membranaceus formae quadratae, qui in fol. 21—80 Sidonii epistulas et carmina aliquot continet. Nam Sidonii epistulae eodem ordine, quo in illis, leguntur, nisi quod ep. l. V, 12 et 18 post l. IX finem non repetitae sunt; ex carminibus, quae illi exhibent, non exstant nisi Sidonii carm. I et II atque *commonitio mortalitatis nostrae* et versus *de mentis nostrae mutabilitate*. Ceterum deperditis nonnullis foliis e Sidonii epistulis initium usque ad ep. l. III, 12 p. 48, 4 *proxi[ma feci non expolitum* deficit. Denique fol. 37—44 Symmachi aliquot epistulas eadem manu scriptas continent, quibus intersertis Sidonii ep. l. VI, 2 in medio vocabulo p. 96, 12 *prae rogativa* interrupta est. Inspexi Oxonii.

Iam venio ad eos alterius familiae codices, qui praeter epistulas aliquot tantum carmina continent. Horum duplex est genus: praeter epistulas prius octo carmina priora, alterum pauciora exhibet. Atque priori generi cum eis huius familiae codicibus, qui totum Sidonium habent, is ordo epistularum communis est, ut ep. l. VII septimam excipiat duodecima, tum intrusa sit quae suo loco non invenitur ep. l. VI, 11, denique ex ceteris l. VII epistulis decima post undecimam reiecta sit. Praeterea plerique huius generis codices in ep. l. VIII, ut cod. Parisinus 9551 aliique quos commemoravi, epistulam primam secundae postponunt; uni cod. Parisinus 2782 et cod. Ottobonianus 2013, ut cod. Vaticanus Reginae 203, illius epistulae locum non invertunt. Ex carminibus autem omnes sexto et septimo extremum post octavum locum dederunt; denique in omnibus carm. II desinit in v. 182 *praeterea quicquid Latiaribus indere libris*. His expositis prioris generis codices enumerabo.

Cod. Laurentianus plut. XLV, 26 membranaceus formae octavae saeculo XII a duobus librariis satis eleganter scriptus; e quibus alter maioribus et magis perspicuis litteris usus confecit ea, quae ab initio leguntur usque ad ep. l. VIII, 12 p. 143, 16 *ubi quaesumus animo tam* et ab ep. l. IX, 14 p. 168, 1 *officii magis nostri est* usque ad finem carminum; alter quae media intersunt minutioribus et angustioribus litteris exaravit. Ceterum ex quindecim quaternionibus, quos olim codex continebat, quintus deperditus posteaque a manu recentiore restitutus est; ab hac igitur scripta sunt quae legimus

Digitized by Google

inde ab ep. l. IV, 4 p. 57, 5 *ma[gis quam quasi coli intellegebat* usque ad ep. l. IV, 20 p. 71, 1 *latera rhenonibus* (quamquam extrema inde ab ep. l. IV, 20 p. 70,16 *pedes primi perone* etiam in insequenti folio a manu vetere scripta exstant). Itemque si quae in summis foliis umore affecta evanuerant, ea manus recentior in eadem aut in proxima pagina iteravit. Continet autem codex praeter Sidonii scripta Ausonii carmina quae inscribuntur *versus de duodecim imperatoribus Romanorum; de longitudine regni eorum; de finibus eorum.* His subiecta sunt haec verba, quae sunt Augustini de civ. dei 6, 2: *Varro vir undecumque doctissimus tam multa legit, ut ei aliquid scribere vacasse, tam multa scripsit, ut eum tanta legisse miremur.* Sequuntur Eusenii nescio cuius versus tres ad diabolum, tum *epistola regis Avarorum directa ad imperatorem Romanum,* id est Corippi in laudem Iustini III vv. 271—288, deinde 13 vv. de septem sapientibus, denique tria Venantii Fortunati carmina (l. I, 21; XI, 25 et 26, cf. ed. L.). Finem faciunt aliquot Symmachi et Senecae ad Paulum epistulae. Totum contuli Florentiae.

Cod. Bernensis 285 membranaceus formae maximae saeculo XII scriptus, olim Iacobi Bongarsii. Constat quattuordecim quaternionibus, sed secundo tertium folium ademptum, duodecimo unum folium adiectum est (fol. 96). A tribus fere librariis diversa manu scripta sunt quae complectitur. Ac primus quidem in septem quaternionibus primis (fol. 1—55) Sidonii epistulas scripsit usque ad ep. l. VII, 2 p. 105, 25 *diversorio cui ipse successerat;* in quaternionibus qui ab octavo ad duodecimum numerantur cum agglutinato illo folio alter Sidonii epistulas ad finem perduxit (fol. 56—85ᵃ), tertius carm. I—VIII et Ausonii de imperatoribus Romanorum versus exaravit (fol. 85ᵃ—96); in quaternionibus decimo tertio et quarto rursus primus Sidonii epistulas ab ep. l, VII, 2 p. 105, 25 *diversorio cui ipse successerat* usque ad finem ep. l. VII, 6 scripsit (fol. 97—99); denique diversa manus etiam excerpta ex Beda de rer. nat. adiunxit. Quae cum ita sint, manifestum est olim quaternionem tertium decimum septimo adhaesisse, postea autem illis disiunctis alterum librarium repetivisse quae prior iam in fol. 97—99 scripserat. Praeterea etiam in eis partibus, quas a primo librario transscriptas esse dixi, cum pauca quaedam hic et illic verba tum ea quae leguntur inde ab ep. l. IV, 18 p. 68, 26 *eque contrario si quid iniungas* usque ad ep. l. V, 1 p. 78, 11 *si quidem hac definitione perrexit ut aut* a diverso scripta esse videntur. Hinc explicari posse videtur, cur in hoc codice ep. l. IV, 22 alium atque in ceteris eiusdem generis codicibus locum obtineat, scilicet post ep. l. V, 7. Nimirum alter librarius epistulam, quam ab altero praetermissam vidit, quo primo potuit loco addidit. Denique quaternio duodecimus, quem pars carminum occupat, perperam ita complicitus est, ut quattuor folia, quae extrema esse debent, prima sint. Quo factum est, ut post carm. V, 81, in quem versum desinit quaternio undecimus, cetera hoc ordine legantur: carm. VI, 1—36; VII, 1—510; V, 82—603; VIII 1—16; VI, 1—3. Codicem in Germaniam transmissum totum contulit mihi Hermannus Oldenberg Berolinensis.

Cod. Stockholmensis, qui sine certo numero in bibliotheca regia servatur, membranaceus formae maioris saeculo XII, ut videtur, ita exaratus, ut librarius, etiamsi nihil omitteret, tamen hic illic paginas aliquas vacuas relinqueret. Praeter Sidonii scripta continet haec a duabus aliis manibus, sed eodem, ut videtur, saeculo exarata: Ausonii de duodecim imperatoribus Romanis tria carmina; e Deidamiae ad Achillem epistula, quam e cod. Parisino 2782 A. Riese edidit in Mus. Rhen. XXXIV pag. 474 sqq., vv. 1—37; e Venantii Fortunati carm. l. XI, 25 vv. 12—32 et 26 vv. 1—12. Hunc codicem mihi primo inspexit Ludovicus Mendelssohn eodemque intercedente postea diligentissime descripsit Tegnér Stockholmensis, bibliothecae regiae praefectus. [Cf. infra p. XXIII.]

Cod. Vaticanus Reginae 216 membranaceus formae octavae saeculo XII vel XIII satis accurate scriptus. Nunc continet fol. 164; sed cum in ima pagina desinat in carm. VII v. 586 *intonat Augustum plausu faustumque fragorem,* verisimile est aut

Digitized by Google

aliquot folia periisse aut certe librarium, si potuisset, cetera etiam additurum fuisse: (ceterum cave credas etiam carm. VIII decesse, quod in his codicibus ante carm. VI retractum esse supra demonstravi). Praeterea in ep. l. VI non solum epistula undecima, ut adsolet, suo loco omissa, verum etiam epistula decima post duodecimam reiecta est. Denique in ep. l. IX, 16 inde a versu 53 *neu puter solvi per amoena dicta* exitus nescio quo casu deficit. Inspexi Romae.

Cod. Philippicus 1685 membranaceus formae quadratae saeculo XII vel XIII nitidissime scriptus, sed admodum mendosus. Desinit, ut cod. Vaticanus Reginae 216, in ep. l. IX, 16 in versum 53 *neu puter solvi per amoena dicta;* itemque, ut in illo, librarius ep. l. VI, 10 et 12 transposuit, sed ipse postea in verum ordinem redegit; nam ad ep. l. VI, 12 adscripsit: *haec epistola sequitur consequentem*, ad ep. l. VI, 10, *haec epistola praecedit antecedentem*. Insunt in codice Cassiodorii variarum libri quinque; Sidonii scripta: Ausonii de duodecim imperatoribus Romanorum carmina tria, *dōni hyldebti cenoñ ēpi p'ten turoñ archiēpi de expositione missa; eiusdem de sacrificio; eiusdem de baptismo; eiusdem de coniugio* et alia: *versus hyldeberti episcopi de vita sanctae mariae egyptiace; passio sēi laurentii mrīs; passio sēi vincentii mrīs; liber de pretiosis lapidibus; hyldebert' cenoñ ēps de vestib; eccle; de divinis catholice eccle offitiis; de trina statione sacerdotis; de monacho dormiente ad vigilias; epitaphium hugonis ēpi austidtod; proverbia epistolarum senecae.* Inspexi Cheltenhamiae in aedibus Fenwicki, viri reverendissimi.

Cum hoc codice cod. Philippicus 3671 membranaceus formae maximae saeculo XII vel XIII nitide scriptus ita consentit, ut aut alterum ex altero aut utrumque ex eodem exemplari transscriptum esse probabile sit. Nam eo tantum a cod. Philippico 1685 diversus est, quod in initio Cassiodorii variarum libros omisit et in fine mutilatus in ima pagina deficit in media passione sancti Vincentii. Inspexi Cheltenhamiae apud Fenwickum virum reverendissimum.

His codicibus Philippicis adiungendi sunt tres qui sequuntur; namque in eis ep. l. VI, 10 et 12 eodem modo translocatae eademque adnotatione in suam sedem reductae sunt, qua in illis.

Cod. Parisinus 2171 membranaceus formae quadratae saeculo XIII vel XIV exaratus. Complectitur fol. 103, in quibus praeter Sidonium Ausonii de duodecim imperatoribus Romanorum tria carmina, sed mutilata et turbato versuum ordine disiecta, et Ciceronis Laelius leguntur. Inspexi Parisiis.

Cod. Hauniensis prior, qui in bibliotheca regia sub hac nota *Thottske Samling Nr. 50 Fol.* servatur, membranaceus saeculo XIII satis eleganter scriptus. In fol. 91 divisis in binas columnas praeter Sidonium Ausonii de Caesaribus tria carmina eodem modo, quo in cod. Parisino 2171, turbata continet. Meum in usum per litteras rogatus promptissime inspexit O. Siesbye Hauniensis.

Cod. Montepessulanus 4, qui est in bibliotheca scholae medicae, membranaceus formae maximae saeculo XII exeunte scriptus, olim inter libros Petri Pithoei numeratus. Continet autem Cassiodorii var. l. I et IX—XII (fol. 1 sqq.), Symmachi epistulas usque ad l. VII, 55 (fol. 79ᵇ sqq.); Boetii scripta quaedam theologica (fol. 116ᵇ sqq.); vaticinationem quandam versibus hexametris compositam cum commentario (fol. 127ᵃ sqq.), Sidonii scripta (fol. 129ᵃ sqq.), Ausonii de Caesaribus tria carmina eisdem mendis, quibus in cod. Parisino 2171 et cod. Hauniensi priore, inquinata. Codicem propter Symmachi epistulas ab Ottone Seeck edendas in Germaniam missum Berolini inspexi.

Restat, ut de eis huius generis codicibus disseram, in quibus ep. l. VIII, 1 suam sedem tenet, de cod. Parisino 2782 et cod. Ottoboniano 2013.

Atque cod. Parisinus 2782 membranaceus formae quadratae saeculo XII vel XIII eleganter scriptus constat tredecim quaternionibus in primo quoque folio numeratis sive

foliis 104. Continet praeter Sidonii scripta Ausonii de Caesaribus tria carmina et Deianirae ad Achillem epistulam, quam A. Riese ex hoc codice edidit in Mus. Rhen. XXXIV pag. 474 sqq. Codicem in Germaniam missum totum contuli.

Cod. Ottobonianus 2013 membranaceus formae quadratae saeculo XIII scriptus continet praeter Sidonii scripta Ausonii de Caesaribus carmina tria, epistulam regis Avarorum id est Corippi in laudem Iustini III vv. 271 sqq., versus de septem sapientibus, tria Venantii Fortunati carmina (l. I, 21; XI, 25 et 26), quae omnia etiam in cod. Laurentiano plut. XLV, 26 exstare dixi. Quae cum ita sint, dubitari nequit, quin huic codici affinis sit: nihilominus cum cod. Laurentiano plut. XLV, 23 eiusque genere, de quo mox exponam, eo conspirat, quod in ep. l. V secundam tertiae postponit et post. ep. l. VIII, 8 falsa subscriptione novi libri initium significat; neque tamen post l. VII vera subscriptio deest. Inspexi Romae.

Iam venio ad alterum genus codicum, quos praeter epistulas pauciora quam octo illa carmina complecti supra dixi. Hi omnes epistulas l. VI et VII eodem modo quo prius genus perturbatas et ep. l. VIII, 1 post secundam translocatam habent; de carminibus in singulis describendis dicendum erit.

Ex hoc numero primus erit cod. Lipsiensis I, 48, qui est in bibliotheca senatoria, membranaceus formae octavae saeculo XIII ineunte exaratus. Continet fol. 1—92[b] Sidonii scripta, fol. 92[b]—98[a] excerpta e Suetonii vitis Caesarum, fol. 98[a]—103[b] excerpta e Valerio Maximo, fol. 104[a]—141[b] commentarium Ovidii ita inscriptum *incipiunt bursarii Ovidianorum*. Excerpta Suetoniana et Valeriana scripsit saeculo XIII manus similis illi, quae Sidonii carm. II supplevit; commentarium illum saeculo XIV vel XV manus recentior exaravit. Cfr. Naumanni catalogum libr. manuscr. qui in bibl. senatoria civ. Lips. asservantur pag. 28 sq. E Sidonio cum unum folium perierit, desunt quae in ep. l. VII inde ab ep. 5 p. 108, 17 *obstiterit interpres* usque ad ep. 6 p. 110, 7 *dignitatis heredem in illa ecclesia sacerdotium moritur* leguntur. Ex carminibus non exstant nisi I—V et XXI. Atque carm. II olim defecit in v. 182; postea manus altera v. 183 addidit et hac nota in margine adscripta *require in secundo sequentis quaternionis folio* significavit fol. 92, in quo et ipsa brevi spatio relicto post carm. XXI perscripsit carm. II vv. 184—548. Codicem a Naumanno, viro clarissimo, benigne permissum inspexi; usurpavi etiam eam Sidonii editionem, quacum Mauricius Haupt olim aliquam huius codicis partem contulerat.

Cod. Leidensis lat. 121 membranaceus formae octavae saeculo XI exeunte vel XII scriptus, olim Petri Danielis, constat fol. 57 in binas columnas divisis. Praeter solitas in disponendis epistulis turbas ep. l. III, 13 tota omissa, ep. l. V, 18 post ep. 20 reiecta est. Praeterea partes extremae desunt in his epistulis: in ep. l. I, 5 inde ab illo (p. 6, 11) *ilicet etsi secus quaepiam;* in ep. l. I, 11 inde ab illo (p. 16, 27) *igitur insidias nescienti;* in ep. l. II, 2 inde ab illo (p. 22, 16) *et nunc dum in carbaso sudat unus;* in ep. l. II, 9 inde ab illo (p. 30, 18) *quamquam de praediorum;* in ep. l. III, 3 inde ab illo (p. 41, 22) *ad nominis tui rumorem.* Itemque in ep. l. V, 17 quae incipiunt ab illo (p. 90, 6) *de loci sane turbarumque compressu* et desinunt ita (p. 91, 11) *facundiae fons inexhaustus* manus prima omiserat; sed haec quidem manus recentior, ni fallor, saeculo XIII addita etiam extrema parte epistulae inde ab illo *vide domine Solli,* quae suo loco non deest, supplevit in folio unico idque (fol. 26) ita ceteris inseruit, ut ep. l. V, 16 in his verbis (p. 89, 11) *insignibus vestris quae tu* ‖ *hactenus* interrumpat. Denique Sidonius in media columna altera fol. 56[a] post carm. II v. 51 explicit, ita ut non legantur nisi carm. I et carm. II vv. 1—51; post illum versum manus altera addidit hanc subscriptionem *explicit iste liber; poscat sua dona magister.* Reliquam partem fol. 56 et fol. 57[a] nec non spatium quod liberum erat in fol. 26 occupavit glossarium latinum recentissima manu scriptum. Hunc codicem ut possem inspicere, fecit Adolfi Kiessling amicitia, cui Lugduno olim transmissus erat.

Cod. Ambrosianus C. 52 sup. membranaceus formae octavae saeculo XIII vel XIV scriptus praeter epistulas continet carm. I—V. Sed carm. V sine subscriptione media in pagina desinit in v. 198 *parva loquor quid quod quotiens tibi bella geruntur.* Contra e carm. II exitus inde a v. 182 non deest. Quod cum ita sit, in hoc codice, quem epistularum ordo turbatus ad alteram familiam pertinere demonstrat, carmina ex nescio quo alius generis exemplari addita esse statuerim.

Aptissime igitur ab hoc transeo ad reliquos alterius familiae codices, qui epistulas solas complectuntur. Vix est quod moneam eos eundem epistularum in l. VI et VII ordinem nec non ep. l. VIII, 1 post secundam translocatam exhibere: videas tamen quae infra de cod. Claromontano 195 exponam.

Cod. Harleianus 4048 membranaceus formae octavae saeculo XII elegantissime scriptus. Codicem primo mihi descripserat Hermannus Varnhagen, postea ipse inspexi Londini.

Cod. Guelferbytanus 1027, olim Helmstadiensis, membranaceus formae minoris miscellaneus, qui in fol. 84—153 (sive octo quaternionibus in ima margine numeratis et sex foliis separatis) Sidonii epistulas saeculo XII vel XIII neglegentissime scriptas exhibet. In fol. 153 haec inscriptio legitur: *Memoriale frīs Henrici de Herwordia pro Bibliotheca xvent' Mindensis frūm ord. predicatorum.* Quamquam in ordinandis epistulis ceteris a familia sua non discrepat, tamen nescio quo casu ep. l. VII, 10 non modo post ep. 11, verum etiam post ep. 13 repulsa est. Praeter Sidonium in fol. 8—51 Boetii arithmetica et in fol. 52—73 Horatii epist. I, 1—II, 2 v. 193 continet: quae in fol. 1—7 et fol. 74—83 scripta sunt, indigna mihi visa sunt quae enotarentur, cum codicem humanissime mihi permissum inspicerem. Postea etiam collationem eiusdem codicis a Ludovico Tross confectam, quae est in bibliotheca universitatis Halensis, promptissime transmissam usurpavi.

Cod. Claromontanus 195, qui est in bibliotheca civica, membranaceus formae octavae saeculo XI eleganter scriptus. De quo quae exponere possum, debeo officiositati Pauli Ewald, qui ex itinere Hispaniensi revertens codicem obiter saltem inspicere potuit. Foliis igitur nonnullis deperditis ep. l. II, 4—7 deesse scribit nec non ex ep. l. V, 7 partem quandam inde ab ipso initio post *indagavimus.* Ex ep. l. VI post ep. 10 statim epistulae duodecimae initium enotavit: unde colligas ep. l. VI, 11 solito more post ep. l. VII, 12 insertam esse, etiamsi id non testetur Ewald. In initio enim l. VII ita epistulas ordinatas esse dicit: 1—7; 12; 8; 9; 10; post ep. 10 rursus foliis aliquot abreptis omnia deficere, quae legantur usque ad finem ep. 14. Ep. l. VIII, 1—3 ordine inverso perscriptas esse non indicavit. Quae cum ita sint, non dubitaverim, quin cod. Claromontanum 192 alterius familiae esse recte statuamus, praesertim cum Ewald notas quasdam marginales ex eo exscripserit, quas ipse in cod. Parisino 2782 aliisque eiusdem familiae inveni. Velut in utroque codice ad ep. l. I, 2 § 4 adscriptum est: *propter heresim Gothorum hoc dicit, qui omnes erant Arriani* [cf. gloss. in Sidon. in Anecd. Oxon. I 5 p. 28, 25]; ad ep. I, 2 § 6: *peripetasmata sunt vela dicta a circumducendo, eo quod per funes circumducantur per ambitum domus* [cf. ibid. p. 29, 12]; ad ep. I, 5 § 10 *id est Antemii qui Romanum regebat imperium sicut Leo Constantinopolitanum* [deest l. s.]; etc.

Tertiae familiae qui tribuendi sunt, ei codices quasi medium quendam inter primam et alteram locum tenent. Nam cum prima coniuncti sunt, quod ep. l. VII, 6 et 7 sua sede expulsae aut incertae vagantur aut plane omissae sunt, cum altera, quod ep. l. VII, 10 post undecimam et ep. l. VIII, 1 post secundam transmigravit. Ceterum inter se non omnino consentiunt. Sunt autem hi:

P Cod. Parisinus 2781, qui olim Claudii Puteani erat, membranaceus formae quadratae saeculo X vel XI satis neglegenter scriptus; unde usque ad initium ep. l. VIII (in fol. 81) ab altera manu, sed ea quam aegre a priore discernas, passim et

Digitized by Google

licentius correctus est. Constat fol. 153; ex his fol. 1—110 Sidonii epistulas, fol. 111—153 carmina continent. Atque ex illis octo quaterniones numeris I—VIII signati (fol. 1—62; nam quaternio quintus sex folia habet), tres litteris ABC inscripti sunt (fol. 81—104); fol. 63—80 et fol. 105—110 itemque fol. 111—115 numeris carent. Ep. l. VII, 6 et 7 itemque e carm. VII vv. 137—600 desunt; ep. l. VII, 10 post undecimam translocata est. Totum contuli Parisiis.

Cod. Bruxellensis 10020—10021 membranaceus formae quadratae miscellaneus est, qui in fol. 92—122 Sidonii epistulas tantum exhibet saeculo XIII scriptas. Ep. l. III, 9 legitur post ep. l. III, 6; tum in ep. l. VII hic est ordo epistularum: 8; 9; 11; 10; 6; 7; 12; 1—5; 13—18; librique ita distributi sunt, ut ep. l. VI praeter suas epistulas ex ep. l. VII complectatur ep. 6—12 ita ut dixi ordinatas, ep. l. VII non contineat nisi eiusdem libri ep. 1—5 et 13—18; denique ep. l. VIII, 1 secundae postposita est. Praeter Sidonii epistulas insunt in hoc codice Ausonii de duodecim imperatoribus carmina tria, sed mutilata et disiecta. Codicem primo mihi descripserat Paulus Mohr, postea ipse inspexi Bruxellis.

Huius plane gemellus est cod. Venetus II, 84 membranaceus formae quadratae saeculo XIV, ut videtur, scriptus multisque mendis corruptus; sed Ausonii carminibus caret. Inspexi Venetiae.

His duobus, quos modo descripsi, codicibus affinis est etiam cod. Abrincensis 242 membranaceus formae quadratae saeculo XII scriptus. De quo quamvis multa molitus certiora comperta non habeo, quam quae in catalogo generali librorum in bibliothecis Galliae provincialibus manuscriptorum exposita sunt. Insunt igitur in hoc codice post excerpta quaedam e Gregorii Turonensis hist. Francor. II, 21—23 Sidonii epistulae eaeque ita dispositae, ut lib. VI praeter suas complectatur e l. VII epistulas 6—12 in hunc ordinem redactas: 8; 9; 11; 10; 6; 7; 12. Sidonii epistulas excipiunt Ausonii de duodecim imperatoribus Romanorum versus et Venantii Fortunati carm. l. VIII, 3. Finem faciunt Sidonii carmina I—XXIV, sed alio ordine disposita atque in editionibus vulgatis. Quae cum ita sint, hunc codicem olim ut cod. Bruxellensem 10020—10021 et cod. Venetum II, 84 nihil continuisse suspicor nisi epistulas, postea autem fortasse ex primae familiae exemplari aliquo carmina transscripta accepisse, quae alienis scriptis interiectis ab epistulis seiuncta esse animadvertis.

Quartae familiae codices ut ceteros integritate lectionis superant, ita omnes eisdem eisque innumeris et lacunis et scriptorum transpositionibus insignes sunt. Ex hoc numero alii Sidonii epistulas et carmina, alii epistulas tantum servarunt. Qualis autem eorum natura sit, statim tenebis, si duos ex eis codices, qui soli plenum Sidonium complectuntur, descripsero.

Hi autem sunt, artissimo inter se vinculo conexi, cod. Laurentianus plut. XLV, 23 membranaceus formae octavae saeculo XII litteris minutissimis nec satis perspicuis exaratus et cod. Helmstadiensis 486, qui est in bibliotheca Guelferbytana, membranaceus formae octavae saeculo XIII exeunte scriptus. Cod. Laurentianus in fol. 1—46 id est quaternionibus quinque et sex foliis Sidonii epistulas et carmina continet; in fol. 47—65 astronomica quaedam, de quibus vide Bandinii catalogum cod. bibl. Laurentianae t. II pag. 359 sqq., saeculo ut videtur XI exarata leguntur. Cod. Helmstadiensis, qui constat fol. 100, item Sidonii epistulas et carmina continet: in fine epistularum legitur: *sit pax scribenti, sit lux concessa legenti.* In utroque codice carmina inter ep. l. I, 5 et 6 intrusa sunt atque ita disiecta, ut carm. I—XV solitum ordinem teneant, cetera hoc modo decurrant: carm. XVII; XVIII; XIX; XX; XXI; XVI; XXIV; XXII; XXIII, nisi quod in cod. Helmstadiensi carm. XXI ante carm. XX legitur. In ep. l. III, 3 §§ 7 et 8 (inde ab illo *taceo deinceps collegisse* usque ad haec verba *regalibus fragmentis funerabantur* p. 42, 14—28) omissae sunt; itemque ep. l. III, 5; 6; 7; 8 *T*

desunt. In ep. l. V tertia praecedit secundam. Tum ea quae leguntur in ep. l. VI, 12 inde ab illo (p. 101, 17) *terseris eorum lacrimas* cum initio libri VII usque ad haec verba quae sunt in ep. l. VII, 5, 2 p. 108, 2 *sacro [sanctam sedem dignitatemque affectare* ingenti lacuna hausta sunt. Praeterea in eodem ep. l. VII sexta et septima omissae sunt, decima transposita post undecimam; ceterae suam sedem servant, nisi quod in cod. Helmstadiensi septima decima duodevicesimam sequitur. Denique in fine ep. l. VII, 18, 4 cod. Laurentianus inde ab illo (p. 125, 15) *his licebit naeniis avocere,* cod. Helmstadiensis vel inde ab hoc (ib. 14) *ad propositum redeo* exitum omisit. Tot epistulis vel totis vel magna ex parte deperditis et deficiente scilicet post ep. l. VI subscriptione factum est, ut ep. l. VII subscriberetur in cod. Laurentiano SIDONII EPLARV̄ LIB. VI. EXPLIC̄. INCIPIT. VII. similiterque in cod. Helmstadiensi *Explicit lib. VI. Incipit VII.,* simul autem post ep. l. VIII, 8 novus liber inciperet significatus in illo subscriptione tali: EXPLIC̄ LIB. VII. INCIP̄. VIII neque aliter in hoc: *Expl lib VII Incip̄ VIII.* Postremo in ep. l. VIII secunda, in ep. l. IX prima et epp. 7—16 non leguntur. Cod. Laurentianum totum contuli Florentiae, cod. Helmstadiensem Gryphiswaldiae totum excussi benignissime transmissum: nec non eiusdem codicis collationem, quae a Ludovico Tross olim confecta nunc in bibliotheca universitatis Halensis servatur, inspiciendam accepi.

Ex eodem fere exemplari, ex quo hi quos modo descripsi codices oriundi sunt, propagatus est, sed decurtatus cod. Vaticanus Reginae 412 membranaceus formae octavae sed solita maioris saeculo XII scriptus. Continet in fol. 1—72[b] Sidonii, in fol. 72[b]—103[a] Symmachi epistulas. Atque Sidonii epistulas ita vel disturbatas vel mutilatas exhibet: post ep. l. I, 1 legitur e carm. XXII finis inde ab illo (p. 250, 1) *ecce quoties tibi libuerit* et carm. XXIII; quod excipiunt ep. l. I, 6—11. In ep. l. III, 3 §§ 7 et 8 itemque epp. 5; 6; 7; 8 totae desunt. Post ep. l. V, 1 interpositae sunt ep. l. I, 2—5, quas ceterae l. V epistulae ita sequuntur, ut tertia praecedat secundam. Ex ep. l. VI, 12 ea quae finem faciunt inde ab illo (p. 101, 17) *terseris eorum lacrimas,* ex ep. l. VII omnia ab initio usque ad ep. 5, 2 p. 108, 2 *sacro] sanctam sedem dignitatemque affectare* deficiunt itemque ep. l. VII, 6 et 7. Ex ceteris l. VII epistulis decima undecimam excipit, ep. 18 exitu inde ab illo (p. 125, 15) *his licebit naeniis avocere* caret. Post ep. l. VIII, 8 falsa illa subscriptio legitur. Ep. l. VIII, 2 nec non ep. l. IX, 1 et 7—16 desunt. Inspexi Romae.

M Simile erat etiam id exemplar, unde transcriptus est cod. Marcianus 554, qui Florentiae olim in bibliotheca Sancti Marci servatus nunc in bibliotheca Laurentiana est, membranaceus formae octavae saeculo X satis eleganter scriptus. In primi folii pagina adversa praeter alia legitur: *Iste codex est Fratrum S̄ci Marci de Florētia ordis predic.* idque in pagina aversa ita repetitum est: *Iste liber ē ēvēt' S. Maci de flo ordis pdi de hereditate Nicolai de Nicolis viri doctissimi.* Codex autem olim constabat primum quattuordecim quaternionibus in ima margine numeratis, tum duodetriginta foliis non numeratis; postea ante primum quaternionem unum folium, inter decimum, qui desinit in ep. l. VI, 10 p. 100, 21 *perexiguae segetis indulgeas,* et undecimum, qui incipit sequentibus verbis *tanquam opipare viaticatus,* octo folia, ante quarti decimi ultimum folium inter ep. l. VIII, 16 p. 148, 9 haec verba *certe taciturire* ‖ *duplici ex causa* iterum unum folium intersertum est; denique e foliis illis duodetriginta duo quae extrema sunt a ceteris inculcato quaternione alieno disiuncta sunt. In scriptis autem ipsis has turbas deprehendis: in Sidonii ep. l. III, 3 §§ 7 et 8 p. 42, 14 *tacco* ad p. 42, 28 *funerabantur* suo loco omissae sunt; sed librarii ipsius aut certe non recentior manus hac adnotatione marginali, quae nunc ex parte mutilata est:

de ÷ tota pa[gina]
sed require [re]
tro ad hoc [sign]
ũ post eplam theode[rici]
regis et deinde reũ[te]
huc

quaerentem relegat ad fol. 4ᵇ, in quo post ep. l. I, 2 ea quae desunt inveniuntur exarata eisque addita cum simili signo haec in margine nota: *hoc noli scribere hic, sed require hoc signũ inantea in epla ad hcdiciũ sedã quę sic incipit: Si q̃ndo nunc maxime arvernis meis.* Ceterum illic etiam hic versus ex ep. l. III, 3, 9 p. 42, 29 adiectus est: *Sed q̃d ego istęc iusto plusculũ garrio & cętera* qui suo loco eisdem vocabulis decurrit, nisi quod praeter *& cętera* omissum pro *istęc* legitur *ista hęc.* Deinde omissa erant quae leguntur in ep. l. VI, 12 inde ab illo (p. 101, 17) *terseris eorum lacrimas* et lib. VII initium usque ad ep. l. VII, 5, 2 p. 108, 2 *sacro] sanctam sedem dignitatemque affectare* nec non deerant ep. l. VII, 6 et 7. Sed rursus ipsius librarii aut certe eiusdem temporis manus postquam etiam haec verba erasit *sacro] sanctam sedem dignitatemque affectare pretio oblato non reformident et rem iam dudum in nundinam mitti auctionemque posse* in margine hanc adnotationem adscripsit, nunc ex parte mutilam:

[ver]te retro hoc folium
[et] tũ quaternionem et re
[qui]re tale signũ :·
[et i]ncipe scribere ab illo
[ũsu] q̃ sic inciṗ: sepe terseris
[eor]um lacrimas et cetr.

Ita legentium animos advertit ad octo illa folia post quaternionem decimum adiecta, in quibus quae modo deesse dixi ita exaravit, ut post ep. l. VII, 5 p. 108, 4 *auctionemque potuisse & cetr̃* sequentem eiusdem epistulae partem quae in quaternione undecimo exstat signo apposito indicaret et post ep. l. VII, 7 transscriptam adderet: *Sidonius ferriolo suo sal. Si amicitię nrę & cetr̃*, id est ep. l. VII, 12 initium, simulque hanc in margine notam adiungeret *require istam post novem folia.* Voluit igitur ep. l. VII, 6 et 7 inter ep. 10 (nam ep. 11 ante ep. 10 retracta est) et ep. 12 inserere; idque etiam alia ratione monstravit. Nam postquam ad ep. l. VI, 11 in margine adscripsit *sequere ordinem epistolarum secundum ordinem litterarum,* ad ep. l. VI, 11 A, ad ep. l. VI, 12 B ad ep. l. VII, 8 C, ad ep. l. VII, 9 D, ad contionem quae in hac epistula inest E, ad ep. l. VII, 11 F, ad ep. l. VII, 10 G adpinxit atque in margine addidit hanc notam nunc ex parte abscissam:

post G sequitur II.
hanc require superi[us]
ad illam quae sic inc[ipit]:
Sidonius dno pape basi[lio]
sal. st nob munere [dei] = VII, 6
require retro ad [un]-
decim folia .....

denique infra haec legitur in margine: *post hanc sequere ordinem libri usque ad finem.* Ceterum, si litterarum ordinem sequaris, animadvertas eum epistularum ordinem exturbatis ep. l. VII, 1—5 restitui, quem in cod. Bruxellensi 10020—10021 eiusque secta esse supra demonstravi. Praeterea olim in fine ep. l. VII, 18, 4 quae inde ab illo

p. 125, 15 *his licebit naeniis avocere* sequuntur non dubium est quin defecerint; namque nunc partim in rasura partim in margine a manu illa, quam ipsius librarii saeculo non recentiorem esse iudico, perscripta inveniuntur una cum hac subscriptione: G. SOLLII apoLLINARIS SIDON[II] EPŁARV LIB̄. VII. EXPLICIT. INCIPIT LIBER. VIII. Atque etiam falsa illa subscriptio olim videtur exstitisse post ep. l. VIII, 8, ubi nunc haec p. 134, 24 *censor quam censens onerare vale Sidonius lampridio suo salutem* in rasura leguntur. Porro ep. l. VIII, 2 quae suo loco non comparet, folium illud, quod ante primum quaternionem additum esse dixi, occupat ab eadem manu scripta, quam saepius demonstravi. Itemque olim ep. l. IX, 1 deerat; nam eius initium quidem post ep. l. VIII, 16 additum est, sed reliqua inde ab illo (p. 149, 4) *voluminibus accrescat* in folio illo, quod quaternioni quarto decimo insertum esse dixi, ita exarata sunt, ut magnum spatium a scriptura vacet. Denique in tertio folio adverso e duodetriginta illis, quae supra codicem claudere dixi, manus prior satis nigro atramento usa desinit una cum ep. l. IX, 6; quae sequuntur omnia eadem manus, quae partes omissas supplevit, pallidiore atramento et litteris minutioribus insignis addidit totumque codicem absolutum emendavit. Addidit autem Sidonii ep. l. IX, 7—16 et carm. I—VIII, sed omissis e carm. II vv. 183—548 et carm. VIII transposito ante carm. VI; tum Ausonii de duodecim imperatoribus Romanorum carmina tria aliquot versibus carentia; deinde *Remi favini De pondib; et msuris* versus (cfr. A. Riese anth. lat. 486); denique *Bedę ad cōpondū horologiū* praecepta. Remi Favini poema medium interrumpit quaternio ille interiectus inter haec folia, qui continet tractatum astronomicum ab alia manu eaque recentiore exaratum atque ita inscriptum: *Incipit liber de scientia vel labore astrolapsus de arabico in latinum translatus.* Quod si quae exposui omnia consideraveris, vix dubitabis, quin cod. Marcianus 554 olim ex exemplari aliquo quartae familiae transscriptus postea ab ipso librario aut certe eiusdem temporis manu suppletus atque etiam ep. l. IX, 7—16 et carm. I—VIII auctus sit e codice quodam alterius familiae. Atque ne quaeras, quo modo factum sit, ut is epistularum ordo, quem in l. VII litteris adpictis restitutum videmus, similis sit cod. Bruxellensi 10020—10021 eiusque sectae: poterat certe ille ex altera familia codex, ut supra demonstravi, cum tertia familia artiore quadam necessitudine coniunctus esse. Quid quod cod. Marcianus 554 cum cod. Laurentiano plut. LXV, 26 et cod. Parisino 2782, quos alterius familiae esse supra demonstravi, in eis partibus quae suppletae sunt multas et lectiones et lacunas communes habet. Totum contuli Florentiae.

Cod. Marciano 554, ei qui nondum ab altera manu tractatus erat, admodum
L similis erat cod. Laudianus lat. 104, qui est in bibliotheca Bodleiana, membranaceus formae quadratae saeculo X nitidissime scriptus. In quo duas manus discernere mihi videor: altera ep. l. I—VIII scripsit, altera sed eiusdem saeculi ep. l. IX, 2—7 addidit usque ad illud (p. 155, 7) *nec hinc minus lubrica et levis.* In hoc enim vocabulum desinit codex in ima pagina sine ulla subscriptione. Constat fol. 103; ex his fol. 103, quod continet ea quae leguntur in ep. l. VIII, 12 inde ab illo (p. 144, 9) *bicoloribus* usque ad ep. l. VIII, 13 p. 145, 21 *aperuerit,* perperam extremum locum occupavit; debebat enim excipere fol. 96. Nonnullis foliis in eo exemplari, unde translatus est, inter se transiectis accidit, ut in ep. l. II post ep. 4 p. 27, 18 *et patre patruoque spectabilibus avo* cetera ita decurrant: 1) ep. 9 p. 30, 13 *tempus voluptuosissimum* usque ad p. 31, 18 *quaepiam volumina;* 2) ep. 4 p. 27, 19 *etiam praestantissimo sacerdote* usque ad ep. 9 p. 30, 13 *Ferreolum et Apollinarem;* 3) ep. 9 p. 32, 14 *in quam forte cum lapidum cumulus* usque ad ep. 11 p. 35, 18 *communium municipiorum;* 4) ep. 9 p. 31, 18 *quorumpiam auctorum;* usque ad p. 32, 14 *raptim scrobis fodiebatur;* 5) ep. 11 p. 35, 18 *discretione procedit* et cetera. [Cf. infra p. XXV.] Praeterea, ut omnes huius familiae codices, ex ep. l. III, 3 §§ 7 et 8, ex ep. l. VI, 12 exitum et ex ep. l. VII initium usque ad ep. 5, 2; ep. l. VII,

Digitized by Google

6 et 7 itemque ex ep. l. VII, 18 finem, ep. l. VIII, 2 et ep. l. IX, 1 omittit atque ep. l. VII, 10 post ep. 11 transponit. Codicem praestantissimum, primo a Liebermanno descriptum, ipse totum contuli Oxonii.

Ex eodem exemplari, unde ortus est cod. Laudianus lat. 104, transscriptus est etiam cod. Parisinus 18584 membranaceus formae quadratae saeculo X satis eleganter scriptus. Namque cum illo communes habet eas in ep. l. II perturbationes, de quibus modo exposui, nec non ceteras aut lacunas aut epistularum transpositiones. Dissentit autem ab illo in his: in ep. l. V tertiam praemittit secundae; in ep. l. V, 14 et 15 inscriptiones inter se permutavit, id quod correxit manus altera; post ep. l. VIII, 8 falsam, quam supra saepius memoravi, subscriptionem habet; desinit cum ep. l. IX, 6, ita ut ep. 7 ne unum quidem apicem exhibeat. Praeterea cum olim tredecim quaterniones et tredecim folia separata contineret, nunc, postquam folia aliquot perierunt, haec desunt: 1) ep. l. III, 13 p. 50, 7 *supercilia disten[dit* usque ad p. 51, 10 *moribus] vale;* 2) ep. l. VI, 4 p. 97, 24 *ut sese fert temporis locique civilitas* usque ad ep. l. VI, 8 p. 99, 14 *facultas crescit aliena;* 3) ep. l. VIII, 14 ab initio usque ad p. 147, 2 *quia re forsitan non valemus;* 4) ep. l. IX, 3 p. 152, 23 *tunc enim certius te probasse* usque ad ep. IX, 6 p. 154, 10 *ad bonos mores ab errore.* Denique fol. 103, cum deberet excipere fol. 104, falso praecedit: quo accidit, ut ex ep. l. IX, 3 *quod custodias aggerum* usque ad *his apicibus antiquet* (p. 151, 10—152, 23) in ep. l. VIII, 16 p. 148, 11 inter *tetricum* et *genus* inserta legantur. Ceterum huius codicis summa etiam in lectionibus cum cod. Laudiano lat. 104 similitudo nunc innumerabilibus correcturis obscurata est. Nam praeterquam quod manus altera paucos locos emendavit, ipse librarius et inter scribendum, si quid peccaverat, e suo exemplari correxit et postea adhibito, ut videtur, alio codice permultas lectiones mutavit parvasque lacunas explevit atque inde ab ep. l. III omnes fere epistularum inscriptiones itemque librorum subscriptiones addidit, nigriore quam quod antea habuerat atramento usus. Totum contuli Parisiis.

Cod. Laudiano lat. 104 et cod. Parisino 18584 affines sunt, et ipsi summa familiaritate inter se conexi, cod. Duacensis 291 membranaceus formae octavae sed solita maioris saeculo XII nitide scriptus, et cod. Hauniensis alter, qui in bibliotheca regia est ita notatus *Gamle Kongelige Samling No. 30 Fol.*, membranaceus saeculo XIII exaratus. Namque in utroque simili quo in illis errore post ep. l. II, 4 p. 27, 19 *sacerdote conspicuus* inserta sunt ex ep. l. II, 9 p. 30, 13 *tempus voluptuosissimum* usque ad p. 31, 19 *causis disparibus,* post ep. l. II, 11 p. 35, 18 *discretione procedit* ex ep. l. II, 9 p. 31, 18 *quorumpiam auctorum* usque ad p. 32, 14 *lapidum,* ita ut post haec interposita illic *etiam praestantissimo sacerdote conspicuus,* hic *discretione procedit* repeterentur. Neque tamen ea, quae falso loco inculcata esse dixi, suo loco omissa sunt. In utroque ex ep. l. III, 3 §§ 7 et 8 deficiunt et ep. l. V, 3 ante ep. 2 legitur. In utroque, ut adsolet, ex ep. l. VI, 12 finis et ex ep. l. VII initium usque ad ep. 7, 2 itemque ep. l. VII, 6 et 7 desunt. Porro ep. l. VII, 18 in cod. Duacensi inde a p. 125, 15 *his licebit naeniis avocere,* in cod. Hauniensi inde ab *nec faciet materia* (ibid.) exitu caret. Finem ep. l. VII, 5 in cod. Duacensi ep. l. VII, 9 (sed praeter contionem), tum ep. 8 (sed hac additis in margine litteris *a b* in verum ordinem redactae sunt), deinde ex ep. 9 contio, denique ep. 11; 10; 12; 13 et ceterae sequuntur, in cod. Hauniensi ceterae l. VII epistulae ita, ut decima undecimam excipiat. In utroque post ep. l. VII et ep. l. VIII, 8 falsa subscriptio exstat. In utroque ep. l. VIII, 2 deest. Item in cod. Duacensi ep. l. IX, 1 et 7—16 deficiunt; cod. Hauniensis desinit iam in hunc ex ep. l. VIII, 9 versum p. 137 v. 52 *qui cognata licet sibi astra fingens.* Praeterea in eodem, postquam unum folium periit, desunt ex ep. l. II, 2 quae a p. 23, 24 *reperi[etur* usque ad p. 26, 10 *praecipitibus* leguntur. Cod. Duacensem inspexi in bibliotheca civitatis Duacensis; cod. Hauniensem meum in usum inspexit O. Siesbye eiusdemque

collationem a Ludovico Trossio factam ex bibliotheca universitatis Halensis acceptam habui.

Accedunt decem eiusdem familiae codices, qui haec habent communia: in ep. l. III, 3 §§ 7 et 8 omissae sunt; ep. l. V, 3 praecedit secundam; ep. l. VI, 12 finis itemque l. VII initium usque ad ep. 5, 2, ut adsolet, lacuna periit; ep. l. VII, 6 et 7 desunt itemque ep. l. VII, 10 post ep. 11 transmigravit; ep. l. VII, 18 inde ab illo (p. 125, 15) *his licebit naeniis avocere* exitu caret; ep. l. IX, 1 et 7—16 deficiunt. In plerisque etiam post ep. l. VIII, 8 falsa subscriptio exstat.

Ex his codicibus primus est cod. Vaticanus Reginae 202 membranaceus formae quadratae saeculo XII scriptus. Inspexi Romae.

Alter est cod. Vaticanus 1783 membranaceus formae minoris saeculo XI vel XII scriptus, in initio et in media parte mutilatus. Namque ep. l. I, 1 et 2 desunt itemque omnia quae inde ab ep. l. VIII, 12 p. 144, 24 *tam ipse quam patria* legi solent. Sidonium continent fol. 1—96[b] sive duodecim quaterniones; fol. 97—166 episcopi nescio cuius epistulas et ipsas in principio mutilatas, tractatus grammaticos, Senecae sententias, alia exhibent. Quae diligentius enotare non potui, cum codicem Romae inspicerem.

Tertius est cod. Montepessulanus 541, qui est in bibliotheca scholae medicae, membranaceus formae octavae (?) saeculo XII scriptus. Meum in usum inspexit intercedente Alfredo Schoene Maximilianus Bonnet Montepessulanus.

Quartus est cod. Montepessulanus 445, qui est in bibliotheca scholae medicae, membranaceus formae octavae (?) saeculo XII scriptus. Discrepat autem ab ea horum codicum forma, quam modo delineavi, in his: ex ep. l. VII, 5 etiam haec verba p. 108, 9 *his accedit, quod de urbibus Aquitanicae primae solum oppidum Arvernorum Romanis reliquum partibus bella fecerunt* desunt itemque totus inde ab illo (v. 12) *de cetero quod ad honoris vestri spectat praerogativum* exitus; ex ep. l. VII, 18 inde ab illo: *nec faciet materia* (p. 125, 15) finis deficit; post ep. l. IX, 6 ita dispositae sequuntur ep. l. IX, 7—14; VII, 6; 7; 2; 3; 4; 5, eadem manu exaratae, quae cetera scripsit. Ipse igitur librarius ea quae deesse viderat ex parte saltem supplevisse videtur. Ceterum fol. 1[b]—48[a] Sidonius, fol. 48[b]—167[b] Senecae epistulae et quaestiones naturales (usque ad l. VI, 9) occupant. Hunc quoque codicem inspexit mihi Maximilianus Bonnet Montepessulanus.

Quintus est cod. Parisinus 2784 membranaceus formae octavae saeculo XIII exeunte scriptus. A ceteris huius generis codicibus eo dissentit, quod ex ep. l. IX solam secundam exhibet. Quae cum media in columna sine subscriptione exeat, librarius ep. l. IX, 3—6 quae in his codicibus legi solent, postea etiam additurus fuisse videtur. Inspexi Parisiis.

Sextus est cod. Pragensis 137, qui in bibliotheca capituli ad aedem S. Viti est, membranaceus formae maximae saeculo XIII scriptus. In ep. l. V etiam ep. 8 post ep. 11 reiecta est et ex ep. 14 et 15 inscriptiones inter se mutatae sunt. Post ep. l. IX, 6 excerpta de Gregorii Turonensis historia Francorum (l. II, 2—25) addita sunt. Codicem inspexit mihi Eugenius Petersen Pragensis.

Septimus est cod. Parisinus 14490 membranaceus formae maximae saeculo, ut videtur XIII vel XIV exaratus similiterque ab ipso librario auctus ut cod. Montepessulanus 445. Nam post ep. l. IX, 6 hoc quem indicabo ordine perscriptae inveniuntur ep. l. IX, 7—12; 13 (sed exitu carens); 14 (sed eis quae inde ab illo (p. 167, 1) *iustius de te quam tibi scribuntur* sequuntur omissis); VII, 6; 7; 2 (sed inde ab illo (p. 105, 24) *beneficiis adiuvare* exitu privata); 3; 4; 5 (sed fine inde a p. 108, 11 *nisi metropolitanorum reficiamur assensu* deficiente); ita codex media in columna sine subscriptione explicit. Inspexi Parisiis.

Octavus est cod. Parisinus 3477 membranaceus formae octavae saeculo XIII exeunte scriptus, qui in fol. 141—182 Sidonii epistulas continet, et ipse parte quadam ex eis, quae in his codicibus deesse solent, postea auctus. Namque in fine codicis ipse librarius alio atramento usus ep. l. IX, 7—16 addidit. Praeterea alius ep. l. VII, 1—7 in tribus foliis perscripsit, quae nunc post fol. 172 inter haec ex ep. l. VIII, 9 verba *impendo* ‖ *Meliboeus* (p. 137, 59) inculcata et, cum ita sese deberent excipere: 174. 175. 173, in hunc ordinem redacta sunt: 173. 174. 175. Inspexi Parisiis.

Nonus est cod. Parisinus 14296 membranaceus formae maximae saeculo XIV scriptus. Inspexi Parisiis.

Decimus est cod. Parisinus 2783 membranaceus formae quadratae saeculo XIII exaratus, ceteris huius generis codicibus plane congruus, priusquam saeculo XV alter librarius quae deerant pleraque in hunc modum supplevit. Codex nunc constat fol. 112; ex his fol. 1—54 septem quaterniones (extremus non habet nisi sex folia) litteris A—G signatos efficiunt; post haec cohaerent inter se folia septem (id est fol. 55—61) et rursus folia octo (id est fol. 72—79) sive quaternio unus littera I inscriptus; atque haec omnia prioris librarii scriptura occupat. Inter fol. 61 et fol. 72 decem folia (id est fol. 62—71) interposita sunt, in quibus recentior illo librarius ep. l. VI, 10 (inde a. p. 100, 20 *ho[minis ut census*) VI, 12; VII, 1—7; 12; VI, 11; VII, 8 (usque ad p. 112, 2 *veluti e saluberrimo*) perscripserat. Unum igitur folium, quod olim erat extremum quaternionis H, exemisse videtur; in quo non plura scripta esse poterant, quam ep. l. VI, 10 (inde ab illo *ho[minis*) exitus, tum ep. l. VI, 11; 12 (usque ad p. 101, 17 *movet saepe*); denique ep. l. VII, 5 (inde a p. 108, 2 *sacro[sanctam*) finis et ep. l. VII, 8 (usque ad p. 112, 2 *saluberrimo*) initium. His expulsis ex altera familia aliquo exemplari usus non modo ep. l. VI, 11 in falsam sedem transtulit, verum etiam ep. l. VII, 12, quae suo loco non deest, male iteravit. Deinde folia 80 et 81 ep. l. VII, 17 extrema verba (inde a p. 124, 11 *congrega[tionem tu vero et supra abbatem vale*) atque ep. l. VII, 18; VIII, 2; 1; 3 (usque ad p. 127, 23 *impluvio cubiculi*), omnia a manu recentiore perscripta, continent; at septem folia 82—88, e quibus extremum littera K signatum est, prioris manus scriptura occupat. Ergo, cum ex hoc quoque quaternione unum tantum folium exsectum sit, ex eis, quae altera manus addidit, olim haud dubie nihil deerat nisi ep. l. VII, 18 inde a p. 125, 15 *his licebit naeniis avocere* exitus et ep. l. VIII, 2. Tum quinque folia 89—93 et duo folia 96 et 97 veterem scripturam exhibent; in foliis 94 et 95 manus recentior ea exaravit quae leguntur ab ep. l. VIII, 16 p. 148, 7 *zothe[culas nostras* usque ad ep. l. IX, 3 p. 151, 14 *scripta mandata*. Iterum igitur, etiamsi extremum huius quaternionis folium id est fol. 97 littera sua non signatum est, unum tantum folium excisum esse videtur; quod si vere statuo, olim nihil omissum erat nisi ep. l. IX, 1. Denique quindecim folia 98—112 continent ep. l. IX, 7—16 a recentiore manu adiuncta. Codicem in Germaniam transmissum contuli praeter locos manu recentiore scriptos.

His codicibus adnectendus esse videtur cod. Parisinus 2170 membranaceus formae quadratae saeculo XII vel XIII non satis diligenter scriptus. In ep. l. V ep. 1—3 verum ordinem servant, sed inter ep. 19 et ep. 20 interiectae sunt ep. l. VI, 8 et ep. l. VIII, 2, quae suo loco non leguntur; praeterea ep. l. V, 2 Apollinari, ep. l. V, 4 Nymphidio, ep. l. V, 14 Ruricio, ep. l. V, 15 Apro falso inscribitur. Similiter ep. l. VI, 9 iniuria ad Graecum scripta dicitur. Ep. l. VI, 12 deficit in illud (p. 101, 17) *movet saepe* pariterque ceteris in initio omissis ep. l. VII, 5 incipit ab illo (p. 108, 2) *sacro[sanctam;* nec non eiusdem libri ep. 6 et 7 omissae, ep. 10 post ep. 11 reiecta est. Denique ep. l. VIII, 2, ut supra dixi, itemque ep. l. IX, 1 et 7—16 suo loco desunt. Falsae etiam, de quibus saepius dixi, subscriptiones solito loco inveniuntur. Post ep. l. IX, 6, cui subscriptum est *Expliciũt eple fidonii* legitur tractatus christianus, qui incipit *inefabil*

dei miseratō ꝏdolens humanā pipsema et explicit: *consecrationis honore sublimare non ulterius differatis.* Hunc tractatum excipiunt quae antea aut omissae aut in falsum locum translocatae erant ep. l. IX, 1; IX, 7—16; VI, 12; VII, 1—7; VIII, 2, ab eadem manu ex alio exemplari scilicet adiectae. Finem faciunt varia Cassiodori. Inspexi Parisiis.

Sed haec hactenus de quattuor codicum Sidonianorum familiis. Ex quibus undecim codices, etiamsi quam sectam sequantur investigari potest, tamen omnino excludere malui, utpote qui uberiore descriptione indigni viderentur. Attamen omnes ipse inspexi praeter cod. Vindobonensem 3204, de quo certiorem me fecit Otto Hirschfeld Vindobonensis. Sunt autem hi:

Cod. Parisinus 6360 membranaceus formae octavae saeculo XIV scriptus Sidonii epistulas continet.

Cod. Parisinus 2171 A membranaceus formae octavae saeculo XV vel XVI scriptus Sidonii epistulas continet.

Cod. Venetus II, 63 chartaceus formae octavae saeculo XIV vel XV scriptus Sidonii epistulas continet.

Cod. Ambrosianus L, 97 sup. membranaceus formae quadratae saeculo XV scriptus praeter Symmachum Sidonii epistulas, sed mutilatas, continet.

Cod. Ambrosianus F. 131 sup. chartaceus formae maximae saeculo XV vel XVI scriptus praeter alia Sidonii epistulas sed disturbatas et mixtas cum alienis continet.

Cod. Vaticanus 1661 membranaceus formae maximae saeculo XV scriptus quid contineat non enotavi.

Cod. Urbinas 1515 membranaceus formae octavae saeculo XV scriptus Sidonii epistulas et carm. I—VIII continet.

Cod. Neapolitanus IV, B, 39 chartaceus formae quadratae saeculo XV vel XVI scriptus Sidonii epistulas et carm. I—VIII sed turbato scriptorum ordine continet.

Cod. Riccardianus 247 chartaceus formae octavae saeculo XV scriptus Sidonii epistulas et carmina continet.

Cod. Magliabecchianus VII, 315 membranaceus formae quadratae saeculo XV scriptus quid contineat non notavi.

Cod. Vindobonensis 3204 saeculo XV scriptus Sidonii epistulas usque ad ep. l. IX, 6 solitis lacunis hiantes continet.

Restat ut de eis codicibus exponam, qui cum e Sidonio singulas tantum aut paucas epistulas vel carmina sive excerpta exhibeant, in familias quas constitui distribui non possunt. Sunt autem hi:

Cod. Bodleianus Auct. F. 5. 25 membranaceus formae quadratae miscellaneus praeter alia in fol. 113—150 aliquot Sidonii epistulas saeculo XII scriptas continet. Atque olim omnes usque ad ep. l. V, 3 epistulas complexus est; in hac cum medio in folio versibus aliquot scriptura vacantibus deficiat, ceteras ne transscriptas quidem fuisse existimo. Nunc vero ex illis ea quae leguntur inde ab ep. l. I, 9 p. 14, 10 *communes Gennadius Avienus* usque ad ep. l. II, 2 p. 26, 19 *lemborum superlabentium* nec non ea quae exstant ab ep. l. III, 8 p. 45, 26 *granditer non sit* usque ad ep. l. III, 12 p. 47, 17 *cespes ex viridi iam supra antiquum,* postquam aliquot folia perierunt, deperdita sunt. Praeterea cum fol. 130 ab ima ad summam marginem dissectum sit, etiam ex ep. l. III, 6; 7; 8 dimidia fere pars deest. Cum in ep. l. III, 3 §§ 7 et 8 non desint, codex certe familiae quartae non adnumerandus est. Inspexi Oxonii.

Cod. Vaticanus Reginae 209 membranaceus formae octavae saeculo XII vel XIII scriptus in fol. 1—24 Sidonii ep. l. I, 1 — III, 14 p. 51, 20 *despecta quae rideat* continet; quaternionibus, qui olim sequebantur, deperditis manus recentior ep. l. III, 14

exitum et l. III subscriptionem addidit. Fol. 25—67 Senecae epistulae occupant. Codex cum in ep. l. I, 2 haec exhibeat: *si casu dentium series ordinata promineat, niveum protinus repraesentat colorem* (cf. adn. ad p. 2, 22), quae in plerisque aliis omissa sunt, proxime ad cod. Parisinum 9551 eiusque sectam accedit. Inspexi Romae.

Cod. Vaticanus Reginae 166 membranaceus formae octavae saeculo XIII scriptus praeter alia in fol. 1—26 Sidonii ep. l. I, 1 — IV, 20 continet, sed praeter ea, quae leguntur inde ab ep. l. I, 2 p. 3, 16 *lorove fluitantibus* usque ad ep. l. I, 11 p. 18, 4 *quid sibi haec vellet in illis superbiae.* Namque haec similiter atque epistularum inde ab ep. l. IV, 20 exitus foliis satis multis deperditis perierunt. Propter idem indicium, quod de cod. Vaticano Reginae 209 protuli, hunc quoque codicem cod. Parisino 9551 eiusque generi affinem esse statuo. Inspexi Romae.

Cod. Philippicus 16346 membranaceus formae quadratae cum alia tum has Sidonii epistulas saeculo XII vel XIII scriptas continet, mutilatas illas quidem et cum alienis scriptis permixtas: ep. l. I, 1—6; 7 (sed inde a p. 12, 28 *pietas Augusta seminecem* exitus deest); 8—10; 11 (sed inde a p. 20, 10 *procerum conglobatorum sciret* exitus deest); II, 1 (sed inde a p. 22, 5 *te praesule placet* finis deest); 2 (sed multis sententiis privata); 4 (in fine mutila); 6—11; 12 (in initio mutila); 13 (sed omnibus inde a p. 36, 24 *sed sententiae tali* omissis). Inspexi Cheltenhamiae.

Cod. Bruxellensis 10615—10729 membranaceus formae quadratae e duobus nec eiusdem familiae, ut suspicor, exemplaribus saeculo XII vel XIII conscripta haec Sidonii scripta continet. Fol. 123—129[a] carm. I—VII occupant; fol. 129[b] scriptura vacat; in fol. 130—136 eadem manus, quae carm. I—VII exaravit, primum carm. VIII—XXIV sed versibus non indicatis et ita disposita: VIII—XV; XVII—XXI; XVI; XXIV; XXII; XXIII perscripsit, tum ep. l. I, 1; 2; 5; 3; 4; IV, 23; 24; 25; V, 1; 3; 2; 4 cum ep. 5 inscriptione. Ceterum ex ep. l. I, 4 inde a p. 5, 23 *sic adolescentum declamatiunculas* exitus cum olim spatio aliquo vacante omissus esset, nunc in schedula adglutinata eadem manu scripta legitur; ex ep. l. IV, 23 initium usque ad p. 74, 1 *verbis amaris* etiam nunc deest. Inspexi Bruxellis.

Cod. Parisinus 13774 membranaceus formae quadratae miscellaneus in fol. 107—122 has Sidonii epistulas saeculo XIII scriptas mutato ordine exhibet: ep. l. I, 2; 4; 6; II, 6; 8; III, 2; 3; 10; IV, 1; 2; 10; 11; 13; V, 13; 17; 18; VI, 10; VII, 1; 3; VIII, 3; 9; IX, 14; I, 8; II, 2; 3; 9; III, 13; IV, 7; 20; V, 7; ex ep. l. VII, 9 contionem; VII, 5; 13; 14; VIII, 14; IX, 12; I, 9; IV, 17 (usque ad p. 68, 21 *in proximo Auspicius*). Inspexi Parisiis.

Cod. Parisinus 2638 membranaceus formae octavae miscellaneus in fol. 24—31 has Sidonii epistulas saeculo XIII scriptas continet: ep. l. IV, 3; II, 11; 6; 13; 14; III, 2; 4; 6; 7; 10; IV, 9; 13; 17; V, 2; 3; 4; 7; 10; 11; VII, 9; 13; 16; VII, 10; 13; 14; 15; IX, 1; 4. Has Ennodii pars quaedam excipit. Inspexi Parisiis.

Cod. Parisinus 2169 membranaceus formae octavae e Sidonio in fol. 1 ep. l. I, 1 et 2 (usque ad p. 3, 22 *si in convivium*), in fol. 120 ep. l. I, 2 (inde ab [ibid.] *venitur quod quidem diebus*); 3; 4 (usque ad p. 6, 3 *et sospitem praestet*), in fol. 121 ep. l. I, 9 (inde a p. 15, 18 *accepit quapropter*); 10; 11 (usque ad p. 18, 1 *in forum ex*), in fol. 2 ep. l. I, 11 (inde ab [ibid.] *more descendo* usque ad p. 20, 6 *paululum ab adspectu*) saeculo XII scriptas continet. Inspexi Parisiis.

Cod. Parisinus 8544 membranaceus formae quadratae anno MCCCLXXXIX scriptus aliquot Sidonii epistulas continet, quorum tamen numeros non exscripsi. Inspexi Parisiis.

Cod. Parisinus 2191 membranaceus formae quadratae saeculo XV scriptus nonnullas Sidonii epistulas continet; ne has quidem enotavi. Inspexi Parisiis.

Cod. Ottobonianus 126 chartaceus formae octavae saeculo XVI scriptus non continet nisi Sidonii carmina. Inspexi Romae.

Cod. Bodleianus Digby B.N. 16 membranaceus formae quadratae praeter alia in fol. 131 sqq. Sidonii ep. l. I, 2 et satis multas Symmachi epistulas saeculo XIII vel XIV scriptas continet. Inspexi Oxonii.

Cod. Bodleianus Auct. F. I. 8 membranaceus formae quadratae praeter alia in fol. 126 sqq. Sidonii ep. l. I, 2 et easdem Symmachi epistulas, quas cod. Bodleianus Digby B.N. 16, continet. Inspexi Oxonii.

Cod. Philippicus 1714 membranaceus formae quadratae saeculo XII vel XIII scriptus cum alia tum Sidonii ep. l. IV, 2 et 3 et 11 et Claudiani de statu animae libros continet. Inspexi Cheltenhamiae.

Cod. Philippicus 4640 membranaceus formae quadratae e Sidonii ep. l. VII, 9 solam contionem saeculo XIII scriptam continet. Inspexi Cheltenhamiae.

Cod. Vindobonensis 79 chartaceus saeculo XV scriptus praeter Cassiodori variarum l. VII—XII in fol. 80 sq. Sidonii ep. l. I, 8; VI, 11; I, 2 continet. Inspexit mihi Otto Hirschfeld Vindobonensis.

Cod. Venetus II, 19 membranaceus formae quadratae saeculo XIV vel XV scriptus quattuor tantum Sidonii epistulas continet, quas non enotavi. Inspexi Venetiae.

Cod. Tricassinus 256 membranaceus saeculo XII scriptus Sidonii ep. l. IV, 3 continet; itemque cod. Tricassinus 1171 membranaceus saeculo X vel XI scriptus Sidonii ep. l. VIII, 15. Utrumque cognitum non habui nisi ex edito catalogo generali manuscriptorum bibl. publ.

Cod. Parisinus 17903 membranaceus formae quadratae saeculo XIII scriptus praeter alia multa in fol. 138ᵃ—145ᵃ excerpta e Sidonii epistulis continet. Inspexi Parisiis.

Cod. Parisinus 1778 membranaceus formae quadratae saeculo XIV scriptus cum alia tum in fol. 153—168 excerpta e Sidonii epistulis continet. Inspexi Parisiis.

Cod. Britannicus, qui est in Museo Britannico ita signatus: Addit. Cat. 25, 104, membranaceus formae quadratae saeculo XV scriptus in fol. 58 sqq. excerpta e Sidonii epistulis continet. Inspexi Londini.

Cod. Tricassinus 1452 membranaceus saeculo XV scriptus excerpta e Sidonio continere dicitur. Cfr. catalog. general.

Cod. Escorialensis I Q. 14 membranaceus formae maximae saeculo XIII scriptus in fol. 139 excerpta e Sidonii ep. l. I—IV continet. Meum in usum inspexit Paulus Ewald.

Cod. Vindobonensis 445 membranaceus saeculo XII scriptus Sidonii epigramma in honorem S. Martini scriptum in fol. 45ᵇ continet, sublatum ex ep. l. IV, 18. Inspexit Otto Hirschfeld.

Cod. Vindobonensis 277 in fol. 58ᵃ saeculo IX scriptum hoc epigramma continet:

cervus aper coluber nec cursu dente veneno
vitarunt ictus, Maiorianc, tuos,

quod Sidonii esse dicitur. Exscripsit Otto Hirschfeld.

Cod. Bodleianus Digby B.N. 10 membranaceus formae octavae saeculo XII scriptus futtilia quaedam in Sidonii ep. l. I, 1—VIII, 12 scholia continet, qualia etiam post ipsum Sidonium leguntur in cod. Parisino 2784 in fol. 44—51. Inspexi Oxonii.

CHR. LUETJOHANN.

Hactenus Luetjohann. is postquam haec scripsit, de codicibus recensendo Sidonio vel adhibitis ab ipso vel non adhibitis nostra aetate disputaverunt viri docti alii, scilicet de Helmstadiensi 486 Paulus Mohr in Ritschelii actis Lipsiensibus V p. 336 sq.; de *MTPF* et Vaticanis 3421. 1783, Parisinis 18584. 2782 atque aliis Parisinis, Vaticanis Reginae et Ottoboniano, Laurentianis Matritensi Claromontano Aemilius Chatelain in revue de philol. III p. 154 sq.; denique de libris potissimum Vaticanis 3421 et 1783 et Holmiensi (v. s. p. IX) multa diligenter attulit Fridolfus V. Gustafsson *de Apollinari Sidonio emendando* (Helsingf. 1882). codex Holmiensis arta cognatione cum *M* coniunctus est, cf. e. g. quae Gustafssonus ex eo adnotavit p. 99 de Sid. 110, 21; p. 100 de 113, 11; p. 103 de 122, 10; p. 104 de 132, 1; p. 105 de 134, 19; p. 110 de 153, 15; p. 115 de 160, 28; p. 117 de carm. I 25; p. 119 de V, 87. quo libro aut ipso (ut suspicatur Mommsenus) aut simili usus esse videtur Sirmondus, qui e. g. carm. VII, 572 novit scripturam *Vierni,* VII, 75 restituit *Gir Aethiopum* 'manuscripti unius vestigia secutus', VII, 99 'in optimis manuscriptis' (ut adnotavit ad II 457) invenit *Sapor.*

De editionibus Sidonii operum et virorum doctorum commentationibus ad ea pertinentibus cum ea quae expositurus erat Luetjohann quominus perficeret, fatum non siverit, nos satis habuimus breviter addere editorum nomina, quae sunt fere haec: Elias Vinetus Lugduni a. 1552 — Io. de. Woweren cum notis Petri Colvii Parisiis 1598 — Io. Savaro Parisiis 1599 et denuo 1609 — Geverhardus Elmenhorst Hanoviae 1617 — Iacobus Sirmondus Parisiis 1614 et denuo 1652 adiectis commentariis luculentis — I. F. Grégoire et F. Z. Collombet Lugduni et Parisiis 1836 — E. Baret Parisiis 1879. Commentationes potiores enumeravit Geisler ante indicem locorum similium (p. 351). — Quibus qualibusve epistularum codicibus editores ante Luetjohannum usi sint, cum ipse non reliquerit in schedis expositum, nobis supervacaneum visum est perquirere, cum praesertim quae attulerunt illi et imperfecta sint et perturbata saepe, denique plane nullius usus. sed tamen adicienda quaedam sunt de libro quem adhibuerunt Woweren et Savaro, quorum ille in praefatione sic de eo indicavit: *plurimum praeter omnes mihi contulit liber meus notae optimae, ex quo pleraque supplevi et corruptiora restitui,* in adnotatione eum fere appellans 'optimum', hic eundem sine dubio librum Nanzii esse ait afferens inde inter prolegomena tres locos in hoc solo libro inventos, relatos infra ad p. 23, 14. 45, 23. 108, 6. esse eum librum unum ex genere eo, ad quod pertinent Vaticanus Reginae 216, Cheltenhamensis 1685 et 3671 aliique similes supra p. IX. X descripti a Luetjohanno, intellegitur ex huius adnotatione ad p. 23, 14. de quo genere ut recte iudicetur, cum singillatim considerata fallere possint, placuit et tria illa additamenta et alia complura a Woweren ex optimo quem ait codice nominatim allata subicere.

p. 6, 26 ripae torique] ripae et ore
p. 7, 3 fruticaverant] fructificaverant *cum C*
22 Flaminiae oppida] flumina et oppida
p. 10, 22 extortae] ex ore
24 scientia] copia *cum T*
p. 13, 14 domicilia] dormitoria
p. 23, 14 *post* imbricarentur *add.:* ipsa vero convenientibus (concinentibus *Woweren Savaro*) mensuris exactissima spatiositate quadratur

Digitized by Google

p. 42, 21 quam nolles] quam uillis *libri boni*, quam nullus miles *'optimus codex' Wowereni*
25 elutis] evolutis
26 rorantibus] anginantibus
p. 45, 23 *post* historia *add.:* filios de proditione meditantes Iunius Brutus occidit: sed fuit parricidii pretium consulatus. Manilius *(sic)* Torquatus filium, quod hostem provocantem non se permittente provocasset, securi lictoris addixit: sed pompam triumphi pro mercede crudelitatis populariter impetravit. tibi vero nunc a barbaris odiosi faceret Romani nominis amor. postquam filius sublatus est colludio factiosorum, maluisti magis te civem meminisse quam patrem. nec tibi obfuit, quin esses liber statu (statum *Wow.*), quod captus eras (eras captus *Wow.*) affectu, contra gentem vicinam validam iratam. cum Eedicio (heeditio *Sav.*) meo non audacter arma movisti nec veritus es, ne filius tuus iam prope iuvenis, adhuc prope unicus, propter victi fusique hostis si non iram, saltem verecundiam periclitaretur *(de his in adn. ad praef. remisit Luetjohann)*
26 natione foederatorum] Ricimerem e natione foederatorum
p. 55, 17 Vitruvio] veturio
p. 60, 9 praeparaturus] properaturus
p. 61, 2 oboedientes patronoque contenti] clientes patrono contenti
p. 80, 9 Atticas leges] antiquas leges
p. 81, 9 indolatilesque] indocilesque
p. 84, 3 nam tua scripta nostrorum vitiis proficientibus tyrannopolitarum locupletabuntur] nam reliqua tua scripta nostrorum tyrannopolitarum felle locupletabuntur
p. 96, 7 duae pariter plagae recentes ad diuturni viduvii vulnus adduntur] duo recentia vulnera ad antiquitatem viduitatis adiecta sunt
p. 103, 4 in Rhodanum Ligeris alveo] et alveo ligeris in rodanum *cum* FM^2
p. 108, 6 *post* adventus tui *add.:* muneres indultu et inter tantos motus partium factiosarum laborantem me fluctuantemque consilio confirmes collegio informes
p. 109, 2 istius haereseos] istius aeris *libri nostri*, istius orae *opt. cod. W.*
p. 110, 10 quanti subrepti sunt] *sic nos ex coni.*, quanto sub rete premitis *cum C*
p. 111, 11 fame concolor] famelicorum
p. 112, 28 decorem] pompam
p. 116, 1 sed dicitis viro Eucherium et Pannychium inlustres haberi superiores, quod hactenus eos esto putatos, sed praesentem iam modo ad causam illi ex canone non requiruntur] sed dicitis: illustres viri Eucherius et Panychius priores huic sunt ad hoc aevi. esto: sic fuerunt. sed iam nunc ad praesentem causam illi ex canone non admittuntur
4 certat natura doctrinae] cum acrimonia naturali certat eloquium
p. 132, 1 cunctim] cunctatim
p. 134, 12 Taionnacus] fabrina castra uincus
p. 140 v. 45 olet catillis] olet catenis *libri nostri*, olent ahenis *opt. cod. W.*
p. 143, 3 vindicari] iudicatur
p. 164, 5 oxygarum] exiguas
c. VII, 156 te teste] te stirpe

Perraro ex eodem libro afferuntur proba et singularia, ut 133, 2 *(se ligant*, cum *L)*, c. II, 327 *(senio)*. pleraque quae recensuimus interpolationis audacissimae speciem tam

Digitized by Google

aperte prae se ferunt, ut quin de omnibus eadem ratione iudicandum sit dubitari nequeat. per se sane tria illa additamenta non solum stilum Sidonianum accurate imitantur, sed secundum, quocum iungendum est vocabulum Ricimeris eidem epistulae p. 45, 26 insertum, primo obtutu referri possunt ad ea quae de fortiter factis Ecdicii eodem libro (p. 42, 14) narrantur sublata ex libro nostrorum archetypo et deinde ex supplemento adiecta. sed ad Ricimerem haec cum non pertineant, omnino qui ea composuit tamquam commentario et *Brutos Torquatosque* p. 45, 21 illustravit et quaerenti, cur Eucherius iis aequiparetur, de filio eius nescio quam narrationem excogitavit.

Luetjohannus quod plenam et perfectam de codicum adfinitate et auctoritate non reliquit commentationem, ipsum editoris officium tam sollerter executus est, ut vestigia eius prementes sine nimio negotio operis fundamenta ac leges cognoscamus. atque primum quidem, quod summum erat, libros recensendi Sidoni operibus necessario adhibendos tam certo iudicio elegit, non necessarios re iterum iterumque pensitata tam sana ratione usus abiecit, ut huic quidem recensionis parti nullum verbum videatur addendum esse. adhibuit autem, ut nomina saltem repetamus, codices

L Laudianum saec. X (v. s. p. XVI)
M Marcianum s. X (p. XIV)
T Laurentianum s. XII (p. XIII)
C Cluniacensem s. X/XI (p. VI)
F Parisinum s. XII (p. VII)
P Puteanum s. X/XI (p. XII)

Inter hos codices, quorum primus non continet carmina, secundus carmina tantum octo priora, quae ratio intercedat quodque singulis in epistulas Sidoni et poemata recensenda momentum tribuendum sit ita exponemus, ut simul lectionis ex librorum memoria constituendae aut norma appareat aut licentia. atque omnium primum, ut ab epistulis recensendis incipiamus, constat codices *LMTCFP* (addere autem licet omnes quibus utimur Sidoni codices) ex uno eodemque archetypo, atque eo non vetustissimo (α), originem ducere[1]). comprobatur hoc eo quod epistulae VII, 6. 7 in omnibus aut omissae α
sunt aut incertum locum tenent, nisi quod in *F* post VII, 7 demum turbari coeptum est; quod in omnibus praeter *C* epistula VIII, 2 aut omissa est aut non recto loco (nam VIII, 1 praefatoria est, VIII, 2 quasi altera praefatio olim neglecta) posita legitur;

[1]) A codice α quae afuerunt ut ex parte casu amisit (id quod sine dubio cadit in paucos versus omissos in l. VI extremo p. 125, 15—17 et in l. IX extremum inde a p. 155, 7), ita reliqua apparet sublata esse studio Germanorum, qui Romanorum devictorum querelas non tolerarint. sunt autem primum capita duo ep. III, 3 (p. 42, 14—28), in quibus enarrantur Ecdicii de Gothis victoriae horumque in cadavera suorum fera scelera; deinde (p. 101, 17—108, 2) ep. VI, 12 vivida descriptio depopulationis Gothicae et ep. VII, 1 obsidionis civitatis Arvernae; item quae Sidonius narravit ep. VII, 6 de Euaricis regis Gothorum studio haereseos Arianae et persecutionis Romanorum catholicorum et in sequenti denuo de obsidione Gothica Arvernorum, qui quondam, ut ait auctor Romanus, Gothis terrori fuerint; denique ep. VIII, 2 de sepultis litteris in Gallia post invasionem barbarorum. ex his quattuor locis tres expuncti sunt ita, ut commissurae non laederentur; quarto ep. VI, 12. VII, 1 ita sublatae sunt, ut illius principium remaneret, cum hac evellerentur ep. VII, 2. 3. 4 et quintae principium per se sine offensa. apparet autem hiatum eum effectum esse avulso quaternione integro archetypi eius a quo pendet Laudianus. scilicet quod in eodem archetypo sese excipiebant p. 30, 13—31, 18 = vv. 23; p. 27, 13—30, 13 = vv. 87; p. 32, 14—35, 18 = vv. 95; p. 31, 18—32, 14 = vv. 24, inde efficitur quinionem ibi errore ita complicatum fuisse, ut folia sic se exciperent: *e a b c d—g h i k f*, in singulis autem foliis fuisse versus huius editionis circiter vicenos ternos. hiatus autem ille cum hauserit versus 183, ii in archetypo folia octo impleverunt. — Noni libri epistula prima nisi casu periit, quod vix crediderim, sublata est propterea quod pater Sidonius in ea reprehendit filium Apollinarem ut parum litteratum hominem, qui Apollinaris cum apud Gothos in honore fuerit et cum iis adversus Francos pugnarit, non absurde conicias patris epistulas aut ipso iubente aut a fautore eius ita mutilatas esse, ut legebantur in codice eo, a quo nostri originem duxerunt. Th. M.

addere nolo epistulas VII, 11. 10 in omnibus praeter *C* hoc ordine collocatas, siquidem ordinis vulgati ratio nulla esse videtur; praeterire nolui VIII, 2, quoniam satis apparet qui factum sit ut suo loco in *C* legatur, cum VII, 6. 7 post VII, 9 positae doceant ne *C* quidem ad exemplar redire horum errorum immune. sed praeter turbas communes alia accedunt communis originis documenta. nam corruptelas quales codicum consensus praebet e. g. (ut tales tantum locos indicem quos corruptos esse negari non posse videatur) p. 6, 8 *nominum* 52, 13 *epigrammista* 71, 26 *orbata* 87, 19 *caientes, gaientes, caienstes* 88, 27 *citerior* 89, 16 *alienis* 138, 7 om. *in* 139, 11 *accepto* 142, 28 om. *hominem* 146, 1 *is et* 151, 19 *fragoribus quia* etc., tales igitur corruptelas certum est in editione a Sidonio correcta et in publicum emissa non extitisse, ad unius alicuius librarii neglegentiam redire. idem 60, 6 *histriaturis,* in quo libri consentiunt, scripsit, non Sidonius. magis etiam ad persuadendum appositi loci sunt nonnulli variam scripturam vel interpretamentum inter ipsa scriptoris verba receptum referentes. sic p. 48, 8 *patruo tuo vel me* sive *id est me remoto* pro *patruo tuo remoto* ex adscripta in archetypi exemplari interpretatione *l me* natum est. eadem ratione explicatur quod legimus p. 73, 16 *thema vel opus,* simili quod coniuncta invenitur duplex scriptura p. 85, 8 *iam etiam,* p. 89, 24 *vix aut:* quo loco utroque utra recipiatur scriptura nostro in iudicio positum est vel arbitrio; altero *etiam* codicis *C* librarius, altero *vix* Luetjohannus delevit; exemplum eiusdem generis in codice *T* qui p. 58, 15 pro *horunce* praebet *horumce talium.* non minus aperte eadem rerum condicio certo aliquo dissensionis genere manifestatur, eo scilicet quo fit ut alii codices meram corruptelam, alii emendationem ostendant ab ipsa corruptela illa profectam. quales loci cum non pauca doceant quibus in sequenti disputatione iuvari possimus praeteriri non debent. sic p. 151, 3 pro *scribitis* in *LTM*ᵉ*C* legitur *scriptis,* in *FP* correctio temptata est *in scriptis.* sic p. 84, 5 *quos nostra iudicia saeculi loca fortunatos putant* corrupta tradit *L,* non recte emendatum reliqui *saecula.* sic p. 119, 10 *praestantior computatur honorato maximo minus religiosus (L)* non *maxime* coniciendum erat secundum *minus,* ut legitur in reliquis, sed *minimus* secundum *maximo,* quod fecit Luetjohannus. sic 150, 18 *si* corruptam voculam *L* servat, reliqui omittunt, cum facile esset *sic* emendare. sic 33, 11 *interemptamque* Wouwerenus restituit: *interim tamque* Laudianus praebet (in quo regnare hanc orthographiam infra videbimus), nihil aliud praesto erat reliquis qui consentiunt in *interitamque,* cf. 62, 4 ubi res non certa esse videtur. item ad orthographiam in Laudiano servatam referendum quod p. 53, 24 pro *abnuis* in illo *ammuis,* in reliquis *annuis* et serpente correctione *adnuis,* tandem feliciter recuperatum in *F abnuis* legitur (cf. 55, 16 *abnuis* reliqui, *amnuis L*); item ad verba non recte ut in *L* comparent divisa quod p. 134, 24 pro *censitor onerare,* quod restituit Luetjohannus, omnes praebent *censens onerare (censes C, honerare TFP*¹*),* unus *L censet oronerare;* quod p. 54, 2 pro *tumet* (aucto pronomine scilicet) *L* syllabis male separatis *tum et,* reliqui intellecto quidem sed oblitterato errore primum *tam ex (MFP),* deinde gliscente interpolatione *tam (T)* vel *ex (C);* quod 152, 7 pro *licet olim* item a Luetjohanno evidenter restituto *leceto in L,* reliqui praebent inde profecti *licet enim.* sic p. 141, 11 Sidoni lectores olim distinxerunt *ethicam dictionem:* dirempta vocabula omnes exhibent, sed *LT* elementis recte servatis *et hic amdictionem,* reliqui ex levi correctura *et hic addictionem, et hic additionem.* simile genus loci ostendunt quales 71, 28 ubi pro *fide ingenti* in *L* leniter corruptum *fide indigenti,* in reliquis correctum *fidei ingentis* legitur; 132, 6 ubi *etsi quidem solis,* quod in *L* legitur, nihil quidem significat, minus etiam eadem verba omisso *si* ut extant in reliquis: addo adnotationi corrigendum mihi videri *etsi quietem solvis,* conlatis quae leguntur v. 9 et 12. istae igitur ad unum aliquem omnium codicum archetypum corruptelae recedunt. quem quod non vetustissimum fuisse dixi, corruptelae ex verbis non recte diremptis natae quas attuli ostendunt

saeculo octavo non antiquiorem codicem fuisse, ut qui transscriptus quidem esset ex libro verba sine intervallis continuante, ipse vero verbum a verbo segregare studeret. de cuius libri orthographia proponere quaedam non videtur inutile esse; quamquam hoc loco pauca tantum adferri possunt quae scilicet codicum consensu nituntur eoque sollemni. nempe certa de orthographia quoque archetypi sequens demum disputatio docebit. atque quod ad consonantes pertinet, simplici littera ubique scribuntur *brachia* (cf. 50, 13; 70, 18), *cotidie* (cf. 73, 4; 95, 20; 101, 18 *quottidie cottidie P;* cf. *cotidiana* p. 139 v. 19), *oportunus* (locos adscribam ut puto omnes: 4, 5; 7, 11; 28, 20; 35, 23; 39, 11; 68, 19; 73, 4; 81, 23; 83, 13; 84, 23; 93, 4; 97, 16; 98, 3; 102, 22; 105, 21; 115, 17; 123, 5; 128, 11; 149, 7; 155, 4; 164, 13 quorum tribus deficiunt *LT*. scribendi genus librariis etiam vetustiorum scriptorum, e scriptoribus e. g. Ennodio usitatum); cf. *Agripina* 83, 17; *litus* et alia v. i.; duplici *littera* ubique, *quattuor* 23, 2 (praeter *F*) all., *Arrianus* ut solent scriptores latini (de Lucifero Calaritano cf. Hartelius ad p. 5, 20, de Alcimo Avito Peiperi, de Victore Vitensi Petschenigi indices) 112, 14, cf. 108, 28 (ubi deficiunt *LTP*), incertum *opperiri* (cf. 15, 2; carm. XIII, 22) alia. de adsimilatione infra dicemus, hic commemorandum *quicquid* constanter tradi, non *quidquid* (*T* 22, 3, *TP* 122, 20, *F* 44, 2 etc.); *simma*, non *sigma* 23, 17, cf. carm. XVII, 6; XXII, 212 *(sycma T)*. de *ph* et *f*, *t* et *c*, *qu* et *c* et reliquis consonantium adfectionibus item infra agendum erit; de aspiratione haec anticipentur: *inchoare* ubique (103, 10 *incohandis P*), *prohoemiaris* 54, 27, *pulcher* et *sepulchrum* fere, in verborum initio nomina et graeca *Halanos* 53, 7, *Harpinas* 87, 11, *heremo* 116, 16 et multa in carminibus, sed constanter *endecasyllabi* (30, 2; 83, 22; 129, 11; 141, 8, cf. carm. XII, 21; XIII, 508), *ebdomadis, ebdomadalibus* (32, 29; 152, 9), *exametris* (33, 20; 83, 19; 141, 9), *eptateuchi* (88, 10), *emisphaerii* (32, 15); adde *Sparthacum* (50, 29), *posthuma* (130, 3, sed v. i.), *rethorica* (85, 6; 112, 27 sed cf. 85, 17; 139, 5), *cathalogo* (85, 17), *scolasticorum trocleatim* (90, 21; 91, 6 all.), *Machariis* (114, 10) etc. singularia *ravulas* 56, 20, *stipadium* 25, 2 (cf. 19, 22 *M*). de vocalibus adnotandum *fasceatus* (22, 17), *appendex* (24, 5), *saltim* constanter (quo redit etiam p. 147, 2 *salti LT*, *saltem MFP*, *saltim C*), *Dripanitarum* (26, 24), *laberinthum* (28, 9; 62, 16; 165 v. 91 deficientibus *LT;* cf. carm. XI, 66), *incolumis* (64, 6 praeter *C;* cf. 65, 17; 68, 10), *Laomedon* (83, 5: sed *Laumed. F*), *elutis* (24, 7; 42, 25), *defrudans* (24, 21 praeter *P;* v. i.) etc.

Comprobatum igitur est extitisse epistularum codicem saeculo fere octavo scriptum, ex quo libri quicumque ad tempora nostra pervenere originem ducunt; quem lacunosum fuisse et mutilatum infra apparebit; simul quasi in transcursu eorum scilicet locorum ope qui in *L* corruptelas ostendebant vel vocabula non recte segregata, in reliquis correcturas eisdem corruptelis adhibitas, comprobatum et integriorem reliquis Laudianum lectionem praebere et ad unum archetypum suum (*β*) item codices redire praeter Laudianum omnes.

Ergo de Laudiano agendum est. quod si satis est praestantissimum esse codicem *L* ostendisse, satis locuti. sed et genus praestantiae enarrandum est et quibus modis a reliquis differat demonstrandum. atque commode incipiemus a codicis orthographia admodum memorabili. quae et multis nominibus diversa est a reliquorum consensu et, cum sibi constet in plerisque, ipsa inconstantia interdum scribendi genus in archetypo usitatum apertius inlustrat. agemus autem de vocalibus primum, deinde de consonantibus, seorsum de geminatione adsimilatione aspiratione. initium igitur faciat **a—u**: 23, 15 *lucunar L*, sed 34 v. 9 et 38, 2 (ubi *C lucanaribus*) *lacunar* cum reliquis;

[1]) praeterire nolo *vocationem* pro *vacationem* in *CP*[a] *(M*[a]*?)* legi p. 8, 22; *vocabis C (M*[a]*?)* p. 133, 16; sed *vacationem* 140 v. 40. cf. Schuchardt. I 177. — ceterum monemus, in hac praefatione ut in carminum adnotatione *M*[a] *M*[b] etc. correcturas prima manu factas indicare, *M*[1] *M*[2] etc. secunda manu factas.

cf. Lachmannus ad Lucr. III 1031, Ritschelius opusc. IV p. 68, Ribbeckius ad Verg. georg. III 365 (omnes de *lucunis*) et Schuchardtius voc. lat. vulg. I 174.[1]) — **e—i:** recte scriptum in *L* ubique *intellego* (11, 16; 36, 29 etc.) raro accedentibus aliis (5, 24 *LP* etc.), *neglegentia* (51, 22 *LC* etc.); *deversorium* non *divers.* (25, 13; 32, 7; 127, 22; v. i. 8, 7; deficit *L* 105, 25); *deverticula* 31, 3; *definitione* 78, 11 (*diff.* rell.); *valetudini* solus cum *T* 36, 17, sed *valitudinem* tantum *MF* 109, 29; *codicillis* 17, 20 (*codicellis* rell.); *Tricassibus* 119, 13 (*Trec.* rell.); *pinnis* 141, 22 (cf. carm. II 128 M^a); *quatenus* 147, 17 (cf. Seelmann pron. lat. p. 185). contra *Vetruvio* 132, 2 *LM*, *antestes* 108, 11; 150, 6 ut scripsit certe Venantius (cf. I ind. gramm. s. v.), sed alias *antistes* (119, 12 all.) cum reliquis et 121, 10 *antistet* cum *T*, rell. *antestet:* illud igitur librario tribuendum: *molis* 4, 14 cum M^1 ut videtur, sed e. g. 69 v. 12 recte *aedis*, rell. *aedes;* sic acc. plur. *omnis* 34 v. 30, *voluptatis* 154, 9 etc.: solus constanter *di* pro *de* ante *s: distinare disperare dispicere discendere*, nisi quod 27, 6 cum rell. *destinato*, 38, 2 contra rell. *destrictus* praebet. archetypum in culpa esse docet p. 96, 11 ubi pro *descensum*, quod restituit Luetjohannus, *discensum* quidem in *L*, sed *discessum* legitur in reliquis; atque ne *discendit* scribatur pro *descendit* cavet Capri excerptum p. 92, 1 (VII K.) et ipse Beda p. 271, 16 qui addit inter *desperatus* et *dispersus* differentiam. frequenter *conticiscant nigriscere* et similia. *decim septim* frequenter *L* (cf. 26, 8; 29, 13; 131, 14), *itim* 57, 22; v. s. *saltim* omnibus proprium. — **e—o:** adnotandum invenio quod p. 8, 7 *devorsorii* vetuste sonans *L* exhibet (*deversorii* M^1, *diversorii* rell.). ceterum cf. *Sthenoboea* codices carm. V, 178, *Bellorofonteis TCF* V, 184. — **i—u:** *Brundusio* 16, 6. communis est haud uno loco codicum scriptura *praesumptiosus:* sic 16, 15 et 73, 21 praeter *F*, 107, 11 praeter C^1F sed deficientibus *LT*, 108, 24 praeter *C* sed deficientibus *LTP;* recte per *u* scriptum uno loco 1, 6 in *L*, item M^1 C^b: fere igitur expulit recentius scribendi genus pristinum. atque *sumptuositas* 154, 4 omnes praebent, ut conspirant in *voluptuosus* 78, 2; 93, 1; 119, 26; 140, 50. item uberius tractandum *maxumus maximus.* nempe ut alia multa adfectandae antiquitatis causa ubique *maxumus* Sidonius scripsit, tenuit plerumque *L:* 33, 22; 41, 5; 47, 5; 49, 6; 51, 5; 51, 18; 54, 6; 73, 17; 78, 3; 85, 3; 96, 9; 100, 5; 101, 10; 112, 13. 24; 118, 23; 122, 5; 130, 18; 132, 4. 22; 134, 8; 142, 9; 151, 5; 152, 5; 154, 11. quorum locorum quinque ad *L* accedunt *MP* (47, 5; 51, 5. 18; 54, 6; 85, 3), uno *TP* (78, 3). contra in vulgari scribendi genere cum reliquis consentit *L* his locis: 58, 21; 62, 22; 65, 16; 71, 17; 86, 9; 113, 27; 116, 5; 119, 10; 123, 16; 131, 11. 12; 138, 10; 146, 2; 147, 9; 148, 15 et fortasse aliis. quod cum sine dubio per librarii socordiam evenerit, non casu factum est, ut 87, 27 unus *M*, 116, 29 M^1, 79, 20 *MP maxume* etiam contra *L* praebeant. ad *maxumum* accedit tantum *intumus* (54, 9 *L;* 99, 18. 19 *LTP*), semel in *MP optumus* (85, 9); praetera ubique *minimus optimus plurimus proximus ultimus extimus* et *L* et reliqui. atque ne id quidem Sidonio tribuendum videtur quod 116, 5 codices praebent *minimo maximoque* (cf. 119, 10 magis corruptum), siquidem 132, 4 in *L* legimus *ut tibi quam minime blandiaris maxume iniungo* 134, 8 *per se minimus et tantum per sua maxumus, animo exiguus vivit et patrimonio plurimus*, 154, 11 *maxumis*, ib. 1 *proxime*, 15 *plurimum.* in universum igitur pristinam scripturam, quae facile evanescebat, servavit *L;* rara eius non plane abolitae vestigia apparent in reliquis. — **o—u:** recte *L* ubique praebet *adulescens* (solus cf. 84, 15; 131, 1: cum *M* 5, 23; deficit 105, 30): *iucundus iucunditas* (cf. 13, 10; 14, 15; 26, 23; 70, 9; 72, 4; 83, 20; 151, 23, quibus locis oppositus est unus 130, 4 quo consuetudini temporis indulsit librarius deditque *iocundius* ut ceteri); *suboles* (cum *M* 29, 21; 85, 13); *epistula epistularis* tantum *L* 1, 6, in titulo I 1 et passim, sed et conspirant in recta scriptura omnes e. g. 26, 29; 72, 20; 78, 2; 99, 2, et ad volgarem inclinabat Laudiani librarius qui eam solus praebet 60, 3; 152, 7. *somnulentia* 25, 15. *consulari consulatio* constanter (cf. 30, 7; 62, 29; 96, 2; 100, 1; 122, 26; cum M^a 101, 16), quam pronuntiandi et scribendi

Digitized by Google

consuetudinem pervulgatam (qua deinde factum esse notum, ut consulandi et consulendi verba inter se commutarentur) a Sidonio non alienam fuisse paronomosia docet qua utitur p. 94, 5 *dignus qui omnes consuleris infirmos quique merito ab omnibus consularis.* sic *praestulari* 89, 11; 131, 8 (cf. excerpt. Valeriani apud Cassiodorium p. 157 ext. K.). contra *clausolis* 155, 5, *gerolorum* 151, 12, *cellolanorum* 151, 26, *detolerat* 154, 23 quod unum ad vetustiorem usum referre propter similia illa nolumus (cf. app. Pr. 199, 8 K. *tolerabilis non tuerabilis*). solus *pumilionum* praebet 114, 12, solus *robiginem* 33, 10; 83, 4; 98, 13; 133, 17 (cf. app. Pr. 199, 5 K.), solus *lucusta* 144, 20 de qua scriptura unice recta v. Schuchardt. II p. 109. *Iorensia L* 76, 32; *Garunna* non *Garonna.* denique proprium est Laudiano ut *nepus* scribat non *nepos*: cf. 10, 23; 48 v. 2; 80, 21; 88, 26 (cf. e. g. titulus Campanus C. X, 4523, 5 *nepus fecit*). — **y—i:** constans tantum in *L* littera graeca, qui solus pura servavit pleraque et propria nomina et appellativa, e. g. *Symmachus Cynthia Syracusanus Tityrus Aracynthus Dionysius Hecyra* (et plura nomina e. g. p. 55) *conchyliata byssina bombyce cyathi rythmos lyrica lyristes gyros corylis clepsydras cryptoporticus crystallis* etc.; solus *cygnos* (25, 18); *inclyti* (68, 20); *lyntrium* (7, 13; cf. C. I. L. II, 1182); perraro ut 31, 23 *protomistarum* cum reliquis, cf. 24, 20 *hippodromus* de quo merito ambigitur. notandum praeter cetera servatum ubique elegans scribendi genus *bybliopola* et *bybliotheca:* 30, 4; 31, 16; 44, 28; 63, 4; 88, 7; 112, 24; 139, 6; 154, 20. semel notavi cum reliquis per *i* scriptum *bibliothecalibus* 129, 8. *y* non recte positum sed rectius reliquis 24, 1 *Proconysos L, proconissos* rell.; item *yi* 82, 25 *harpygiae L, harpiae harpyae* rell. — **y—u:** *cumbulis* 26, 5 (*cymb., cimb.* rell.), *murratos* 128, 18 (*y* vel *i* rell.). — **ae—e:** unus recte et *Aeti* nomen scribit (119, 3 *a.e.tius L, ethius* rell.) et graecum *sphaeristerium* (25, 29; 31, 12) et latina *faetidus faetet faetor* (49, 22; 66, 13 *fetet* rell.; 94, 6; 146, 13) *paenitentem* 75, 12 (*pen.* rell. sed *poen. F*), recte *veraedorum veraedos veraedariis* 6, 15; 82, 16; 140, 30. — **au—o:** *plosor* uno loco *L* 132, 11, ceterum cum reliquis *plausor;* sed locus ipse docet non fortuitam esse scripturam, siquidem *clusor* reliqui praebent et altero 152, 8 *plosor* rell. (*plausor* P^a) sed *plusor L.* atque (**au—u**) *clutis* et *defrudans* supra ex omnibus attulimus: unus *L defrudet* 2, 16. — de **eo—eu** v. i. — deinceps de consonantibus. **c—t** litterarum ante *i* ut solet minime stabilis scriptura; tamen *condicio suspicio convicium* servata non raro (cf. 10, 16; 11, 15; 17, 7; 42, 12; 44, 28; 93, 4; 152, 5); male *solatium* omnes praeter *C* 89, 4 itemque *inducias* praeter *F* 82, 18. — **c—qu:** regnat in *L* non *sequuntur* tantum (5, 19 *secuntur MFP,* 10, 26 *FP,* 132, 10 *MTCP,* sed 123, 9 *sequuntur* omnes nisi quod *sequntur T,* ut idem e. g. 113, 20 *loqutos,* 23, 4 *prosequntur TF*), sed *sequutus* quoque et *loquutus* (1, 6; 19, 27; 27, 5; 37, 1; 72, 17; 74, 5; 75, 1; 99, 14; 113, 20; 131, 17; 143, 2; 144, 4; 152, 14, ubi L^b *qu* correxit ex *c*); singulare in *L secuturi* 148, 20, quod legitimum est in reliquis. *reliquum* omnes 53, 13. cf. 24, 8 *arquata LMP, arcuata* rell.; 24, 24 *arquatili* omnes. 53, 5 *dequoqueret LM;* 146, 19 *dequoquendus L* solus. — appendicis loco addimus **ct—t** ante vocales: scilicet 85, 5 *fauctor* exhibent LM^1, 114, 30 *auctumant L,* contra 97, 2 *autoritas L* (app. Pr. 198, 31); cf. 121, 11 *olfatu MCP.* praeterea hic memorandum quod ex libris praeter *L* recipere non debebat Luetjohannus *Vectius,* cum recte *L* praeberet *Vettius.* — **gn—n:** *gnaviter* reliqui, sed *naviter L* 100, 11. — **p—b** ante *t, s:* constanter *L scribsisse scribtus scribtitare* (cf. 8, 8; 18, 12; 28, 23; 53, 21. 24) *nubta nubtiae* (cf. 8, 20; 13, 22; 116, 3) *labsus* (cf. 40, 31) etc. servat igitur *b* secundum etymologiam ut fecit Varro, contra cuius doctrinam pugnant Hadrianae aetatis grammatici; e quibus Velium Longum tradere legimus *qui originem verborum propriam respiciant per b scribere* talia (p. 61, 9 K.). *labsus* non *lapsus* app. Pr. 199, 11. quod si 141, 25 *scripturire* librarius exaravit, quid commiserit docet 125, 3 ubi inscius pro *scripturire* posuit *scribitur ire.* in his igitur cum volgare scribendi genus reliqui teneant, *Optanti* nomen 28, 6 unus *L,*

27, 23 *LT* per *p* scribunt; *supter* tantum *L* 135, 23. — neque **mn** neque **mt** litteras interiecta **p** molliores reddit *L: contemnere damnare sollemnitas* et similia constanter. *contempnere dampnare sollempnitas* non minus reliqui (cf. 10, 16; 90, 2; 115, 13. 16 etc.). etiam constanter *L sumtus sumtuosus praesumtuosus* (v. s.) *consumtus* (cf. 14, 24; 16, 15; 25, 29; 48, 1 etc.) *contemtus* (cf. 44, 14) *exemtus interemtus* (cf. 26, 10 et 141, 27 *LT;* de 33, 11 v. s.: *interim tamque* pro *interemtamque L*, reliqui *interitamque:* illud igitur ex archetypo esse certum) atque *temtare* (42, 2; 90, 24; 96, 8; 136, 4). *mn* igitur quod scribit, non *mpn*, vitari videmus pronuntiandi morem vulgarem et vitiosum; quod *mt*, non *mpt*, ne in temptandi quidem verbo, pugnari contra usum legitimum et priscum ut pugnat Marius Victor. I 4 p. 21 *nec 'consumtum' nec 'emtum' nec 'redemtum' nec 'temtat' et similia istis per pt scribetis vitiose, sed ut ego scripsi iuxta mt ponetis.* — **t—d:** mollit saepissime vocalem in vocabulorum fine, ut *inquid* (cf. 91, 7) *reliquid* (cf. 100, 4) *nequead* (cf. 114, 9; contra *accipiat L* pro *accipi ad* 115, 1) *capud* (cf. 130, 27) *velud* (cf. 80, 8, sed *velut* 120, 8: utroque loco *velud F*) *aliquod* (cf. 97, 10), *adque* frequenter; notae consuetudinis exempla multa ex titulis collegit Seelmannus p. 366. — **n** ante **s** non inserit *L: quoties* igitur scribit et *toties*, non *quotiens totiens* ut reliqui fere; atque accedit ad *L* saepiuscule *M* (cf. 10, 9; 49, 17; 62, 14; 147, 4), subinde *MT* (cf. 28, 21; 99, 15), procedente opere etiam *CPF* (cf. 118, 17; 119, 23; 122, 7. 9; 143, 2; 146, 11. 12 sq.), in priore parte 46, 14; atque 122, 16 *quotiens* apparet in *L* cum *TCF*. in archetypo igitur *quoties* etc. regnasse constat. — **n** ante **x** non magis admittit in *coniux*, cum in reliquis obtineat *coniunx*. accedit *P* e. g. 29, 18; 35, 1. — **v—b:** *Danuvium* unus recte 143, 21, *Danub.* reliqui; cf. carm. II 200. *Cavilonnum* 76, 11 *L*, *Cabillonum* reliqui. — **v—w:** duplicem litteram vulgarem admisit cum reliquis interdum ut 60 v. 5 (recte 59, 13) *Euuodium*, 86, 26 *Euuanthius*, solus 100, 14 *leuuitici*, sed item solus 32, 22 *Vardo* non *Wardo*. — **u** post **g** non ponit ubique: *ungenta* 37, 31 (cum *TC*) et similia; invicem errantibus reliquis in *anguore* (123, 1) *sphinguarum* (83, 5) praebet *angore* (cum *C*) et *sphyngarum* (cum P^1). — **s** post **x:** *exsputus* (12, 25) *exspectare exspectatio* (cf. 13, 1; 22, 3; 44, 20, *expectans* e. g. 74, 18) solus, sed *execrantur* 18, 8 cum reliquis et *executus* fere. — addendum hic *forcipibus* 65, 9 *L* et fortasse M^a, *forpicibus* rell., cf. 2, 25 *forcipibus F* et fortasse M^1, *forpicibus* rell., sed *vesticipibus L;* v. Brandis de aspir. lat. p. 32 sq. — in *aspirandis vocalibus* multo melior Laudiani quam reliquorum usus, cum quibus quae paria habet supra adnotavi; solus igitur *Eedici* nomini non aspirat (cf. 25, 27; 41, 4: cum *T* 88, 22); solus *erile umerus umor umectare* (35, 22; 50, 13; 70, 19; 26, 2; 50, 1; cum *TP* 3, 1; 59, 25; 60, 3; sed 92, 16 omnes *humeris*). quod ad internam attinet vocalium aspirationem, *inchoandi* et *prohoemiandi* verba supra tetigi, *redhibendi L* ubique recte exaravit, solus e. g. 30, 8; 41, 3; accedit *T* 39, 15, TM^2C 79, 11, omnes praeter *C* 89, 3. *consonantium aspiratio* magis fluctuat, ut in nullo non fit codice latino. multo tamen constantius quam reliqui *L* Sidoni manum reddit. **c—ch:** unus *L chordae* e. g. 3, 19; 135, 21, *schemata* 113, 1, *charisma* 115, 9, *tetrastichon* 91, 7 et alia, contra solus *Aracynthum* (non *arachintum*) 30, 15, *Hecyrae* 64, 12 et alia. *charta* plerumque cum aliis, sed *cartha carthula* quoque (solus 51, 14; 100, 26; cf. 60, 15 all.). — **t—th:** *Thrasoniano (LM)* 15, 19, *Thaumastus (LT)* 10, 23 (cf. carm. XXIV, 85), *cyathi (LM)* 25, 8, *Libitinam (LT)* 29, 26, *Demosthenes (LMP^b)* 31, 25, *L* solus 126, 10, *posthumus (LT)* 48 v. 3 (cf. 73, 13 et v. s. 130, 3). solus *L Gnatho* 49, 5 *authenticus* 112, 23 et invicem *Proteus* 51, 4 *torus* 123, 14 *ture* 37, 31, *brattcatus* 34 v. 8; 134, 23, sed cum reliquis *cathalogus* 85, 17. — **r—rh:** solus e. g. *Rhodanusiae* 6, 13, cum *T Rhenanis* 68, 10, cum *C rhetoricus* 85, 17; 139, 5 (v. s.). omnino in istis non consulto mutata reliquorum scriptura, sed ut parcius in *L* sensim depravata. — **p—ph:** *sulpureu* 8, 3, *sulpuris* 87, 19 solus (cf. Brandisius l. s. 24 sq.). *Paros* cum T^a 24, 1. — **ph—f:** non norma apparet, sed licentia; solus e. g. 123 v. 5

Euphraten, cum *F Euphratide* 137 v. 51, sed cum reliquis *Eufrate* 55, 17; solus *phaleratus* 56, 5; *Euphronius LT* 76, 21; 77, 3. 4, omnes 150, 5; sed *Falaris* omnes 83, 9; *Filagrius Filagrianus* 27, 7 praeter *P*, 120, 6 praeter *F*, 121, 17. 30 tantum *LT* (cf. carm. VII, 156; XXIV, 93 ubi quod variavimus scripturam non recte fecimus); 26, 18 *zefiro* solus *L*. idem *philosofiam* alternare facit cum *filosophia* (cf. 79, 3. 4; 113, 16; 121, 13; 128, 22) et quae eius generis praeterea observantur. cf. Mommsenus Hermae vol. XIV p. 65 sq. — deinceps de *consonantium adsimilatione* agendum. **bm—mm:** *summovere* cf. 4, 15; 27, 1. **bn—mn:** *amnuis* pro *abnuis* in *L* non semel comparere supra adnotavi neque habeo quocum comparem istud; certe quae de cognatione inter *b* et *m* litteras intercedente praeterea adferri possunt diversa sunt. ad archetypum redire scripturam reliquorum correctura *amnuis* docet. — pro **dm** scribere **mm** sollemne est in *L*, ut praescribunt Papirianus Cassiodori p. 162, 10 *(ammonet, amminiculum)* et Albinus p. 297, 15 *(ammittit)*, sed raro legitur in codicibus. constanter igitur *L amminiculari amministare ammirari ammiscere ammittere ammovere*, etiam *ammodum* 54, 1; et plerumque quidem solus (cf. 5, 15; 9, 26; 15, 5; 35, 23; 43, 2; 49, 19; 55, 9; 73, 18; 86, 8 etc.; *ammissum L* 64, 25 quod reliqui omittunt), interdum cum *M* (cf. 3, 9. 20; 17, 20; 18, 8; 45, 27 etc.) qui saepe a prima manu postea correctum praebet *amitto* (cf. 9, 26; 15, 5; 49, 19; 55, 9; 92, 24 etc.), ut semel *L* 80, 9, vel cum *T* (11, 17; 23, 15; 33, 21; 49, 28 etc.) vel *MT* (13, 6; 41, 23; 43, 15 etc.) vel denique cum plerisque, atque in posteriore quidem operis parte: 115, 22; 119, 6; 120, 17 *LMTP;* 131, 21 *LMTC;* 130, 9 omnes praeter *C;* 118, 23 omnes praeter *F*. 61, 17 accidit ut *administrare L, amministrare MC* praebeant. ergo hac quoque in re *L* archetypi genus scribendi refert purum, reliqui non constanter mutatum. — **ds:** plerumque *d* servat *L* a reliquis extritam: *adstipulatur* 47, 3, *adscribet* 48, 7, *adstupet* 81, 5, *adscivit* 85, 7; 148, 1; *adsumpsit* 154, 8 etc., sed e. g. *asscripti* 152, 3, *astruxi* 44, 12. — **dt** servare solet solus *L*, cf. *adtrahere* 69, 4; 82, 11; 143, 13, *adtollere* 129, 5, *adtremere LT* 94, 15. — **pt** non **bt** contra reliquos constanter *L*, cf. *optutus* 3, 22; 46, 26; cum *T* 121, 16; *optingere* 19, 7; cum *MT* 51, 9; *optinere* 27, 24; *optundere* 27, 24; 35, 5; *optentus* 56, 13; *optulit LMT* 68, 2 etc. — **nl** servat fere, et quidem solus plerumque, ut *inlustris* saepissime (*illustris* 85, 2) *inlimis* (7, 16) *inlecebrosis* (9, 24) *inlicitis* (19, 14) *inludens* (22, 1) *inlustrat* (25, 27) *inlata* (30, 1) *conlata* (15, 15) etc. — **nr** solus cf. *inriguus* 7, 24, *inridet* 29, 10, *inruere* 42, 12 etc. — **np** item solus, cf. *conplura* 29, 2, *inpense* 29, 11, *conpotrix* 32, 12, *inprobabiliter* 19, 16, *inpertiuntur* 53, 21, *inpune* 53, 23 etc. — **nq, nc.** regnat in *L quanquam tanquam* (cf. 13, 1; 14, 13; 17, 14. 27; 37, 26; 47, 16 etc., saepe accedente *F*, qui *n* solus tenet 58, 7; 102, 12 ubi deficit *L;* item *M* ut 51, 12; 59, 1; 61, 31; 75, 5, qui solus item 50, 26; *LMF* 114, 31; *LMT* 133, 5; *LMFP* 45, 26; *MCF* 56, 8; omnes *m* 29, 6), *nunquam LM* 89, 20; 125, 11. huc pertinet *horunce L* 58, 15 (*horumce* rell.). — **sc—cc:** *suscensere L, succensere* rell. 82, 27. — postremo de *consonantium geminatione* quae graviora videantur attingemus. *L* solus *rettulit* (cf. 18, 13; 40, 32; 65, 26; 116, 13; 138, 20); mirum igitur quod 100, 6 *reperit* habet contra reliquos et 148, 3 *repperiretur* cum M^1T. cum *M* 64, 2 *afui* non *affui*. solus *litus* 25, 25; 132, 19; cum *F* 26, 5, omnes 26, 16, sed semel solus *L littus* 10, 19. solus *balbuttiret* 64, 26 (cf. e. g. Ennod. 202 v. 15), deinde v. 17 *caecuttiret* cum *MTP* (cf. Claudian. Mam. p. 174, 3 Engelbr.). memorabile *scaturrit* non *scaturit* 138, 13, cum 2, 8 *scaturientia* reliqui praebeant, *L sca turpentia;* 148, 1 *scaturriginem* M^1, *scaturiginem* rell., *scaturii ignem L*, quae ad duplicem *r* omnia redeunt. *atavo L* non *attavo (octavo* M^b*)* 128, 6. *supellex* non *suppellex* 129, 8, cum *CP* 144, 18, sed *pp* praeter *M* 23, 21; cf. *suplicet L* 95, 16; 96, 10; 137 v. 35, sed recte e. g. 153, 19. *pugilatus* non *pugillatus* 23, 21. *pedisequa* non *pedissequa* 14, 17 *(LT)*; 70, 14; deest *L* 158, 14. (cf. Engelbrechtus act. acad. Vindob. 1885 p. 528, eph. epigr. V p. 115). *hippodromus*

Digitized by Google

24, 20 (*hipo-, hypo-, ypo-* rell.). *vilicus* non *villicus* 63, 3. *definitio* 78, 10 (v. s.). male *connexos* L^1F 141, 10. *querella medella tutella* etc., quibus in vocabulis duplicem *l* certe inde a secundo saeculo obtinuisse grammatici et tituli docent, ubique *L* solus. Beda rursus *querelam* praecipit. *solers L* 86, 3. *suculenti LMT* 2, 26. addo carm. IX, 253 *sicca* codd. — horum igitur quae de orthographia codicis rettulimus si summam spectamus, dubitari non posse videtur quin exceptis eis quae ad vulgarem usum delabens librarius peccaverit ipsius Sidoni manum Laudianus reddat. conferenda sane ista sunt cum Frontone Appuleio Gellio et certius comprobari poterunt cum tituli gallici coniuncti praesto erunt ad conferendam aevi Sidoniani consuetudinem. sed sic quoque satis certum tulisse videmur iudicium et in orthographiae latinae historia codici Laudiano locum non extremum vindicasse.

Tandem igitur a scribendi genere ad ipsam codicis lectionem transeamus. de qua idem quod de illo dicendum esse, loci gravissimi quorum supra partem indicavimus abunde docent. sed nulla est pagina quin Laudiani genuinam lectionis integritatem prae se ferat. praelibare perpauca placet, e quibus quasi transitum faciant quaedam de vocabulorum formis genere usu enotanda. de verbo: 126, 14 *decucurrerunt L, decurrerunt* rell., sed *cu* prius erasisse videtur M^2: 118, 18 *percucurrisset LT, percurrisset* rell.: magis quaesitae sane formae reduplicatae, quibus poetae vetusti ut Plautus sine exceptione utuntur: dactylico scilicet metro ut adaptarentur deinde concisae sunt. *ferociendi* verbum non frequens servat 15, 23 (*ferocisse L, ferocissime* rell.), *cacuminandi* 118, 21 (*acum.* rell.), *anendi* vel *anescendi* (117, 21 *anuit L, annuit* rell., cf. Caper 93, 18. 19 K., Pomp. 222, 6 K., Cledon. 55, 4 K. et Philoxenus ex Plauto: Loewe prodr. 271). 53, 18 *anquirerem L, inquirerem* rell.; notandum *aggredirer* 150, 19. — de nominibus 119, 21 *edulibus L* cum *T, eduliis* rell.; hoc magis vulgare et recentius, siquidem ex tertia quam vocant declinatione in secundam nomen abierat; illud e. g. ex Afranio (v. 259 R.) olim testatus est Nonius 28. — 138, 23 *per decipulum male blandientis eloquii L, decipulam* rell., hoc quoque secundum usum recentiorem (cf. Venant. ind. s. v.); illo utuntur Appuleius et secundum Laevium Fronto. — 43, 6 *quandam obicem L, quendam* rell.: quid posuerit auctor non tam certo docet p. 103, 5 ubi *de nostra obice* codd. praeter M^2, sed deficiente *L*, quam carm. II 492 *cerea destituit resolutis axibus obex.* — 32, 13 *quorum cerebris hospitales craterae nimium inmersae dominabantur* codices praebent, sed *L creterrae* vocabulum vetustum et rarum, cf. Non. 547. quod sane hic non magis spernendum erat quam in Ciceronis Arateis (219) ubi Harleiani prima manus tradit ut Nonius. — 32, 14 *scrobis* nominat. *L, scrobs* rell., cf. Neuius I 183. 676. 1, 7 *Titianus L, Titinianus* et alia rell. adde graeca 116, 16 *symbolam L, simbolum* rell.; 37, 18 *scorpios L, scorpius* rell.; cf. 31, 24 *Phaedonem L, phedronem* rell.; 141, 9 *echoicos L, eschoicos* rell. — de adiectivis: 140, 3 *veniabilibus erratis L, venialibus* rell. illud etiam Claudianus Mam. p. 181, 19 Engelbr. — 70, 1 *optulimus quod cantilenae recentis obvium manui fuit L, obviam* rell.; rursus Claudianus 176, 1 *obvium sese dederit,* sed codex Vindob. *obviam.* 60, 6 *in extimum gyri L, extremum* rell. forma magis nota; *extimus* superlativus frequentatus Sidonio: cf. 95, 4; 101, 11; 126, 7; 136 v. 23; 163 v. 25. — de adverbio: 118, 9 *magno opere* vetuste *L*, sed 74, 15 *FP; magnopere* rell. 112, 19 *sequius L, secus* rell., cf. Neuius II 118; I 692. *rusticanter* servatum 152, 18 (*-tem* rell.). — pronomen *qui* non *quis* ut reliqui 22, 21 *qui sit agri situs L;* cf. 29, 25 *si qui haud incassum honor cadaveribus inpenditur* (*quis* rell.). ad usum veterem qui videbatur hoc quoque pertinet ut 93, 11 *diem functo* scriberet Sidonius: hoc *L*, sed *die functo* rell., nisi quod *F* dedit *defuncto;* altero loco 123, 9 ad *L* accedunt M^1T, reliqui idem praebent quod priore. vetustum *fors fuat* omnes servant 154, 20, tantum *L* 26, 10: reliqui *forfuat* et ex coniectura *confluat T.* vocabulum *oratus* non vulgari significatu comparet 166, 11; sed 126, 12 nunc legimus (*vitu-*

Digitized by Google

peronum) *fugere linguas — ne Demosthenis quidem Ciceronisque — eloquia fabra potuere, quorum anterior orator Demaden, citerior Antonium toleravere derogatores.* otiosum est *orator,* quod sensit *F* qui omisit vocabulum, recte *L* praebet *oratus* genetivum a *derogatores* pendentem. cf. *auditus* (163, 5). vindicanda videtur etiam formula elegans 37, 25 '*libenter, inquam*' (reliqui *inquit*) et si quae forte eius generis adici possunt. alia quaedam digito monstremus. omittit in reliquis male adsumpta 53, 18 *sed* (quod non recte defendit Engelbrechtus l. s. p. 530), 72, 26 *me* ante *melius,* 131, 25 *me* apud infinitivum, 154, 13 *et post* ante *consequens erit.* servat male omissum e. g. 2, 15 *sunt,* 64, 25 *ammissum,* 116, 8 et 119, 17 *vel,* 134, 4 *te* (quod in reliquis delapsum videtur in versum sequentem post *sustinet*), 155, 3 *affatim.* servatum gaudemus 133, 2 *talibus se ligant votis, victimis solvunt* (*t. eligunt v.* rell.), 50, 18 *quia debili, bis pudendae* (*q. debilibus p.* rell.) et alia innumera, cf. 74, 18; 90, 14; 95, 20; 133, 13 etc.

Iam ut videamus quibus in rebus *L* superetur a reliquis, primum quidem quae peccavit ut librarius peccavit. sic quod 2, 3 *non* scripsit pro *nunc,* item 150, 15 *non* et *num* in reliquis legitur, recte *nunc* in *L.* similia e. g. 4, 29; 6, 20; 48 v. 14; 66, 14; 126, 14; 131, 22; 133, 14 *(formidet)*; 136 v. 23; 141, 11 *(loquacitate)*; 154, 14. fortasse huc pertinet 57, 22 *cum sint.* vocabulum magis notum recte substitutum videmus 95, 5 *triariorum L, trihariorum T* pro *trahariorum.* nihil interpolationis 138, 3 *brevius* pro *liberius,* 141, 20 *safphyrico* pro *sapphico.* cuius suspicionem alienam esse a librario isto ipsi qui incitare possint loci docent quales 39, 8 *praestantiorem inventiorque L* pro *praestantior eminentiorque;* 40, 3 *vel obtutum* pro *vel ob tuum;* 152, 7 *leceto in* pro *licet olim* et quae eius generis multa attulimus. sed plura sunt et graviora quae *L* omittit, reliqui non omittunt. omittendi scilicet causam non librarii incuriam fuisse sed archetypi male habiti condicionem eo intellegimus quod in initio operis ubique fere spatium tot litterarum librarius reliquit quot in exemplari suo deletas esse videret, quo factum ut multis locis verborum iactura certo agnosci possit: cf. 1, 6. 12; 2, 18; 3, 16; 4, 3. 9; 5, 3; 6, 5; 7, 2. 19. 25; 8, 16; 9, 15; 10, 11. 17; 11, 8. 13; 12, 4. 10. 28; 13, 7; 14, 1; 15, 3. 20; 22, 14; 23, 9; 24, 12; 25, 28. hic fere desinunt lacunulae istae ipso spatio inter verba relicta indicatae. fortasse igitur igne laesa erant prima codicis archetypi folia, ut finem eius (IX, 7, 3—16) abreptum fuisse scimus. praeterea quae post p. 25 omittit praeter epistulas partesque epistularum solidas III 3, 7. 8; VI, 12, 3—VII, 5, 2; VII, 6. 7. 18 ext.; VIII, 2; IX, 1, de quibus vide quae supra p. XXV exposuit Mommsenus et quae infra dicentur, pauca sunt et errore omissa nec spatio relicto, ut 28, 25; 29, 27; 64, 14; 133, 14; 153, 3, cf. 13, 14. XXX omittit litteras 65, 20, XXIX 72, 24, i. e. singulos fortasse versus. ut in indicandis verborum iacturis, in eis quoque corruptelis quae verbis non recte separatis natae sunt (cf. praeter exempla quibus supra usi sumus p. 81, 11; 129, 2; 131, 27; 148, 5; 151, 19; 154, 2) fideliter ad exemplaris sui lectionem se adplicasse videtur librarius. item in illo iam factam esse consentaneum est crebram litterarum C et G permutationem ad litteras maiusculas inscite depictas referendam, cf. 21, 9 *indigit L* pro *indicit,* 37, 3 *cesserat* pro *gesserat,* 37, 26 *tecmine,* 50, 4 *spurgat,* 52, 12 *panycirista,* 128, 2 *pythigas,* 131, 10 *proloco.* item P et R: 2, 8 *sca turpentia* v. s., 154, 22 *percertis* pro *perceptis;* cf. 78, 14 *mefuerit* pro *meruerit,* 82, 9 *caubas* pro *causas.* illum igitur epistularum codicem mutilatum non diversum fuisse ab illo omnium librorum archetypo *α* pro explorato haberi potest. neque amplius obscurum est cur ex eo transcriptus *β* codicum praeter *L* archetypus tali ratione adornatus sit qualem fuisse facile intellegimus.

Nimirum qui codicum *MTCFP* communem archetypum confecit homo non ut *β*
Laudiani librarius latine indoctissimus, neque contentus erat depingere quae corrupta esse appareret et laevigare paratus quae saeculo displicerent. ille igitur corruptelas

illas in Laudiano servatas incogitanter oblitteravit, ille orthographiae archetypi suam opposuit et in Sidoni sermonem invexit scripturas quales *epistola iocundus soboles adolescens intelligo diversorium maximus bibliopola veredarius fetor praesumptiosus scriptus quotiens coniunx dampnare ademptus Danubius forpice admitto irriguus quamquam pedissequa retuli querela* etc. qua ratione cum satis constanter usus sit, interdum eius oblitus pristina reliquit, qualia passim confirmandae Laudiani auctoritati supra adhibuimus. ille formas verborum vulgares *eduliis decipulam scrobs craterae extremus secus* etc. vetustis et Sidonianis substituit; quo pertinet eliminatum ab illo pronomen vetustae consuetudinis *istaec*, de quo paullo accuratius dicam, quoniam rem non recte diiudicavit Engelbrechtus l. s. p. 530. neutrum plurale *istaec* Sidonius usurpavit in formulis *quorsum istaec* 45, 22; 58, 3; 101, 10 (etiam *quorsum ista?* cf. 34, 1 ubi *cursim ista* $M^1 C^1 FP$; sed 152, 19 *sed ista quorsum stolidus allego?* verbis aliter collocatis); *de his istaec* 117, 23 (ubi non recte obsecutus est correctori Luetjohannus; scribendum non erat *sed de his ista: haec etiam multa sunt*, verum: *sed de his istaec: et iam multa sunt*); *istaec satis* 6, 1; in tali sententiae conformatione: *sed quid ego istaec iusto plusculum garrio?* (42, 28) *sed cur ego istaec inceptus adieci?* (112, 16 ubi item *istaec* reponendum) *et tu istaec mihi — deblateras?* (13, 9); praeterea 8, 8; 33, 27. semel femininum singulare *excusatio istaec* 61, 31. his locis omnibus praeter 112, 16 *L* praebet *istaec*, nisi quod 13, 9 et 33, 27 diductis litteris, i. e. non intellecta pronominis forma insolita, *ista ec* exaravit. qui codicem β confecit ubique substituit *ista haec*, quod praebent omnes praeter *L* p. 8, 8; 33, 27; 45, 22; 61, 31; 117, 23. profectus est ille ab aevi sui consuetudine, quae in Claudiani codicibus eidem formae civitatem dedit, cum Claudianum quoque *istaec* scripsisse codex Sidonianus *L* ostendat p. 53, 20; cui consuetudini obsecutus semel Laudiani librarius eandem admisit, p. 112, 16. qui ex β fluxerunt codices non omnes ubique *ista haec* retinuerunt, *istaec* restituerunt *CP* 42, 28 (de *M* cf. Luetjohannus supra p. XV), *ista C* 101, 10, *haec T* 6, 1, *C* 58, 3, *haec ista F* 13, 19, *ecce ista T* ibid., *ista hoc C* 6, 1, *hoc ista* idem 13, 19 etc. apparet autem formam probam et vetustam ex β plane expulsam fuisse.

Haec consulto mutata. quae praeterea β in singulis scripturis cum *L* discrepantia praebet, ea maximam partem transcribentis errore commissa esse res docet. scripsit igitur, quibus exemplis utar, *debilibus* pro *debili*, *bis* (50, 18), *me melius* pro *melius* 72, 26, *excusabiles excusaremur* pro *excusabiles iudicaremur* 118, 7, *relegatur* (nam *relegor* coniectura inde profecta) pro *relegatus* 151, 19, *totus qui* pro *totus totusque* 67, 25 et item vocabulo non repetito *incumbere* 152, 16 (cf. 18, 5). alia supra tetigi non omnia mero errore nata (cf. 116, 8; 119, 17; 131, 26; 134, 4; 133, 13). ad interpretamentum in α adscriptum redire videtur quod 154, 9 *haec quidem gloria, si voluptates — reliquisset (L)* in β lectum est *esset quidem gloria* (α *esset* supra *haec* tulisse videtur); eodem quod p. 73, 10 *vetus, tum* in *L*, in reliquis *vetusta tum* legitur; imaginem pristinae scripturae refert *M tum* supra *vetusta* exhibens. scilicet sententia cum non facile intellegeretur (*quibus dolori peregrinatio nova nec usui lectio vetus, tum religio professioni est* etc.), qui coniunxerat *vetustum* correxisse sibi videbatur adiectivum *vetusta* scribens. atque duplicem archetypi scripturam ipse *L* contraxit 120, 26, ubi *artutibus* scripsit, *artubus TF* et *artibus MCP*. sed non in omnibus *L* rectam, β perversam praebere lectionem supra iam probavimus Laudiani erroribus indicatis; comparatis demum *L* et β ad α ascendere licet locis qualis est 53, 20 ubi pro *tute indicaveris* in *L* legitur *tu iudicaberis*, in reliquis i. e. β *tute iudicaris*. huc denique loci non multi pertinent in quibus *L* pravam scripturam cum parte reliquorum praebet, pars reliqua veram non coniectura ut videtur recuperatam, sed ad variam lectionem in α adscriptam quae referri debeat: cf. 13, 13 *turres fluunt, naves sedent* TCM^bP^b, sed *ventres fluunt* LM^aP^a; 57, 13 *qui* om. LT^1M^1 (ibid. *tractu* pro *tractatu* LT^1); 96, 7 *multo post TC*, sed *post*

Digitized by Google

multo LMFP; 114, 18 *inflatus* recte $M^a CFP$, *inflandus* LTM^b: plerumque igitur duplicem scripturam *TMP* servarunt.

Graviora nos docent eae Laudiani lacunae quas in α iam fuisse intelleximus. nec sane dubium est quin ipsa archetypi illius condicio impulerit codicis β auctorem, ut operum Sidoni exemplar solidum nec deformatum lacunis conficeret. atque primum quidem quae in initio epistularum *L* indicatis lacunis omisit, partim non curasse videmus librarium, ut 1, 12 decem litterarum spatium pro vocabulo necessario *L* reliquit, nec spatium nec vocabulum β; partim leviter correxit ut 8, 16 *inter scurrilitates histrionic* cum duarum litterarum spatio (i. e. *histrionicas*) *L*, *histrionum* β, ut 2, 18 *non* et post decem litterarum spatium *sed nervis* (i. e. *non toris tumet sed nervis*) *L*, *non sedet nervis* β; 11, 8 *per[niciter] machinam L, permachiam* β, deinde *perimachiam* (v. i.); cf. 13, 7 alia; sed longe plurima suppleta praebet, cf. 4, 3; 5, 3; 6, 5; 7, 2. 19. 25 etc. putabis nondum tantopere laesum accepisse codicem α librarium β quam deinde Laudiani librarium; nec nego praefacte. quamquam alii loci docent non ipsum verborum contextum in β ubique integrum fuisse, sed supplementa in margine vel inter lineas adscripta. ut 4, 9 *demum credit,* 11, 8 *metuenti* spatio relicto omisit *L*, omnino omisit M^a, supplevit M^b, 19, 30 *crimen impactum* omittit spatio relicto *L*, non relicto T^1, supplevit T^2; 5, 21 locum mutilatum item M^b demum ut videtur supplevit consentiens cum reliquis sui ordinis libris, discrepans a Laudiani vestigiis. atque luce clarius haec rerum condicio apparet in ipso primae epistulae primordio 1, 6 *nam de M. Tullio silere me in stilo epistulari nec Iulius Titianus — digna similitudine expressit.* sic scilicet *L* sine sensu, sed inter *me* et *in* octo litterarum spatio relicto; reliqui *me* quod pravum est retinent (et induxit *C* ex coniectura), sed *melius puto quem* inter *epistulari* et *nec* intrudunt. supplementum aliunde adsumptum nec recto loco adscriptum est; quod verum esse ipsae reliquiae vocis *melius* in *L* archetypi vestigia premente probant. conferendus est locus 3, 15 sq. ubi cum sensum mancum esse sentiret qui codicem β scripsit, post *venanti* non inter ipsa verba addidit *monstres* quod praebent $M^b T^b CFP$; deinde quo loco *L* lacunam archetypi servat adscripsisse videtur *fors obtulit* vel *offerat*, siquidem *sors offerat* T^b in margine addit, *deus obtulit* item M^2. haec igitur res erat: post scriptum codicem β in auxilium adsumptus est liber quem auctor novi codicis nactus erat integer et adsumptus quidem ad lacunas codicis α explendas; expletae sunt non parvularum tantum illarum maxima pars, sed maiores quoque (III, 3, 7. 8; VI, 12, 3—VII, 5, 2; VII, 6. 7. 18 ext.; VIII, 2; IX, 1) et quae in fine perierant (IX, 7, 3—16) in margine et fortasse in foliis codici β adiectis. quo factum est, cum libris ex β transscribendis partim adderent librarii quae in epistularum contextu omissa deinde suppleta invenirent, partim non adderent, ut codices ex β non ipso sed apographis eius oriundi partim praebeant partes in *L* amissas *(CFP)*, partim non praebeant *(T)*, partim altera manu suppletas praebeant non suo loco omnes (*M* praeter VI, 12—VII, 5, 2). epistula autem IX, 7 tota ex altero illo codice adiecta esse videtur, cum initium eius in α extitisse *L* ostendat (cf. de *T* et *M* in adnotatione extrema ep. IX, 6 et quae Luetjohannus supra exposuit).

Accedit igitur ad α alius codex non mutilatus σ, ex quo locos in α amissos σ
supplevit auctor codicis β. qui praeterea variam lectionem ex σ non videtur excerpsisse, immo conscripto β simpliciter adiecisse quae in α desiderari vidisset. sed continuit σ carmina quoque Sidoni, et panegyrica quidem sola, quae item scripto β eius auctor adiecit: sic scilicet explicatur quod in *M* eadem manus quae partes in β suppletas transcripsit, carmina quoque I—VIII exaravit et aliter quidem i. e. magis pure et integre tradita illa quam in reliquis leguntur. quos iterum ex codice solido sua hausisse infra videbimus.

Ex β ita comparato duo quantum videmus apographa facta sunt: γ, ex quo

Digitized by Google

γ fluxerunt *M* et *T*, atque δ ad quem redeunt *CFP*. ergo ut de γ primum agamus, ab uno eodemque libro a reliquis alieno *M* et *T* originem ducere multa docent, inprimis variae scripturae et corruptelae frequentes duobus libris communes, ut M^bT^1 12, 4 *finibus* pro *sinibus*, 22, 19 *succideris* vel *succederis* pro *subduceris*, 40, 14 *ambitus* pro *ambitiosus*; M^bT 69, 6 *propter* pro *per*, 112, 18 om. *que*, 128, 22 *fiat* non *fuat*; M^aT 95, 14 *cum enim* (in *M* ut vid. erasum) pro *quantum*, cf. 133, 16; 143, 4; 101, 11 *usque* om.; T^1M^1 26, 16 *umbra* non *unda*, erasum videlicet in *M*; M^1T^2 additum *est* 23, 1; 25, 16; 26, 4 cf. *(M^bT)* 12, 8; additum *illorum* 92, 24; M^2T^2 97, 9 *vargonum* non *vargorum*. cf. 12, 23 *serpentis Epidaurii* M^bT, reliqui memorabili consensu *Epidauri* (cf. Sen. Phaed. 1022 *numen Epidauri dei*). horum locorum nullo vides vel *M* vel *T* vel utrumque eam tantum scripturam quae eis propria sit exhibere, sed ubique vulgarem cum illa coniunctam. idem accidit locis item frequentibus quibus inter *L* et *MT* consensum deprehendimus reliquis discrepantibus. perraro *LMT* consentiunt (cf. 8, 2; 12, 12. 16; 17, 22; 18, 18; 76, 23; 120, 9), saepe LM^aT (9, 9. 13; 13, 16) LM^bT (38, 16; 112, 15; 115, 5; 122, 22; 133, 5. 12; 144, 2) LM^aT^a (3, 15; 5, 23) LMT^1 (14, 19) LM^1T (134, 19 cf. 33, 1) LM^aT^1 (92, 12) LM^1T^1 (11, 8 *permachiam* v. s.; 28, 5; 57, 27; 83, 23) LM^2T (34, 1; 39, 17) LM^bT^2 (26, 9) etc.; unde colligimus codicem γ ex β fideliter transcriptum data opera secundum vulgarem lectionem (quae qualis fuerit statim videbimus) correctum esse, deinde *M* et *T*, i. e. vel librarios ipsos vel qui codices scriptos correxerunt, prout videretur alterutram duplicemve exemplaris lectionem recepisse.

Atque ille cum *L* consensus docet multo propius codicis β lectionem ab *L* afuisse quam lectio vulgaris indicare videbatur. ut pauca conferamus, 5, 23 *cuius* vel *huius enim* interpolationem loci etiam in σ mutilati non invenit γ in exemplari suo; 92, 12 *non* interpolatum non agnoscunt LM^aT^1 i. e. $L\gamma$ i. e. $L\beta$ i. e. α (cf. 25, 3); 14, 19 *destringeretur* $L\gamma$, non *distringeretur* (v. s.); 38, 16 *quo loci* $L\gamma$, non *quo loco*; 39, 17 *successuum* $L\gamma$, non *successionum*; 57, 27 *cordacitus* non *cordicitus* (cf. Engelbrechtus l. s. 466); 122, 22 *nam quamlibet rure positi* non *namque licet r. p.*; 134, 19 *duc ante Raciliam* in α legebatur vel *ducanter aciliam* potius quod *L* servavit; *ducant herciliam* β posuisse videtur, idem γ descripsisse in quo correctum est secundum vulgarem lectionem *duc ereiliam*: cum β et γ non correcto *T* facit, cum γ correcto fecit *M* (in quo *āth* erasum est videlicet) ita ut correcturam cum priore scriptura coniungeret. sic in errore quoque consentiunt $L\gamma$ 28, 5 *promitte* non *permitte* exhibentes; et fortasse recte *mellis* pro *fellis* correctum 83, 23 (cf. 141, 18; 162, 4).

Sed multo saepius, quam cum *M* simul et *T*, cum altero utro eorum *L* consentit, in vera lectione plerumque (et saepius quidem, quam solus, cum *M* vel *T* veram servavit), in corruptelis subinde quae etiam apertius rem inlustrant. quibus de locis plane idem iudicium quod de illis faciendum esse ipse *M* hic quoque docet, pristinam fere ubique cum vulgari scriptura coniungens; omnes scilicet in γ correcturam passi sunt. ergo non minus ad $L\gamma$ redit *LM* vel *LT* vel LM^1, LT^a etc. quam *LMT*. qui consensus quoniam gravissimus est sic praeteriri non debet. atque in solo *M* praeter *L* corruptelae apparent 2, 5 *eruditorum* pro *editorum*, inductis litteris *ru* prima manu utrubique; 34, 22 *ara* pro *Arar*; 38, 18 om. *hirundineum*, 68, 11 *ipsum*; 40, 5 *tuam* pro *suam*; III 5 om. tit.; 59, 16 *moratum* non *remoratum*; 63 v. 12 *lacessunt L*, *lacess.nt* M^b; 68, 13 *contineas* pro *continuas*; 85, 5 *fauctor* (v. s.); 86, 26 *contractus operam*; nam 37, 1 nescio quo iure Luetjohannus spreverit *ad ista* (M^2) quod in *L* quoque leniter corruptum *(ad isto)* legitur. item in solo *T* praeter *L* apparet 20, 7 *reus* pro *meus*, omissum 28, 19 *amicus tuus*; 37, 25 *hodie* non recte positum in *L* omisit T^1; 41, 11 *iustius* pro *istius*; 79, 10 *videris* pro *videras*; 91, 3 *sedimus* et *sedemus* pro *resedimus*; 95, 5 *triariorum L* et recto propius *trihariorum T* pro *trahariorum*.

eodem refero 54, 24 *Varrones vel Atacinus (atacinius* male *LT) vel Terentius,* ubi hoc *LT* praebent et fortasse *terrentius* M^a; nam *terentinus* vel *terrentinus* reliquorum non dubito quin rectius terminet saltem vocabulum, siquidem *Reatinus* ut scribatur res ipsa poscit; cf. Symm. 3, 4 S. *Terentium non comicum sed Reatinum illum.* p. 233, 7 *censorio* codd. pro *Censorino.* Terentius vocatur Atacinus ab Hieronymo et Porphyrione nec potuit ignorare nomen Sidonius; qui quod eodem loco Plinium iuniorem Secundum appellat maiori opponens, manifeste ludit in nomine numerali. adde 99, 19 *et* pro *est L, est et* coniunctum *T;* 117, 24 *tribucinium* pro *tribunicium;* 141, 11 *et hic amdictionem* locum p. XXVI tractavi; 81, 2; 147, 2. ista igitur (nam 22, 21 cum *LT* servandum videtur *si placitum,* 35, 17 *utrique*) tot documenta sunt quaecumque *M* vel *T* cum *L* consentientia vel ex Laudiani scriptura explicanda servet ad β referenda esse sive, quod idem est, ad γ non correctum. quod si 44, 27 (ubi deficit *T*) M^1 cum reliquis *continuati* pro *continuandi* exhibet, sed M^2 addit *vel continuandi melius,* rectum correctoris iudicium apparet, non diiudicatur utra scriptura in γ prior fuerit. immo librarius codicis *M* in verborum contextum recipere plerumque solebat correctam scripturam, pro varia lectione aut ipse aut corrector addere pristinam; contrarium faciebat, ubicumque pristinam scripturam probavit, *T:* quo factum ut multo saepius *T* quam *M* cum *L* verum servaverit. de *M* ad *L* accedente cf. 6, 22 *escendi* non *ascendi* (cf. 76, 32 *L* contra reliquos *escendere* non *ascendere*); 9, 20 *nonne quid L, non nequiter te* rell., sed M^b in rasura (cf. 113, 28; 132, 11); 11, 5; 24, 18; 25, 3 *non* om. (cf. 130, 26; 141, 11); 79, 9 *architectonica* non *architectorica* (cf. 129, 5); 97, 6; 131, 8 *congrua emeritorum L, congrua meritorum* reliqui, sed *congru. meritorum* i. e. *congrue m.* pro *congruae m.* M^1 (cf. 7, 17; 131, 24; 143, 22); 134, 18; 135, 12; 136, 10; 144, 16 ubi gliscere videmus depravationem: *farta L, ferta* M^a, *referta* reliqui. de formis verborum cf. 23, 4 *borean* non *boream* (item *M* 25, 20 *prognen* sed *L prognem;* 30, 16 *nisan* contra reliquos); 29, 23 *liberorum* non *liberum;* 84, 4 *tyrannopolitarum* non *tyrannopolitanorum;* 126, 14 *decucurrerunt* (v. s.); 97, 24 M^b recte *descendat, L* pro consuetudine *discendat,* reliqui *discedat* (v. s.); 148, 1 *scaturriginem* (sic M^1) item supra tetigi. — *T* cum *L* consentit in verborum formis e. g. I 9 tit. *Herenio* non *Heronio;* 32, 6 *Vorocingi* non *Voroangi* (cf. carm. XXIV, 52); 23, 5 *balineum* (sic Sidonius, sed *balneae*) non *balneum;* 59, 8 *chironomuntas* non *chironomontas;* 114, 15 *exacerbescat* non *exacerbascat;* 112, 2 *ex* non *e.* in verborum collocatione 10, 5; 21, 2; 59, 10; 60, 2; 76, 23; 117, 26; 142, 11. alia passim occurrunt legenti: 10, 12; 14, 24; 18, 5 duplex *nimiae* in reliquis dimidiatum, v. s.; 22, 1; 22, 17 *municipis Amerini T, municipi samerini L,* unde reliquorum correctura fluxit, cf. 108, 10 *Romanorum T, romanunum L, romanis* rell., et infra; 36, 1 *deflui* non facile intellegebatur: *defluit* rell., 37, 11 *disposita* facile in *dispositas* mutabatur; 73, 22; 88, 4; 90, 26; 91, 29; 92, 26 *(fasci cum* non *fascium);* 108, 3; 114, 24; 117, 11; 118, 2; 119, 10; 124, 14; 138, 24; 139, 22; 142, 10 *(coram* non *cohaeret);* 142, 8 *si qua vel quoque L, qualia quoque* reliqui, sed coniuncta utraque scriptura *qualia vel quoque T* (v. s. 99, 19). voculam in reliquis omissam servant 88, 16; 128, 20; 141, 22, in reliquis adiectam non agnoscunt 90, 3; 122, 25.

Atque *M* ut data opera correctus, omnino non est interpolatus nec veras scripturas solus servavit ubi extant *LT*; nempe 62, 14 *statum* (M^a) non praetulerim tradito a reliquis *statim.* de eis autem epistularum partibus quas omittunt *L* et *T* quarumque sic factum est ut integerrimam lectionem *M* praebeat, infra dicendum est. quos (simul cum III 5—8) cur omiserit *T*, quoniam in arbitrio eius positum erat, nec scimus nec scire laboramus; hoc tantum apparet, in γ ut in β locos ex σ suppletos extra verborum contextum positos fuisse. quos recipere noluit non ipse *T*, sed qui exemplar eius conscripsit. nimirum in *T* interpolationes et interpretamenta deprehenduntur permulta ab *M* aliena, quae non a librario *T* inventa esse loci docent quales 58, 15

Digitized by Google

horumce talium ubi *horunce* cum glossa coniunxit ille, 59, 6 ubi *colloquium convivium* utrumque in exemplari extitisse elucet; etiam apertius 66, 8 ubi omissum est *peritiae* sed inter verba recepta glossa ad *tuorum* (quod antecedit) adscripta: *scilicet romanorum de quorum genere exortus es;* item in verborum contextu positum 143, 17 *mons Hispanus* ante *Calpis,* cf. 151, 16 *T* et *P,* in titulo III 13 adiectum *filio;* 136, 5 receptum *camenae,* adscriptum *Thaliae.* *T* igitur saeculi XII codex non ex ipso γ transcriptus est, ut for-
ε tasse *M* saeculi X, sed ex apographo eius (ε). id qui confecit homo Latine eruditus primum in eo iudicium suum ostendit quod ex γ priores plerumque scripturas recepit; sane non ubique, ut *M* cum *L* saepe solus consentiens docet. deinde raro quidem sed restituit vocabula quaedam in integritatem, ut quae supra tetigimus 22, 17; 108, 10, ut 60 v. 11 *hinc* pro *hic* posuit, 132, 29 *cruciarias* pro *crucarias.* praeterea multos locos corrigere sibi visus est corruptos et non corruptos, ut 26, 10 *confluat* scripsit pro *forfuat (fors fuat L);* 24, 18 *volubilibus* pro *monubilibus;* 25, 20 *passeres* pro *asseres;* 41, 27 *nullo—desiderato* pro *nullis* (sed *nulli L*) *—desideratis;* 73, 5 *et* pro *eius;* 73, 22 omittit *posse* quod imponere non debebat Luetjohanno ut et alia non debebant ab eodem profecta; 89, 1 *assecuturus* pro *securus;* 99, 23 *mediatoris;* 121, 12 *nos* pro corrupto *nosse;* 126, 10 *naturaliter* pro *naturalitus;* 132, 1 *pariter cuncta* cum non probaret *et cunctim.* denique interpolavit permulta atque ita quidem ubique ut verbum verbo substitueret, tradito synonymum, raro usitatum, apto ineptum aptumve. sic 10, 24 *copia* pro *scientia* legitur, 22, 12 *beneficium* pro *opificio,* 27, 6 *ipsum* pro *solum,* 36, 21 *salute* pro *salutatione,* 36, 23 *quod* pro *quippe cur,* 42, 28 *cur* pro *quid,* 38, 15 *superiori* pro *citeriore,* 47, 3 *erudita* pro *educta,* 54, 4 *secreta* pro *mysteria,* 54, 5 *pauperum* pro *inopum,* cf. 59, 2; 62, 22. 23; 68, 8; 72, 23; 80, 26; 82, 6; 85, 13; 88, 5; 91, 8; 98, 3; 100, 10; 108, 15; 115, 1. 26; 116, 7; 122, 10; 128, 15; 153, 4; 154, 14. quae maximam partem sola recepit *T,* quaedam cum Sidonianis coniunxit ut 22, 12; 116, 7; v. s. 136, 5.

δ Tandem novum exemplar, quod auctoritate sua in sequentia tempora valiturum esset, confecit qui ex β codicem δ transcripsit. ille primus locos ex σ suppletos in ipsum epistularum contextum recepit; ille solidum carminum corpus epistulis adiunxit; ille denique data opera epistulas interpolavit eamque constituit lectionem quam identidem vocavimus vulgarem. ad hanc igitur recensionem pertinent quos classibus prioribus tribus adsignavit Luetjohannus i. e. *CFP* et codicum Sidonianorum turba. atque quod ad locos ex σ suppletos pertinet, commune his libris est ut epistulae VII, 6. 7 incerto loco vagentur: his igitur satis certum nondum dedisse videtur δ; item quod in *F* et *P* epistula VIII, 2 in *LTM*[1] omissa locum ante primam obtinuit, hoc quoque ei imputamus qui in δ epistulam recepit, siquidem qui *C* vel exemplar eius correxit homo interpolator (v. i.) facile ex epistulae argumento concludere potuit primum ei locum deberi; ut in illo uno epistulae VII, 10, 11 sese excipiunt, in reliquis VII, 11. 10. de carminibus infra dicetur; tantum ne quis codicem *T* obvertat, statim monemus in ε non quae β suppleverat octo carmina priora sed ex codice ad δ pertinente omnia viginti quattuor adsumpta esse. ad lectionem epistularum quod attinet, conferas quae de *LMT* inter se consentientibus attulimus: consentiunt contra *CFP;* item ad recensionem δ redeunt quaecumque contra *LT* vel *LM* in *MCFP* vel *TCFP* leguntur, siquidem dubium non est quin γ ex codice δ vel alio ex familia eius correcturas suas acceperit: talis recensionis δ solidae et correctae scilicet apud aequales posterosque auctoritas fuit, ut solebat fieri. exempla igitur interpolationis, utpote quae pagina quaevis suppeditet, adferre inutile est; adnotamus tantum in δ quoque minus usitatas quasdam voces et locutiones magis usitatis commutatas esse, ut *quo loci* in *quo loco* versum, *qua de re* in *quam ob rem, cordacitus* in *cordicitus, balineum* in *balneum, escendere* in *ascendere* (38, 16; 133, 5; 57, 27; 23, 5; 6, 22 v. s.) etc.; praeterea in δ quoque librario inscio peccata esse quaedam deinde a librariis fere servata, ut omissum alterum

nimiae 18, 5, *sucini* pro *fucini* 8, 2, *quivis* pro *civis* 112, 15, *minitare* pro *invitare* 144, 2 et quae eius generis sunt.

Quod si ex uno eodemque exemplari lectionis vulgaris auctore *CFP* originem ducere constat, non multum referre apparet quibus cognationis modis gradibusque inter se coniuncti sint. certum autem est *C* cum *F* artiore vinculo contineri quam *P* cum altero utro, ut *CF* ad alterum codicis *δ* apographon (ζ), ad alterum *P* redire videatur. ζ de *CF* cf. 33, 7 ubi uterque ex Iuvenalis versu qui in exemplari adscriptus erat Sidoni verba aliter conlocaverunt; item verba transposita e. g. 12, 12; 18, 11. 25; 24, 19, addita 9, 24; 29, 11 (ubi *perpendunt* in *C*, *tibi perdependebunt* in *F* originem communem manifeste indicant), cf. 24, 19; 40, 13; 57, 2, omittunt cum *T facilius* 14, 24; praeterea cf. 12, 17; 27, 17; 90, 18 etc. et accedentibus codicum *M* vel *T* prioribus manibus secundisve 14, 26; 23, 10; 25, 20; 116, 1; 122, 22; 135, 27; 147, 5. origine igitur pares sunt *C* et *F*; ut non consentiant constanter hinc fit quod utrique aliena sunt admixta; nimirum interpolatus est uterque. de *C* cf. 3, 8; 5, 23 ubi *huius enim* interpolavit, *δ cuius;* 16, 4; 24, 9 pro *purpuras* interpretamentum duplex; 28, 11 *quidve* pro *quid;* 28, 21 *adsciscitur* pro *ascitur;* 31, 23 *scaevus* interpretatur *sinister;* 37, 4 *sub* pro *ad*, ibid. 20 *saepe* pro *frequenter;* 49, 26 *decorat* pro *colorat*, 69 v. 4 *apta* pro *aequa*, cf. 38, 13; 88, 4; 106, 24; 110, 10; 117, 6; 148, 1 et alia multa. verba transponit saepe ut 4, 3. 11. 14 etc. interdum coniecturae sic additae, ut 17, 16 *conquereretur*. ibidem solus recte *Marcelliana*, reliqui *Marcellana*. et potuit sane in ea codicum propagatione quam Sidonianorum fuisse demonstravimus, ex ipso *α* ad librum quemlibet solum vera scriptura hic illic permanare; sed magis veri simile est, in codice interpolato praesertim, et illud coniectura ortum esse et 85, 8 e coniectura *etiam* deletum (v. s.); nec scio an non recte Luetjohannus ex *C* receperit 13, 7 *ergo* pro *enim*, 37, 1 *subsecutorum* pro *secutorum*. adde *postergum C* 65, 6. de loco epistularum VII, 6. 7 et 10. 11 et VIII, 2. 1 supra diximus. praeterea in eis quae ab *FP* diversa habet, saepiuscule consentit cum *T* ut in recta scriptura *adipiscatur* 27, 26, cf. 12, 8; 19, 13. 14; 31, 22; 54, 12 *etiamnunc* (cf. 53, 23; 57, 19); 56, 15 *proinde* non *proin;* 69 v. 7 *illo* non *ipso;* 119, 5; 129, 8; 148, 4 *nondum* pro *necdum;* 153, 24 *iuvenili* pro *iuvenali;* verba transposita 71, 7 cf. 96, 7; raro cum *M*, ut 131, 16 CM^2; interdum cum *MT*, cf. 113, 11; 131, 7; 144, 24; 150, 8 et bene servatum *clientularum* in M^bTC 24, 22. — codex *F* ab initio lacunosus est i. e. ex exemplari male habito transcriptus ut *L;* atque alia omnino perierant, ut 2, 26—3, 4; 3, 20—26; 5, 2—7; 5, 24—6, 3 etc., alia ex parte legi poterant quae religiose refert ut 4, 12—19; 6, 5—8 etc.; item p. 140 v. 34 et v. 37—54 prima quaeque littera omissa exemplaris condicionem ob oculos ponit. accedunt turbae huic libro propriae in ordinandis librorum V. VI. VII epistulis. interpolationem loci haud pauci praeferunt, cf. 27, 1 *non omnia* pro *nec cuncta* (i. e. ne cuncta quidem); 41, 2 *indefessius* pro *indefessim;* 47, 3 ubi *educta* non magis toleravit quam *T:* ipse *educata*, ille *erudita;* 48, 18 *calumpniam* pro *querimoniam;* 60, 13 *formari* pro *poliri;* 101, 1 *competit* pro *suppetit;* interpretamentum ad *qua* adscriptum *aliqua ex parte;* formae verborum ei propriae *composti* 54, 24, *animadverti* 112, 15 alia. ergo ex coniectura emendatum esse dicemus 13, 11 *indicasti* pro *indicavisti*, 53, 24 *abnuis* pro *amnuis annuis* (v. s.) et dubitabimus fidem codicis interpolati sequi cum Luetjohanno 53, 13 (ubi quod traditum est *cuius intemeratae partes quantum spectat, a nobis in aevum perennabuntur* non intellegens *F ad nos* posuit pro *a nobis*), 61, 32 (cf. adnot.), 62, 14 ubi *sola*, 73, 22 ubi *posse* omittit, non ineptum illud, hoc fere necessarium; totam sententiam 2, 22. 23 interpolatam cum additamentis supra indicatis componemus; neque auget auctoritatem codicis quod subinde cum *M* consentit (cf. 24, 19; 59, 28; 68, 3; 72, 25; 82, 17; 93, 10; 107, 3 ubi deficit *LT;* 125, 3); ne ei quidem loci augent quibus ad *L* solus accedit, ut 21, 7 cum illo *ille* omittit, 144, 20 *tamen etsi* cum illo praebet pro vulgato *tametsi*, ut vel in errore

solus cum *L* facit 7, 24 *(venatis)*, 67, 17 *(quoque* ante *furtiva)*. namque et variae scripturae istis temporibus inter codicum familias incertae vagabantur et facile fieri potuisse iam indicavimus ut ex α singulas scripturas in γ non receptas vel oblitteratas δ cum *L* servaverit quas deinde praeter singulos libros ad δ redeuntes correctores rursus loco moverint. sic *C* etiam saepius ad *L* solus accedit, cf. 88, 1; 98, 5; 99, 23; 139, 14; 145, 5, plerumque in erroribus et fortasse hic illic fortuito. *LCF* cf. 92, 4. item
P ad *LM, LT, LMT* saepiuscule unus alterve accedit vel uterque. nec minus *P* cum *L* (cf. 14, 11; 89, 23) et *LM, LT, LMT* (cf. 8, 2; 12, 12. 16; 13, 13. 16; 19, 7; 25, 20; 33, 1; 34 v. 18; 65, 13; 90, 13; 95, 5; 129, 5; 135, 18) talibus potissimum locis facit quibus correcturae pristinam lectionem ambiguam reddant; saepe idem cum *M* (cf. 14, 17; 18, 23; 30, 15; 70 v. 17; 112, 9; 119, 2; 131, 25; 151, 9) vel *T* (cf. 17, 26; 32, 13; 46, 17; 47, 8; 74, 17; 135, 4; 151, 16) vel *MT* (cf. 21, 17; 70, 9; 73, 18) atque ita quidem plerumque, ut ubi cum *M* facit in *M* correctura compareat (cf. Luetjohannus supra p. XVI) ubi cum *T* facit in *P:* invicem igitur semet infecerunt isti. ceterum eo nomine praedicandus est *P* quod interpolationem propriam non passus est. secutus eum est Luetjohannus 53, 19 *multimodis* pro *multis modis* recipiens quod iure improbavit Engelbrechtus l. s. p. 449 sq.; nec aliter iudicarim de 44, 26 ubi *ecquid numquamne LMC* praebent et recte, *F ne* induxit, *P* unam litteram post *ne* erasit, unde *nec* elicuit et cum sequenti vocabulo coniunxit editor. in universum autem de δ praeter consensum codicum *CFP* hoc monendum est, ubi *P* cum solo *C* (cf. 2, 15; 3, 25 etc., 101, 29 et 102, 2 ubi deficit *LT*) vel *F* (cf. 8, 24; 128, 5; 129, 13 etc. et saepe cum M^b) consentit, archetypum communem δ repraesentari.

Postremo de locis in *L* et *T* (et VII, 6. 7 in *P*) omissis, in β ex σ suppletis, adnotamus optimum eorum codicem *M* esse in quo prima manus eos adiecit; δ autem has quoque partes interpolavit, *M* in his quoque deterior factus varia lectione ex interpolato libro adscripta. cf. 105, 5 ubi ineptum *non* ignoravit M^a; ibid. 24 *cincti* M^1; 106, 24 *muneraremur* M^b; 107, 28 *veritatemque* M^a; 111, 14 *quaesumus* (cf. 143, 16); ibid. 15 *cui;* 157, 32 *rustice* M^a; om. reliqui; 158, 23 *seuxippus* vero propius; 161, 3 *zothecula* (*goth.* rell.); 162, 4 *si;* 163 v. 23 *burdigalensibus* M^a (*burdeg.* rell.); cf. 150, 1. ergo 108, 25 recipienda videtur verborum collocatio *loquar arroganterque*. ceterum *CFP* his quoque in partibus suam naturam servant, in his quoque ad *M* passim accedunt, plerumque *C* (cf. 107, 7. 13; 111, 14. 16. 18; 127, 9; 158, 2; 160, 9. 22; 161, 2; 164, 13; 166, 9 etc.), saepe *P* (cf. 149, 12; 156, 19. 23; 158, 3. 22; 166, 14; 170, 10 etc.) et item *F* (cf. 110, 21; 156, 24; 161, 25 etc.).

De codicibus quos praeter *LMTCFP* hic illic Luetjohannus propter scripturas memorabiles in usum vocavit (cf. 15, 3; 23, 16; 51, 15; 73, 5; 157, 18; 158, 24) ipse satis disputavit. de codice Nanzii et Wouwereni v. p. XXIII[1]) nos igitur codicum quibus

---

[1]) Glossae in Sidoni epistulas non pridem scriptae, quas ex codice Digb. 172 sumptas in Anecdotorum Oxoniensium vol. I part. V p. 27—61 edidit et docto commentario instruxit Robinsonus Ellis, ad cuius generis codicem pertineant indicare saltem interest. atque primum non ex codice cum *L* cognato lemmata glossis praescripta esse doceant e. g. quae leguntur A. O. p. 28, 11 sq. cum Sid. 2, 18 conlata, A. O. 31, 24 cum S. 8, 16, A. O. 41, 19 sq. (quem locum tetigit Ellisius in praef. p. X) cum S. 54, 2, A. O. 57, 35 ext. cum S. 135, 12 etc. deinde non cum *T* vel *M* (γ) librum cognatione coniunctum fuisse satis docent loci in illis omissi, in hoc servati III 3, 7 (cf. A. O. 39, 9 et S. 42, 18), VI, 12—VII, 5 (A. O. p. 48—50), VII, 6. 7. nam quod ad VIII, 2 et IX, 1 nihil adnotatur, idem accidit e. g. epistulis V, 2. 6. 8. 9. 15. 18; VII, 8. 11; VIII. 15; IX, 2—8. ergo quod *T* omittit III, 5—8 et glossae non extant ad III, 4. 5. 8, inde nihil est concludendum. lectio igitur quam lemmata ostendunt codicum est vulgarium (δ), cf. A. O. 31, 12 (S. 8, 4) *termas* cum *FP* (M^2T^2), 32, 3 (S. 9, 13) *enervis* cum FM^2, A. O. 32, 24 (11, 8) *perimachiam* cum *CFP* (M^2T^2) et quae praeterea facili opera congeri possunt. proprias codicis scripturas quasdam tetigit Gustafssonus Philol. Rundsch. V p. 1617 sq.

utimur cognationem hac imagine inlustrare satis habebimus, ex qua leges recensendarum epistularum quales observandae sint ultro elucent.



His constitutis de carminibus recensendis multo brevius disputari poterit. atque quae gravissima sunt iam indicavimus, *M* servasse carmina I—VIII ex σ in β suppleta, δ carmina omnia ex alio codice (ϰ) adsumpsisse. commemoravimus etiam, *T* i. e. ϰ ε et ipsum eodem de fonte vel potius ex δ carmina epistulis omnia adiecisse; quamquam, quae est codicis condicio, sponderi non potest non ex γ carmina I—VIII adsumpta et ad arbitrium correcta esse, deinde reliqua ex δ illis adiuncta. nec multum refert hoc diiudicare, siquidem σ et ϰ ad codicem unum eundemque redire manifeste docent corruptelae omnibus libris communes quas aut a librariis editoribusve primis (cf. II, 59. 93. 327. 501; V, 46. 548; VII, 20. 258. 314. 322. 348. 451) legimus aut a viris doctis evidenter correctas (cf. II, 475. 537; V, 19. 412. 594; VII, 75. 185. 232. 324) aut emendare non valuimus ut V, 353. 496. ista dumtaxat pertinent ad carmina I—VIII; sed commode simul ostendemus etiam carminum IX—XXIV libros non sine causa ad unum exemplar nos rettulisse. de ϰ igitur codice satis corrupto conferas IX, 65. 215. 260. 285. 295; XI, 71. 75. 124; XIII, 19; XV, 21. 44. 132. 144. 167. 175. 182; XVI, 14. 113; XXIII, 13. 135. 207. 304. 321. 361. 389. 501; p. 250, 7 (*Farini* pro *Earini*).

Unius igitur codicis germina *M* et ϰ, quibus in carminibus I—VIII (nisi quod in *M* deest locus II, 183—548 et singuli versus II, 34. 56. 170—172; VII, 13) utimur, ut inter se comparemus, obiter perlustranti adnotationem nostram apparebit *M* integriorem quam ϰ lectionem servasse. quod quoniam grave est ut exemplis comprobemus, vide I, 25 ubi *Victore P* cuius exemplar ex *M* correctum est (cf. I, 9. 13. 15. 27; II, 2. 10. 37. 51. 105. 161 etc.) ex correctura praebet, *doctore* propter nomen non intellectum interpolatum est in reliquis (etiam P^a), tantum *M* pristinum servavit *victure*. IV tit. *domno imperatori* vel *dnō imperatori C* et *P* habent, omittunt *T* et *F*, sed unus *M* tenuit *DN̄* i. e. *D. N. imperatori*. V, 101 ubi pro *praeterea* non intellecto reliqui interpolarunt *praetura*, recentiores versum plane ad arbitrium conformarunt. VII, 74 sq. *Indorum Ganges, Colchorum Phasis, Araxes Armeniae, Ger Aethiopum Tanaisque Getarum* Sirmondus et Mohrius restituerunt: pro *armeniae ger* unus *M* lenitor corruptum *armentaeger* habet, reliqui inepte interpolatum *armeniae tagus*. v. 99 *Sapor* nomen *M* servat, reliqui *pavor* substituerunt. v. 336 *nutanti* non vulgari notione usurpatum est: codices praeter *M* in interpolato *cunctanti* consentiunt. conferas praeterea II, 115. (178); V, 65. 94. 152. 167. 169. 180. (194. 204). 210. 212. 255. 288. 378. 447. 510; VII, 21. 126. 128. 214. 230. 441. 446. 572; VIII, 16. non certum est iudicium de V, 396. 508. 537. 546; VII, 589 et similibus locis, nam ne *M* quidem propria interpolatione immunem esse loci docent quales V, 15. 369; VII, 60 (*veniens* pro *Veiens*, reliqui *vegens*). 213. 294. 386, cf. V, 518; VII, 127. 185. ceterum carmina non ut epistulae data opera

Digitized by Google

ex alterius ordinis codice correcta sunt, sed passim, nec dubitandum quin pristina lectio hic illic evanuerit, cf. V, 94. 167. memorabilis quibusdam in rebus est orthographia codicis. unus ubique nominum gentilium genetivum in —*i* terminat, reliqui fere ubique in —*ii*: *Cassique* IV, 9, *Properti* IX, 263, cf. V, 321. 322; VII, 65. 104. 105. 525 etc. et post carmen octavum —*ii* XV, 118; XVI, 110. 115; XXII, 194 etc. unus tradit *poples* V, 244 (*poplex* rell.), *dissicit* V, 418 *(disicit)* quod recipiendum erat (cf. nunc Engelbrechtus l. s. p. 523 sq.), *Appenn(in)us* V, 444, *Suebus* M^a V, 474, *cotibus* V, 493; *Cleobole* II, 158 *(cleubole)* et sic omnes XXIII, 103, cf. XV, 45 et nomina barbara V, 109. 354; VII, 220. 302; XXIII, 72. ut in genetivis in perfecto apparet simplex *i*: *perit* VII, 110, *periit* rell.; cum scribendi genere in *L* observato concinit quod VIII, 14 pro *contemptu* praebet *cutem tu* i. e. *contemtu*. hoc autem loco multisque aliis ipsae corruptelae fidem codicis probant et ex vetusto exemplari originem nullo fuco obscuratam; scilicet vocabula saepissime ita separat ut a librario nihil intellectum esse in propatulo sit, cf. II, 73. 79. 102. 162; V, 61. 133. 175. 211. 246. 271. 272. 323. 342. 418. 450. 495. 518; VII, 213. 290. 368. 456. 488. 496. 563 etc. aliud frequens est corruptelae genus, ut syllabas omittat truncasque ponat voculas, cf. II, 78; VII, 81. 291. 368. 405 et multa.

Lectionem igitur codicis *M* si cum ϰ comparamus, correcta et laevigata in hoc videmus Sidoni carmina tradi; quamquam *δ* ea ut epistulas data opera interpolasse non est veri simile, siquidem tot corruptelas facile tollendas non fuisset relicturus. sed quoniam carminum IX—XXIV lectio solo ϰ nititur, multum interesse videtur scire qui codices ab eo pendentes propius ad *M* accedant in parte carminum ab eo servata. atque de *T* primum quaeremus, qui utrum ex *γ* an ex ϰ octo priora carmina acceperit non constare diximus. atque sunt quae cum *M* artam adfinitatem probare videantur, ut vel in corruptelis lenibus consensus V, 247. 411. 563; VII, 70. 96. 263, vel in vera lectione ut V, 108 *cum tractibus*, 209 *Arax Vacalis*, VII, 67 om. *et*, vel in nominibus scribendis ut II, 177 *crisippus* non *chroesippus*, III, 8 *rinocerote* non *-onte* (cf. IX, 343), V, 452 *xerses* (cf. IX, 41). ad corruptelas communes accedit V, 541 ubi quod T^a pro *scalptoque fluento* praebet *scalptoque caltoc* sic ortum est, ut correctura in *ε* superscripta a *T* reciperetur; nam *scaltoque fluento* in *M* legitur, item in *ε* scriptum fuisse *scaltoq. fluento*, supra positum *scalptoque* quod in *T* nomen *fluento* expulerit clarum est; certe non veri simile *scaltoque* corrigendi causa adscriptum esse. haec et talia ad eundem fontem hic quoque *M* et *T* revocant. quamquam data opera correctus erat *ε* ut in epistulis et carmina ut epistulae ad arbitrium interpolata (cf. II, 128. 211. 239. 405. 449. 480; V, 6. 63. 167. 180. 222; VII, 84. 290. 426. 500; XV, 128; XXII, 104. 258). sic ne ea quidem quae solus recte praebet ut (ubi *M* praesto est) VII, 313. 593; VIII, 7 vel in posteriore carminum parte IX, 194. 267. 329; XXII, 106. 193; XXIII, 207 fidem vetustatis habent; tamen quae a reliquis discedens sine suspicione interpolationis praebet sane accurate sunt expendenda, ut IX, 100; XIII, 12 (cf. XV, 143); XV, 34. 132.

E codicum numero ex *δ* oriundorum *P* (qui omittit VII, 137—600) lectionem praebere plerumque secundum *M* correctam iam indicavimus. praeterea non saepe memorabilis cum *M* consensus apparet, ut V, 590 miram synizesin in *vesties* (sic $T^b CF$) non agnoscens *i* extrivit uterque; cf. VI, 17 et alia quae non multum probant. solus recte *Bonifatium* non *Bonifacium* IX, 279. codicem quod scimus interpolationem non tulisse (et rara interpolatio qualis V, 464), momentum habet eius cum *T* in corruptelis consensus qui saltem inde a carmine nono de communi origine dubitationem non admittit, cf. II, 46. 291. 506; V, 257; IX, 115. 141. 292. 313. 327; XV, 14. 22. 195; XVI, 90. 118; XXII, 158; XXIII, 172. 469; XXIV, 61. de *MTP* cf. VI, 20 alia.

C et *F* novimus communis archetypi germina sed propria interpolatione utrumque infectum. de consensu vide quae attulimus de *TP* et *MTP*, adde VII, 238; XV, 6.

195; XXII, 33; XXIII, 351. uterque solus et contra *M* et postquam defecit recta non pauca praebent: *C* plura, cf. II, 179 *in*, VI, 30 *docuit*, VII, 166 *ac totam*, 297 *defessa* et inde a carmine nono IX, 165 *rabidum*, XI, 32 *huic*, XIII, 4 *rauca*, XIV, 12 *circo*, XV, 20 *Adamastor*, 33 *Pallas protraxit*, 106 *arbor*, 152 *contingat*, XXII, 48 *demissa*, XXIII, 187 *fontibus*, 210 *aptior*, 421 *Trinacris* (incerta verborum positio VII, 54), quae tantum non omnia (excipiendum videtur XV, 33) eius generis sunt ut lector attentus nec indoctus illo tempore invenire potuerit; *F* pauciora, vide II, 284 *acie* (deest *M*), VII, 54 *fulmen*, 160 *sint*, 262 om. *et*, 440 ubi *Pallantis* in *F* legi adnotare negleximus: de quibus idem quod de *C* dicendum, praesertim cum nec *C* nec *F* eis locis quibus *M* integritatem suam ostendit cum eo facere soleant (de *MC* cf. V, 123. 178. 226 et VII, 295. 405. 546, de *MF* V, 522 et V, 467; VII, 142. 407) et interpolatio propria in carminibus quoque fidem utrique detrahat: de *C* cf. V, 87 verba metrica de ratione aliter conlocata, VII, 546 *mihi subdere teque* loco corrupto, IX, 173 *Didonem*, XV, 34 *supra* pro *super* prosodiae causa, XV, 144 *nesci* (i. e. *nescit*) pro *vestit* et interpretamenta V, 154; XIII, 4 sq. alia quae interpolatoris doctrinam inlustrant; de *F* cf. I, 21 *divesque* correctio metrica (cf. VII, 262), II, 416 *plausante*, V, 402 *explicat*, VII, 117 *tua Gallia mittat*, 314 *imperiumque* correctio metrica, 322 *socerum*, 355 *genus vulgus* coniunctum, interpretamentum scilicet ex archetypo, ut loco magis memorabili XV, 132 ubi *glauco* docta interpolatio est ex Vergilio sumpta, sane non illuc redit *patrio* et *patruo* (*patrio T, patruo CP, glauco patruo F*).

In universum igitur archetypi δ lectio certius repraesentatur consensu codicum *TP* quam *CF*. quamquam frequenter accidit ut cum *T* consentiat *C* (cf. V, 383; VII, 144; XXIII, 376; *MTC* cf. V, 573 $MT^{a}C^{a}$; VII, 238 MTC^{b}; VII, 262) vel *F* (cf. V, 116. 133; VII, 48. 405. 546 partim recte contra *M* ut primo loco, partim interpolate ut postremo vel corrupte; inde a nono carmine IX, 37. 264. 289; X, 12; XI, 4; XXII, 95) aut cum *P* consentiat *C* (cf. II, 262. 350; VI, 35; XVII, 2; XXIII, 36 adnotationis in *C* comparentis non expletae in *P* vestigia; v. s. *TF*; *MCP* cf. praeterea II, 156) vel *F* (cf. XI, 118; XV, 34. 74. 119; XVI, 15 et supra *TC*): id quod non miramur in codicibus quos correcturis in vicem semet infecisse intelleximus.

Itaque de carminibus recensendis haec lex valet ut in octo prioribus *M* superiorem locum teneat, licet $\varkappa$ non nihil valere loci passim a nobis adlati satis doceant; inde a carmine nono restituenda sunt unius ad quem omnes redeunt codicis testimonia. quem emendare studuerunt ante nostrorum temporum viros doctos codicum ε *CF* auctores aliorumque de quibus conferas V, 101 et p. 244, 9. atque ut supra codicum epistolicorum, tandem eorum qui carmina servarunt stirpem per saecula propagatam hoc stemmate, in quo ambigua prioris partis libri *T* origo notabitur, indicabimus:



Denique communicandum est cum lectoribus, Luetjohannum eatenus imperfectam reliquisse adnotationem, ut in eam nondum rettulisset variam lectionem codicum *T*

Digitized by Google

et *F* ad carmina pertinentem. hanc igitur ut supplevimus, recidimus ex carminum adnotatione discrepantias orthographicas praeter memorabilia quaedam atque scripturae compendia solvimus; nimirum desiderio eorum qui ipsam codicum imaginem ante oculos sibi poni cupiunt, epistularum adnotatio abunde visa est satisfecisse.

Rostochii.

Fridericus Leo.

Ad vitam Sidonii enarrandam praeter scripta ipsius adiumenta habemus tria, epitaphium et quae de eo scripserunt Gennadius et Gregorius Turonensis. Ea apposuimus.

1. Epitaphium medio aevo, ut videtur, descriptum ex lapide fortasse in ecclesia quadam apud Arvernos exposito, nobis traditum uno codice olim Cluniacensi, hodie Matritensi saec. X vel XI, edidit ex codice eo a Pithoeo acceptum primus Scaliger (de emend. temp. Lugduni 1598 p. 576 = ed. Genev. 1629 p. 614), repetiverunt multi, quos enumerat Leblant *inscr. chrétiennes de la Gaule* vol. I. n. 562. Ad codicem illum, nobis *C* descriptum legitur supra p. VI sub titulo *epithaphium Sidonii:*

Sanctis contiguus sacroque patri
vivit sic meritis Apollinaris
illustris titulis, potens honore,
rector militiae forique iudex.
Mundi inter tumidas quietus undas
causarum moderans subinde motus
leges barbarico dedit furori,
discordantibus inter arma regnis
pacem consilio reduxit amplo.
Haec inter tamen et philosophando
scripsit perpetuis habenda saeclis.
Et post talia dona Gratiarum
summi pontificis sedens cathedram
mundanos suboli refudit actus.
Quisque hic cum lacrimis deum rogabis,
dextrum funde preces super sepulcrum:
nulli incognitus et legendus orbi
illic Sidonius tibi invocetur.

XII kl. Septembres Zenone imperatore.

2. Gennadius, presbyter Massiliensis saeculo quinto exeunte, vel potius qui libellum eius interpolavit c. 92 (habet hoc caput in plerisque libris omissum codex Parisinus n. 12161 saec. VII) sic scribit:

Sidonius Arvernorum episcopus scripsit varia et grata opuscula et sanae doctrinae, homo siquidem tam divinis quam humanis ad integrum imbutus acerque ingenio. scripsit ad diversos diverso metro vel prosa compositum epistularum insigne volumen, in quo quid in litteris posset ostendit. verum in Christiano vigore pollens etiam inter barbarae ferocitatis duritiam, quae eo tempore Gallos oppresserat, catholicus pater et doctor habetur insignis. floruit ea tempestate, qua Leo et Zeno Romanis imperabant.

Digitized by Google

3. Gregorius Turonensis in historiae Francorum absolutae anno 594 libro secundo c. 21—23 haec narrat de Sidonio:

Quo (Eparchio episcopo apud Arvernos) *migrante Sidonius ex praefecto substituitur, vir secundum saeculi dignitatem nobilissimus et de primis Galliarum senatoribus, ita ut filiam sibi Aviti imperatoris in matrimonio sociaret* ... (c. 22) *Sanctus vero Sidonius tantae facundiae erat, ut plerumque ex improviso luculentissime quae voluisset, nulla obsistente mora, componeret. Contigit autem quadam die, ut ad festivitatem basilicae monasterii, cui supra meminimus, invitatus accederet, ablatoque sibi nequiter libello per quem sacrosancta sollemnia agere consueverat, ita paratus a tempore cunctum festivitatis opus explicuit, ut ab omnibus miraretur, nec putaretur ab adstantibus ibidem hominem locutum fuisse, sed angelum. Quod in praefatione libri, quem de missis ab eo compositis coniunximus, plenius declaravimus. Cum autem esset magnificae sanctitatis atque, ut diximus, ex senatoribus primis, plerumque nesciente coniuge vasa argentea auferebat a domo et pauperibus erogabat. Quod illa cum cognosceret, scandalizabatur in eum, sed tamen dato egenis pretio species domi restituebat.* (c. 23) *Cumque ad officium dominicum fuisset mancipatum et sanctam ageret in saeculo vitam, surrexerunt contra eum duo presbiteri, et ablatam ei omnem potestatem a rebus ecclesiae, artum ei victum et tenuem relinquentes, ad summam eum contumeliam redegerunt. Sed non longi temporis spatio inultam eius iniuriam divina voluit sustinere clementia. Nam unus ex his nequissimis et indignum dici presbiteris, cum ante noctem minatus fuisset eum de ecclesia velle extrahere, signum ad matutinis audiens fuisse commotum, fervens felle contra sanctum dei, surrexit, hoc iniquo corde explere cogitans, quod die praecedente tractaverat. Ingressus autem in secessum suum, dum ventrem purgare nititur, spiritum exhalavit. Exspectat umeum* (*interim* Leo) *puer aforis cum cereo dominum egressurum. Iamque advenerat lux, et satelles eius, id est alius presbiter, mittit nuntium, dicens: 'Veni, ne tarderis, ut quae nobis die hesterna convenit, pariter expleamus'. Sed cum responsa dare differret exanimis, elevato puer velo ostii repperit dominum super sellula secessi defunctum. Unde indubitatum est non minoris criminis hunc reum esse, quam Arrium illum, cui similiter in secessum fuerunt interna deposita per partis inferioris egestum, quia nec istud sine haeresi potest accipi, ut in ecclesiam non obaudiatur sacerdos dei, cui ad pascendum oves commissae sunt, et ille se ingerat potestati, cui neque a deo neque ab hominibus aliquid est commissum. Dehinc beatus sacerdos, uno adhuc manente nihilominus inimico, suae restituitur potestati. Factum est autem post haec, ut accedente febre aegrotare coepisset. Qui rogat suos, ut eum in ecclesiam ferrent. Cumque illuc inlatus fuisset, conveniebant ad eum multitudo virorum ac mulierum, simulque etiam et infantium plangentium atque dicentium: 'Cur nos deseris, pastor bone, vel cui nos quasi orphanos derelinquis? Numquid erit nobis post transitum tuum vita? Numquid erit postmodum qui nos sapientiae sale condiat aut ad dominici nominis timorem talem prudentiae ratione redarguat?' Haec et his similia populis cum magno fletu dicentibus tandem sacerdos spiritu in se sancto influente respondit: 'Nolite timere, o populi, ecce frater meus Apruncculus vivit, et ipse erit sacerdos vester'. Qui non intelligentes, putabant eum loqui aliquid in extasi. Quo migrante presbiter ille nequam, alter ex duobus qui remanserat, protinus omnem facultatem ecclesiae, tamquam si iam episcopus esset, inhians cupiditate praeoccupat dicens: 'Tandem respexit in me deus, cognoscens me iustiorem esse Sidonio, largitusque est mihi hanc potestatem'. Cumque per totam urbem superbus fertur, adveniente die dominico, qui imminebat post transitum sancti viri, praeparato epulo, iussit cunctos cives in domo ecclesiae invitari, despectisque senioribus primus recumbit in toro. Cui oblatum pincerna poculum ait: 'Domine mi, vidi*

somnium, quem si permittis edicam. Videbam hac nocte dominica, et ecce erat domus magna, et in domo erat thronus positus, in quo quasi iudex residebat cunctis potestate praestantior, cui adsistebant multi sacerdotum in albis vestibus, sed et promiscuae populorum turbae valde innumerabiles. Verum cum haec trepidus contemplarer, conspicio eminus inter eos beatum adstare Sidonium, et cum presbitero illo tibi carissimo, qui ante hos paucos annos de hoc mundo migravit, attente litigantem. Quo devicto iubet rex ut in imis carceris angustiis retrudatur; ablatoque isto contra te iterum suggerit, dicens te in eo scelere, propter quod prior ille damnatus fuerat, fuisse participem. Verum ubi iudex, quem ad te transmitteret, sollicite coepit inquirere, ego me inter reliquos occulere coepi et a tergo steti, tractans apud memetipsum, ne forte ego, qui notus sum homini, mittar. Dum haec mecum tacitus volverem, amotis omnibus remansi solus in publico vocatusque a iudice propius accedo. Cuius virtutem atque splendorem contuens, coepi hebes effectus titubare prae metu. Et ille: 'Ne timeas, puer', inquit, 'sed vade, dic presbitero illi: Veni ad respondendam causam, quia Sidonius te accersiri deprecatus est. Tu vero ne moram facias ad eundum, quia sub grandi testificatione mihi praecepit rex ille haec loqui, dicens: Si tacueris, morte pessima morieris'. Haec eo loquente exterritus presbiter elapsum de manu calicem reddidit spiritum, ac de recubitu ablatus mortuus sepulturae mandatus est, possessurus infernum cum satellite suo. Tale iudicium super contumaces clericos dominus in hunc mundum praetulit, ut unus Arrii sortiretur mortem, alius tamquam Simon magus apostoli sancti oratione ab excelsa arce superbiae praeceps alliderctur. Qui non ambiguntur pariter possidere tartarum, qui simul egerunt nequiter contra sanctum episcopum suum. Interea cum iam terror Francorum resonaret in his partibus et omnes eos amore desiderabili cuperent regnare, sanctus Aprunculus Lingonicae civitatis episcopus apud Burgondiones coepit haberi suspectus. Cumque odium de die in diem cresceret, iussum est, ut clam gladio feriretur. Quo ad eum perlato nuntio nocte a castro Divionensi per murum demissus Arvernos advenit ibique iuxta verbum domini, quod posuit in ore sancti Sidonii, undecimus datur episcopus.

Iusta nomina auctoris fuerunt *C. Sollius Modestus Apollinaris*, ad quae accedit signum *Sidonius*. Scilicet epistulis praescriptum subscriptumve est et in optimo libro *L* et fere in reliquis *G. Sollius Apollinaris Sidonius*, carmini quarto panegyrico in Maiorianum, quod solum ex carminibus nomen auctoris plenum habet (scilicet praetermissis carminum subscriptionibus ad libros epistularum interpolatis), *Sollius Modestus Apollinaris Sidonius;* ipse carminis IX principio inseruit vocabula sua sic: *Sollius Apollinaris Sidonius.* A Mamerto Claudiano, qui ei inscripsit librum de statu animae, appellatur et in praefatione et in operis exordio *Sollius Sidonius, Sollius* autem passim tam ab aliis quam a se ipso (15, 3. 19, 11. 91, 12. 169 v. 16. c. XXIII, 28), item a Ruricio in epistula l. II ep. 26 (p. 332, 32) scripta ad filium Sidonii neque aliter ab Avito Viennensi ep. 51 (45) et a Gregorio Turonensi (hist. Fr. 4, 12 et in libello de virtutibus sancti Iuliani c. 2) *Sollius noster.* Signo solo et in epistularum inscriptionibus utitur et appellatur eo 53, 15. 115, 11. c. XII, 25, et ita dicitur ab iisdem Ruricio in epistulis ad ipsum datis l. I, ep. 8. 9. 16 et ab Avito ep. 43 (38). 51 (45) itemque passim a Gregorio Turonensi. — Praenomen igitur servarunt epistularum subscriptio et Claudianus, cognomen Modesti sola subscriptio panegyrici; neque enim dubium est in librum *C*, qui item in epistularum subscriptione id ante Apollinaris collocare solet, inlatum esse interpolatione.

Stemma Sidonii tale fere adumbrari potest:



Scilicet Sidonius Gallus (C. XVII, 14) Lugdunensis (v. ind. s. v.) familia ortus est ut non vetusta, ita illa aetate splendida: *vir* dicitur Gregorio hist. Franc. 2, 21 *secundum saeculi dignitatem nobilissimus et de primis Galliae senatoribus,* et ipse veretur ne adversarii sibi obiciant *natalibus* se *turgere* (115, 13). Meminit proavi 4, 29 sic: *pater socer avus proavus praefecturis urbanis praetorianisque, magisteriis Palatinis militaribusque micuerunt.* Avus Apollinaris nomine praefectus praetorio Galliarum fuit (47, 11 seq.) sepultus prope Lugdunum ut videtur in via qua itur ad Arvernos (l. c.): incidit is in tempora usurpatorum Constantini a. 407—411 et Iovini a. 411—413 subiitque eorum pericula (84, 11). Is primus in ea domo Christianus fuit (48 v. 14). Ei fuerunt praeter filias (quae sunt amitae filiae Sidonii memoratae 89, 16) non minus tres filii (48 v. 1), in his Sidonii nostri pater. Eius nomen ignoratur, tribunus et notarius fuit imperante Honorio (84, 16), id est ante a. 423, deinde sub Valentiniano III a. 448 et 449 praefectus praetorio Galliarum (84, 18. 131. 2; cf. 11, 15: *praefectoriis patribus;* 84, 14: *familiam nostram praefectoriam nancti*). Per uxorem, quae videtur esse avia filiae Sidonii memorata loco supra citato una cum amitis, iunctus erat familiae Avitorum (39, 3) civium Arvernorum (Gregorius Tur. hist. Fr. 2, 11), quae postea Gallis imperatorem dedit.

Ipse Sidonius natus est nonis Novembribus (C. XX) c. a. 430—433, siquidem a. 449, quo tempore pater praefectus praetorio Galliam rexit, *nuper ex puero* grammaticorum et rhetorum Gallicanorum scholas frequentabat (131, 2). Romam enim apparet eum non vidisse nisi studiis absolutis. Aequales et condiscipuli ei fuerunt itemque sanguine vel affinitate coniuncti Avitus postea Augustus et Magni consulis filii duo Felix et Probus, magistri nominantur Eusebius et Hoenius. Mox cum uxorem duxisset Papianillam filiam Aviti illius eiusque mulieris, ad quam pertinet quae commemoratur 135, 12 *socrualis hereditas*[1]), illius imperatoris creati in Gallia a. 455 partes secutus est et una cum eo Romam venit, ubi k. Ian. a. 456 consulem eum et principem in senatu celebravit recitato qui superest panegyrico (C. VI. VII). Deinde cum socer

[1]) Quod legitur l. c.: *necdum quoquam de hereditate socruali vel in usum tertiae sub pretio mediatis accepi* sic videtur accipiendum Sidonio sub condicione, ut rerum hereditariarum partem dimidiam certo pretio heredibus institutis dato suam faceret, bonorum tertiae partis usum fructum relictum esse, pretium eum solvisse, sed adhuc neque empta sibi tradita esse neque datum sibi usum fructum percepisse. Gauppius (*die german. Ansiedlungen* p. 398) locum accipit de tertiatione Gothica parum probabiliter: nam Aviti uxorem verisimile est praedia habuisse Arvernis, neque quo tempore illa decessit, Gothos ea regione potitos esse. Denique tertiatione admissa locus obscurus non magis intellegitur.

Digitized by Google

autumno eius anni Placentiae a Ricimere regno exutus esset, successori eius imp. Maioriano quodammodo obstiterit necesse est; nam cum is a. 458 exeunte in Galliam venit, ab eo Sidonius veniam impetravit (C. IV, 11 seq. V, 596) eumque fine anni etiam tum consulem Lugduni (C. V, 576) celebravit panegyrico altero qui item aetatem tulit (C. IV. V). Idem cum a. 461 denuo in Galliam venisset, Arelate Sidonius apud eum cenavit (17, 26 seq.). Ad haec tempora pertinet et quod ipse ait iuvenem se rebus administrandis vacavisse (39, 5; cf. *iuvenis militansque* 16, 14; *recens commilitium* 16, 26; *vetus commilitium* 44, 5) et quod in epitaphio appellatur *rector militiae,* scilicet tribunus vel dux, et quod factus est praefectus praetorio Galliarum (66, 9. 20), quo referri poterit quod est in epitaphio *fori iudex.* Quod a. 461 a Maioriano compellatur vocabulo *comitis* (19, 11), eo significatur opinor non certum quoddam officium, sed honor per gradus communis iis qui ad principis aulam pertinebant. Interfecto Maioriano ipso anno 461 die Aug. 2, item successore eius Severo a. 465, Anthemius imperator creatus a. 467 tertius fuit, quem eodem anno Romam ab eo accitus (6, 14) fasces tollentem primo die a. 468 celebraret carmine adhuc servato (15, 4. C. I. II). Eodem anno praefectus urbi Romae factus est (15, 8. 20. 171 v. 30) et circa idem tempus, ut videtur, patricius quoque (89, 14; *praefectorio patricio doctissimo et optimo viro Sollio Sidonio* Claudianus scripsit epistulam praemissam libris de statu animae); in summa *dignitatum insignis,* ut ipse ait (115, 13) et talia adsecutus, ut quamquam ipse ad consulatum non pervenit, eum liberis speraret (89, 14). Degebat autem Sidonius eo tempore Lugduni (152, 9), ubi fuit non solum, ut vidimus, a. 458 exeunte, sed item cum scripsit carmen ad Maiorianum XIII itemque inde Romam abiit a. 467 (6, 13. 13, 7). Sed Arvernos quoque uxoris domicilium eum saepe adiisse narratio ad Maioriani tempora spectans (17, 6) declarat, ut iam tum quodammodo civis Arvernus esset (16, 27; cf. C. XVII, 20). Paullo post iuvenis adhuc (112, 4) clericus factus (115, 11) praepositus est ecclesiae Arvernae (39, 10) episcopus provincialis (113, 30) sub metropolitano Aquitanicae primae Biturigensi, id quod epitaphium quoque adstruit et Gennadius et Gregorius; indeque papam eum appellat Mamertus in epistula ei inscripta 53, 15. Clerici condicionem memorat primum 39, 10 et deinceps saepissime (57, 26. 61, 20. 64, 13. 66, 10. 73, 10. 14. 80, 2. 111, 31. 112, 14. 171 v. 55 cet.). *Clericalis tirocinii* meminit 99, 7, *novae professionis* 57, 26: nam diversum est quod legitur 150, 19 *novus clericus, peccator antiquus.* Saeculum eum cum sacerdotio commutasse post a. 468 ex supra dictis colligitur; itaque tempore dignitatis eum praecessit Leontius episcopus creatus a. 462 (96, 23). Cum episcopus nuper factus ad Lupum scripserit in cathedra Tricassensi per annos XLV sedentem, quo videtur significari annus 470 vel 471 (v. Lupus), sacerdotium nactus videtur esse a. 469 vel 470. Quocum convenit, quod ait 162, 6. 14 *ab exordio religiosae professionis* a carminibus pangendis abstinuisse se neque eius generis quicquam edidisse per tres olympiades; scilicet panegyricum in Anthemium edidit a. 468 neque ullum inter carmina eius invenitur, quod recentioris originis indicia prae se ferat. Convenit denique aetas filii, ad quem datae epistulae circa idem tempus incipiunt puerum etiamtum (49, 1). — Sidonius episcopus et uxoris frater Ecdicius (vide s. v.) postquam per aliquot annos Arvernorum oppidum solum reliquum Romanis in provincia Aquitanica prima contra Gothos defenderunt, Ecdicius captus est ab Euricho a. c. 475, Sidonius in exilium missus aliquamdiu custoditus est Livianis (127, 18; cf. 24) neque inde dimissus statim ut rediret in patriam impetravit, sed 'per officii imaginem' (151, 18) aliquamdiu extra patriam retentus est, Tolosae opinor in comitatu Eurici regis (136, 17), deinde Burdigalae. Ad haec videtur respicere epitaphium ubi ait: *mundi inter tumidas quietus undas causarum moderans subinde motus leges barbarico dedit furori; discordantibus inter arma regnis pacem consilio reduxit amplo;* quibuscum componenda sunt quae ipse narrat de Eurico tractante cum Byzantiis et Francis (128, 7) et etiam magis quod ait 151, 16:

Digitized by Google

foedera statuta regnorum sese invicem aemulantium hoc tempore denuo per contentiones discordiosas ancipitia reddi. Post longas moras tandem rediit Arvernos (170, 10) et sacerdotii officiis denuo fungi coepit: de litigiis autem eius cum clericis quae Gregorius refert parum credibilia, ex epistulis lucem non accipiunt. — Sed haec melius intellegentur ex conspectu quem subieci epistularum editarum per gradus ita, ut iis ducibus auctoris vices ab a. fere 467 aliquatenus persequi possimus. Iam cum, ut supra rettulimus, in ultimi libri ep. 12 carmina nulla scribat se edidisse per tres olympiades, Anthemium autem carmine celebrarit k. Ian. a. 468, ducimur ita ad a. fere 479. Similiter in eiusdem libri epistula nona anni numerantur viginti a Maioriano occiso a. 461. Utraque epistula cum inter ultimas sit quas habemus a Sidonio conscriptas neque in eiusmodi indicationibus nimis anxia computatione utendum sit, recte convenit dies non tam mortis quam depositionis epitaphio subscriptus *XII kal. Septembres Zenone imperatore,* qui est Aug. 21 a. 479; quamquam extremum vocabulum non recte se habet scribendumque fuit *Zenone Augusto (iterum) consule* similiterve. Eo ipso die Claromontana ecclesia ferias in Sidonii honorem celebrare solet, quamquam martyrologia Romana eas adscribunt ad diem Aug. 23 vel 24 (Tillemont *mém. eccl.* 16 p. 274). Ita diem obiit nondum quinquagenarius, idque aptum est iis quae de aetate sua postremis libris inseruit *(adhuc aevo viridis* 130, 20; *in annis iam senectutis initia pulsantibus* 84, 20; *senectutis propiore meta* 171 v. 45).

Uxorem Sidonius duxit unam (116, 3) Papianillam (v. ind.) Arvernam Aviti, ut diximus, postea Augusti filiam, quae postquam maritus episcopus factus est secundum regulas pro sorore cum eo vixit (89, 7 cum adn. Sirmondi). Suscepit ab ea liberos (89, 13), scilicet filium Apollinarem et filiam, sive eae filiae fuerunt, Rosciam Severianam Alcimam (v. ind. s. v. Roscia). Natalis sextus decimus 'nostrorum' celebrandus die Iul. 28 (C. XVII) ad hos pertinere videtur videlicet geminos. Ad filium pater scribere coepit l. III ep. 13, Terentium cum eo legit l. IV ep. 12, mox puberem fore significat l. V ep. 11. De eo quae praeterea innotuerunt in indice composuimus: profectus est c. a. 481 in Italiam cum Victorio exul; mox reversus Arvernos a. 507 cum reliquis Gothis cladi in campo Vogladensi a Francis acceptae interfuit; denique cum post Aprunculum et Euphrasium per paucos menses cathedram paternam occupasset, c. a. 515 obiit. Uxorem eius Placidinam, filium eorum Arcadium nominat Gregorius Turonensis aliquoties et Venantius Fortunatus carm. 1, 15, 95, Arcadii filiam Placidinam nuptam Leontio episcopo Burdigalensi Fortunatus in carminibus compluribus, descendere eam significans ab Avito Augusto carm. 1, 15, 96.

Cognati Sidonii plures memorantur, sed ut certum stemma inde effici nequeat. Fratris mentio fit C. XVI, 72 educati apud Faustum Reiensem; nomen ignoratur. *Eulalia* uxor Probi filii Magni consulis a. 460 (v. ind.) ipsa filia fuit unius ex patruis Sidonii, de quibus supra monuimus, itaque soror eius patruelis. *Secundus,* cuius proavus Sidonii avus fuit (47, 11), aut fratris illius filius esse potest aut eorundem patruorum unius nepos. Ad eandem propaginem *Apollinaris* pertinuit, ad quem plures epistulae directae sunt, fortasse etiam qui aliquoties cum eo coniungitur *Simplicius.*

Papianillae fratres fuerunt *Agricola* et qui per complures annos Arvernos a Gothis defendit *Ecdicius* (v. ind.). Affines Sidonii nominantur *Tonantius Ferreolus, Philagrius, Magnus* cos. a. 460 filiique eius *Magnus Felix* et *Probus, Priscus Valerianus.*

Sidonius Philostrati librorum de vita Apollonii Tyanei interpretationem Latinam sua cura emendavit (127, 15); scripsit 'contestatiunculas', quas Megethio misit a se dictatas (106, 20), contiones fortasse qualis est inserta epistulis 113, 15 seq. habita ad plebem Biturigensem, et missas, de quibus Gregorius (v. supra p. XLV) egit in libro hodie deperdito; denique edidit carmina et epistulas quae supersunt. Historiam, quam

post epistulas (72, 20) edere parabat enarraturus Aurelianensis urbis obsidionem ab Attila temptatam (147, 12), vix adgressus est. — Carmina se condidisse in iuventute passim significat (2, 4. 16, 14. 119, 15. 171 v. 41. C. IX, 10); non omnia uno volumine prodiisse inde colligitur, quod quoddam amico transmittit a bybliopola ceteris epigrammatum suorum voluminibus addendum (30, 4). Sylloge quae superest carminum XXIV cum subscriptiones non habeat nisi quae ad singula pertineant, vix talis, qualem legimus, ab auctore emissa est; magis crediderim tres a quibus incipit panegyricos collocatos temporis ordine inverso cum propempticis praefationibusque suis, sive carmina hodie numerata I—VIII, seorsum prodiisse et separandos esse a libello carminum minorum. Hic quod extremo loco habet propempticon directum ad Magnum consulem a. 460 eiusque filios duos Magnum Felicem et Probum maritum Eulaliae sororis patruelis Sidonii, plane respondet dedicationi ad eundem Felicem, quae hodie numeratur pro carmine IX, neque is fuit Sidonius homo praefando ut qui maxime delectatus, qui si carmina omnia collecta edidisset, iustam dedicationem omisisset. Confirmatur autem duorum voluminum separatio, sicut Leo admonet, codicum quoque condicione; nam supra p. XLV vidimus carmina priora VIII sola et minus depravata inveniri in libro Marciano, afuisse reliqua minora ab eius archetypo. — Sidoniana carmina quanto plausu ab aequalibus excepta sint, laudes trium imperatorum satis declarant; denique more eius aevi, quem testantur tituli superstites Claudiani (C. I. L. VI, 1710) et Merobaudis (v. ind.), ei Romae in foro Traiano 'inter auctores utriusque bybliothecae' statua dedicata est (171 v. 25). Eius honoris meminit in carmine (VIII, 8) scripto a. 456, item alibi (171 v. 30) significat eum se meruisse duobus lustris ante praefecturam urbanam ei delatam anno 467; et convenit ita remuneratum esse poetam a. 456 carmine celebrantem socerum Augustum.

Ad epistulas quae ederentur conscribendas aetate demum maturiore accessit, neque minus eae ei aevo placuerunt (51, 12. 130, 18. 171 v. 49; cf. Gregorius Tur. hist. Franc. 6, 7: *Ferreolus Uticensis .... libros aliquos epistolarum quasi Sidonium secutus composuit*). Scriptae autem sunt aut eo ipso consilio ut ederentur (53, 21. 129, 28) aut certe edendi causa retractatae (1, 4) suppressis quae publice legi auctor nollet; maxime nomina praeter ea quae inscriptiones habent pleraque sublata esse apparet (cf. 15, 25). Ex amicorum ad se scriptis epistulis unam recepit (IV, 2) Mamerti Claudiani item scriptis clari praemissam responsoriae suae. Inscriptae sunt praeter unam ad uxorem (V, 16) amico amicisve (duobus datae sunt IV, 4. 12. V, 21) forma aequabili, scilicet incipientes sic: *Sidonius* illi *suo salutem,* ut nomina tam scriptoris quam amici singula sola ponantur: officia non enuntiantur, nisi quod ad episcopos datae (IV, 2. VI. VII, 1—11. VIII, 13—15. IX, 2—11) nomini *papam* adiciunt, quod item fit in epistula Mamerti ad Sidonium scripta; similiter *abbas* additur VII, 16, *frater* VII, 17. Editae autem sunt novem earum libri non eodem tempore: scilicet cum scripta est extrema epistula libri III, iam prostabant Gratianopoli venalia scripta prosaria Sidonii (51, 12), videlicet epistularum libri priores. Similiter quarti libri epistula X (61, 32) scripta est *post terminatum libellum* eiusdemque libri epistula XXII (p. 72, 20) mentio fit epistularum librorum iam terminatorum. Etiam quinti et octavi libri epistulae primae praefationis locum obtinent itemque extremae et septimi et octavi et noni epilogorum, ut totum corpus, ut ait ipse (149, 10) habeat *simplex principium, triplices epilogos.* Si qua epistula alterius ante scriptae meminit, haec invenitur posita ante illam (l. I ep. 6 _ l. III ep. 6 — l. III ep. 4 _ l. IV ep. 5 — l. IV ep. 4 _ ep. 6 — l. IV ep. 4 _ ep. 12 — VI, 1. 4. 9. _ IX, 11). Ex libris igitur plerique certe singillatim prodierunt. Sane auctor etiam post tempus epistulam veterem recens conscriptis inserere potuit nec negari potest in sexto libro eum id secutum esse, ut non admitteret nisi epistulas ad episcopos directas. Nihilominus cum aliquatenus epistulae temporis ordinem sequantur, utile visum est

quae ad tempora locosque definiendos pertinent ex verborum ampullis enucleata uno obtutu componere, ut quo tempore singulae epistulae scriptae sint vel editi singuli libelli, id quod in res gestas inquirenti maximi momenti est, facilius deprehendatur. Rettulimus similiter quae carmina habent aetatis suae indicia ad temporis ordinem quatenus fieri potuit digesta.

Carmina.

C. VII panegyricus dictus Avito Augusto a. 456 k. Ian. Romae cum praefatione (C. VI) et propemptico (C. VIII); nam hoc quoque scriptum est *principe Avito.*

C. V panegyricus dictus Maioriano Augusto Lugduni a. 458 exeunte cum praefatione (C. IV). Eius anni, quo Maiorianus consulatum gessit, cum extent in corpore legum novellarum constitutiones datae d. Ian. 11 (I), Mart. 10 (II), Mai. 8 (III), Iul. 11 (IV), Sept. 4 (V), Oct. 26 (VI), Nov. 6 (VII) omnes Ravennae, anni sequentis 459 una data Apr. 17 Arelate (IX), extremo demum anno 458 Maiorianus Lugdunum pervenerit necesse est.

C. XIII ad Maiorianum Augustum videtur scriptum esse eodem a. 458, certe scriptum est ante a 461 exeuntem.

C. XXIII inter a. 461 et 466, scriptum scilicet postquam Narbo factus est Gothorum a. 461 et vivo Theoderico II qui obiit a. 466.

C. IX. XXIV propemptica libelli carminum ad Magnum Felicem scripta inter a. 461, cum carmina eo libello comprehensa ad eum certe annum perveniant, et a. 468, quo finem fecit carminum conscribendorum.

C. II panegyricus dictus Anthemio Augusto a. 468 Romae k. Ian. cum praefatione (C. I) et propemptico (C. III).

C. XI epithalamium Ruricio et Hiberiae dictum cum praefatione (C. X)
C. XII ad Catullinum
C. XV epithalamium Polemio et Araneolae dictum cum epistula dedicatoria (C. XIV)
C. XVI eucharisticon ad Faustum
C. XVII scr. apud Arvernos (*v.* Ommatius)
C. XVIII—XXI carmina minora
C. XXII Burgus Pontii Leontii cum epistula dedicatoria. Scr. Narbone (243, 1)
} scripta omnia ante a. 468, quo, ut supra diximus, carmina pangere desiit.

Epistularum l. I editus c. a. 469, scriptus Romae aut totus aut certe ex parte maxima.

ep. 1 scr. post reliquas praefationis loco.
ep. 2 scr. ante a. 466 vivo Theoderico II.
ep. 3
ep. 4 scr. extra patriam (6, 3) } de eadem re agunt.
ep. 5 scr. Romae (6, 5) a. 467 (nubit Ricimeri filia imp. Anthemii; Anthemius consul designatus).
ep. 6 scr. in itinere Romam (8, 25).
ep. 7 scr. extra Romam ut videtur (11, 16. 12, 27) c. a. 469 (v. Arvandus).
ep. 8 scr. Romae (13, 5).
ep. 9 scr. Romae a. 467 exeunte (argumentum idem atque ep. 4).
ep. 10 scr. Romae (15, 25).

Epistularum l. II editus c. a. 472.

ep. 1 scripta est imperante Anthemio (a. 467—472), sed vix edi potuit ante mortem eius, cum reprehendatur (22, 6), nec magis ante damnationem Seronati, quae evenit post scriptam epistulam XI libri quinti, ante scriptam ep. VII libri septimi.
ep. 9 iter facit Nemausum.

Digitized by Google

Epistularum l. III.

ep. 1 prima mentio episcopatus adepti.

ep. 2. 3. 4. 6 Gothis, qui fines proferre cupiunt ad Rhodanum et Ligerim (40, 4), Arverni proximi et ab iis vexati; Burgundiones Arvernos, pro quibus propugnant (43, 8), suspectos habent.

ep. 6 respicit ad l. I ep. 6 (v. Eutropius).

ep. 7 legati Romanorum cum Gothis conspirant.

ep. 13 prima ad filium data puerum etiamtum.

ep. 14 opera prosaria antea edidisse se significat.

Epistularum l. IV.

ep. 1 praefatio.

ep. 5 respicit ad l. III ep. 4 (v. Gozolas).

ep. 6 respicit ad ep. 4.
Hostium incursus (58, 5).

ep. 10 extra patriam (61, 26).

ep. 12 respicit ad ep. 4.
Legit cum filio Terentium.

ep. 15 apud Rutenos ecclesiam dedicat.
Tempora parum quieta (67, 2).

ep. 17 apud limitem (Galliae) Latina iura ceciderunt (68, 11).

ep. 22 peregrinatio nova (73, 9), scilicet Tolosam ad Euricum.

ep. 24 iter Tolosam.

Epistularum l. V editus c. a. 474 vel 475.

ep. 3. 12 tempora hostilitatis; Arverni moenibus tuti (79, 21. 86, 16).

ep. 5 Burgundionibus Syagrius Romana iura dictat (81, 6).

ep. 6. 7 scr. a. 474 (v. Chilpericus).

ep. 9 scripta *in annis iam senectutis initia pulsantibus* (84, 24).

ep. 11 filius nondum pubes (86, 7).

ep. 13 de Seronato querimonia.

ep. 16 scr. a. 474 vel 475; memoratur Iulius Nepos.

Epistularum l. VI continens nonnisi ad episcopos datas epistulas prodiit fortasse una cum eo qui praecedit.

ep. 1 scr. a. 470/1 (*v.* Lupus).

ep. 6 *'foedifraga gens redit in suas sedes'* (98, 11).

ep. 10 ob depraedationem Gothicam Arverni quidam fugiunt Autissiodorum (100, 15).

ep. 12 Gothi depopulantur populos ab Arare et Rhodano ad mare.

Epistularum l. VII ed. c. a. 475.

ep. 1 Gothi castra movent in Romanos incipientes ab Arvernis (103, 2).

ep. 5 Arverni soli reliqui Romanis ex Aquitanica prima.

ep. 6 [1]) Reprehenditur rex Euricus (109, 10. 23. 110, 17) ita, ut epistula scripta videatur antequam Arverni Gothis se tradiderunt.

ep. 7 [1]) Arverni capti a Gothis (110, 23. 111, 8).

ep. 11 [2]) scribit clausus Arvernis (118, 4).

ep. 10 [2]) Conflictantur regna.

ep. 12 ita collocata, ut is ad quem scribitur pontificum potius (ad quos directae sunt epistulae 1—11) quam senatorum ordini adiungatur.

---

[1]) Duas has epistulas cum traditas habeamus inter supplementa, quo loco eas Sidonius collocarit, parum constat.

[2]) Epistulas XI. X sic collocant *LMTFP*, qui sequendi fuerunt, inverso ordine solus C.

ep. 15 scr. Viennae.
ep. 17 Victorius dux Gothorum Aquitanicae primae.
ep. 18 epilogus respiciens ad I, 1.

Epistularum l. VIII.
ep. 1 praefatio (126, 5).
ep. 2[1]) dominatione Romanorum finita perdurant litterae Latinae (127, 7 seq.).
ep. 3 scr. nuper dimissus Livianis ex captivitate. Euricus tractat cum populis (128. 7).
ep. 6 scr. *adhuc aevo viridis* (130, 20). Romani militant Gothis (133, 6. 13).
ep. 9 scr. exul Burdigalae expectans regis Eurici decretum (135, 2. 17. 136 v. 20).
ep. 12 scr. Burdigalae (143, 13).
ep. 16 epilogus.

Epistularum l. IX.
ep. 1 praefatio.
ep. 2 gentium motibus itinera suspecta; regnorum aemulatio.
ep. 3 scr. relegatus per officii imaginem ex patria (151, 18).
ep. 5 Gallia per regna divisa; pax (153, 15).
ep. 9 gentium concitatarum procella sedata (157, 10).
ep. 11 scr. a. 475.6 (*v.* Lupus). Respicit ad l. VI ep. 1. 4. 9 (p. 160, 19. 22).
ep. 12 scr. c. a. 479 (carmina edere desiit ante tres olympiades).
ep. 13 carmen continet scriptum 'ante annos circiter viginti' sub Maioriano c. a. 461 (vide ind. s. v. Maiorianus).
ep. 14 scholae urbis Romae iam a Gallis frequentari nequeunt (166, 29).
ep. 16 scr. *senectutis propiore meta* (171 v. 45). Peragrat dioeceses (170, 10).

TH. MOMMSEN.

[1]) Hanc epistulam traditam inter supplementa quo loco Sidonius collocarit, parum constat.

DE FAUSTO EPISCOPO REIENSI.

Faustus ortu Britannus[1]) Memorium presbyterum fratrem suum dixit (p. 270, 18), sine dubio spiritalem, non carnalem, ut vult Tillemont, *Mémoires pour servir à l'histoire ecclésiastique* XVI, p. 408. Litteris incubuit, praecipue philosophiae (Sid. ep. IX, 9, p. 158, 15), quam etiam vitae monachicae addictus comitem retinuit. Monasterii Lerinensis, quod tunc quam maxime floruit, inter monachos receptus, Maximo abbati insigni adfuit, cum is a Foroiuliensibus episcopus postulatus in silvas aufugit. Cuius rei ipse meminit in homilia quam scripsit de sancto Maximo episcopo et abbate (Eusebii Emiseni homeliae, ed. Gaigneius, Paris. 1547, fol. 92): *Ambiebat,* inquit, *illum proxima heremo civitas, quae inter locum hunc et insulam, ut nostis, interiacet. Qua ille suspicione percussus tristem parat egressum ac longinquum meditatur exilium; sed repentino occupatus adventu insistentium sacerdotum petit, quod licuit ad momentum, amica sibi ac negotio suo condensa silvarum. ..... Sub nudo axe caeli trium dierum ac trium noctium imbribus verberatur, sicut et ipse testis sum.* Postea cum Reiensis ecclesiae pastore orbatae Maximus episcopatum coactus esset suscipere, eius loco Lerinenses Faustum abbatem creaverunt. Id a. 433 contigisse inde intellegitur, quod Maximus post Honoratum Theodosio iuniore XII et Valentiniano cos., i. e. a. 426, ex abbate Lerinensi episcopum Arelatensem factum[2]) per 7 annos monasterio praefuit. Faustus enim: *plenis,* inquit (homiliae l. c. fol. 90'), *septem annis ibidem Christi gregem parit.* Faustus praeter abbatis officium etiam presbyterii gradum consecutus ab Hilario († 449) episcopo Arelatensi Honorati successore ita honorabatur, *ut inter se et sanctos sacerdotes Theodorum et Maximum compulerit residere* (V. Hilarii c. 9, Ballerini, Leonis M. Opera II, p. 326). Erat autem tunc temporis monasterium Lerinense subditum episcopo Foroiuliensi[3]) Theodoro, qui abbatis etiam iura sibi vindicabat. Unde cum Arelate in secretario ecclesiae, Ravennio huius urbis episcopo praesidente, synodus celebraretur (Conc. Gall. coll. I, p. 579 sqq.; cf. Hefele, *Conciliengeschichte* II, p. 563), convenit, ut Theodoro hoc tantum competeret, quod decessori eius Leontio competisset (c. 2), *ut clerici ad ordinationem episcopi debita subiectione respiciant, laica vero omnis monasterii congregatio ad solam ac liberam abbatis proprii ... ordinationem dispositionemque pertineat* (c. 6). Faustum episcopus, *indulta, si qua illa esset, culpae venia, in pristina pace toto caritatis affectu reciperet et ad insulam ac congregationem ipsi .... commissam cum sua gratia et caritate remitteret* (c. 1). A partibus abbatis Valerianum Cemeneliensem episcopum et Maximum Reiensem stetisse viri docti colligunt ex 'epistula generali, quae ad episcopos invitandos in causa insulae Lirinensis missa est', ubi causa ita de-

---

[1]) Sidonii ep. IX, 9 (p. 157, 7); Aviti ep. ad Gundobadum, ed. Peiper p. 30, 1.

[2]) Cf. Prosper, Chron. h. a.: *Patroclus Arelatensis episcopus a tribuno quodam barbaro multis vulneribus laniatus occiditur.* Ei Honoratus successit.

[3]) Cf. Longnon, *Géographie de la Gaule* p. 455.

Digitized by Google

finitur: *causa, quae inter sanctum episcopum Theodorum et sanctum Valerianum vel sanctum Maximum item episcopos atque abbatem Faustum nec non et reliquos fratres insulae Lerinensis acciderat.* Episcoporum qui huic synodo intererant sedes in 'Institutione' non indicatas hodie accuratius Mabillonio (Annales ord. S. Benedicti lib. I, nr. 40) proponere possumus. Iam enim postquam Maassen, *Quellen des canonischen Rechts* I, p. 951—953, nomina episcoporum, qui Arausicanae et Vasionensi synodo subscripserunt, e codice Coloniensi eruit, constat Asclepium non Aptensem episcopum fuisse, sed Cavellicensem, Iustum non Valentinensem, sed Arausicanum, Salonium Genavensem. De tempore hoc solum constat synodum Ravennio vivo esse celebratam, i. e. ante a. 462 Ian., quo Hilarus papa ad Leontium Arelatensem litteras dedit (Jaffé ed. alt. nr. 552).

Cum die 27. Novembris [1]) anno incerto (inter a. 450 et 462) Maximus episcopus diem supremum obiisset, Reienses in locum eius abbatem Lerinensem creaverunt episcopum, unde Sidonius in Eucharisto ad Faustum episcopum (C. XVI, 113):

urbem tu cuius (Maximi scil.) *monachosque antistes et abbas*
bis successor agis.

Is episcopus factus eam vitae consuetudinem retinuit, quam servaverat abbas: *precum peritus insulanarum, quas de palaestra congregationis heremitidis et de senatu Lirinensium cellulanorum in urbem quoque, cuius ecclesiae sacra superinspicis, transtulisti, nil ab abbate mutatus per sacerdotem, quippe cum novae dignitatis obtentu rigorem veteris disciplinae non relaxaveris* (Sidon. ep. IX, 3, p. 151, 25). Disciplinam eius episcopalem idem Sidonius C. XVI, 91 sqq. his versibus praedicavit:

Seu te flammatae syrtes et inhospita tesqua
seu caeno viridante palus seu nigra recessu
incultum mage saxa tenent, ubi sole remoto
concava longaevas asservant antra tenebras;
seu te praeruptis porrecta in rupibus Alpis
succinctos gelido libantem caespite somnos,
anachoreta, tremit (quae quamquam frigora portet,
98 *conceptum Christi numquam domat illa calorem);*
. . . . . .
104 *seu te Lirinus priscum complexa parentem est,*
qua tu iam fractus pro magna saepe quiete
discipulis servire venis vixque otia somni,
vix coctos capture cibos abstemius aevum
108 *ducis et insertis pingis ieiunia psalmis;*
. . . . . .
116 *seu te commissus populus tenet et minor audet*
te medio tumidos maiorum temnere mores;
seu tu sollicitus curas, qua languidus esca
quave peregrinus vivat, quid pascat et illum,
lubrica crura cui tenuat sub compede carcer;
seu mage funeribus mentem distractus humandis,
livida defuncti si pauperis ossa virescant,
infastiditum fers ipse ad busta cadaver;
seu te conspicuis gradibus venerabilis arae
contionaturum plebs sedula circumsistit,
expositae legis bibat auribus ut medicinum e. q. s.

[1]) Cf. V. S. Maximi auctore Dynamio apud Surium, De probatis sanctorum historiis tom. VI, p. 605.

Cum Hermes a Baeterrensibus episcopus ordinatus Narbonensem ecclesiam contra canonum statuta suscepisset, propter eam causam concilium Romae a. 462, die natali Hilari papae, i. e. 17. d. Novembris, celebratum est. Ei ipso Hilaro teste Faustus et Auxanius episcopi praesederunt (Conc. Gall. coll. I. p. 606), legati ad sedem apostolicam e Galliis directi, quorum definita papa confirmavit (l. l. p. 614). Sequente anno Faustus interfuisse videtur synodo, quae Leontio praesidente ad causam Mamerti examinandam congregata est. Is enim Deensibus invitis, qui ad provinciam eius minime pertinerent, episcopum ordinare praesumpserat. In epistula Hilari, quae extat, litteris synodalibus episcoporum Gallicanorum respondet anno 464, die 24. Februarii (Coll. Conc. Gall. I, p. 609) nonusque est inter viginti ad quos directa est episcopos Faustus noster. Non multo post contra praedestinationis errorem disputavit. Hanc enim doctrinam[1]) Lucidus preabyter procul dubio Reiensis dioecesis professus est, asserens *alios deputatos ad mortem, alios ad vitam praedestinatos* (p. 290, 28). Quem cum Faustus praesens multo et blando et humili sermone ad viam veritatis reducere frustra temptasset, ab exhortando eo non desistens litteras ad eum dedit (FA. XVIII), quibus quid cum ecclesia catholica sentire deberet eum docuit. *Huius*, inquit, *epistulae exemplar mecum retineo in conventu sanctorum antistitum, si ita necesse fuerit, proferendum, quam si suscipiendam putaverit fraternitas tua, aut subscriptam manu propria mox remittat aut sequentibus scriptis omnino se improbasse respondeat. quod si eam subscriptam, ut dixi, transmittere nolueris, aperte te in errore persistere ipso silentio comprobabis ac proinde iam necessitatem mihi facies ad personam tuam publicis conventibus exponendam.* Eius epistulae exemplar ipse relegit et subscripsit (p. 290, 7). Lucido vero his admonitionibus non parente, concilium 30 episcoporum congregatum in eum sententiam tulit, ut praeteritos errores condemnaret et salutifera professione se purgaret (p. 290, 17). Tunc demum resipuit et litteris (FA. XIX) ad episcopos datis recentia statuta concilii comprobavit (p. 290, 19). Interfuerunt ei, ut alios praetermittam, Leontius Arelatensis, Mamertus Viennensis, Patiens Lugdunensis, Faustus Reiensis, Graecus Massiliensis, Crocus, quem Nemausensem esse Sirmondus voluit. Circa a. 475 concilium actum esse coniecerunt, vel potius non post a. 480, quo inter Arelate a Visigothis captum et Lugdunum commercium interruptum est; cf. Tillemont, *Mémoires p. s. à l'histoire ecclés.* XVI, p. 423. Ego potius ante a. 475 id celebratum esse contendo. Crocus enim episcopus quem dixi ab Eurico in exilium missus erat, cum Sidonius epistulam VII, 6 scripsit (p. 110, 11), ubi praeter Leontium et Graecum Faustum quoque laudavit (p. 110, 14). Eam ante Arvernam urbem a. 474 475 captam[2]) a Sidonio datam esse ex his verbis intellegitur: *ut episcopali ordinatione permissa populos Galliarum, quos limes Gothicae sortis inclusserit, teneamus ex fide, etsi non tenemus ex foedere.* Foedus id videtur esse, quod intercedente Epiphanio episcopo a. 474 inter Nepotem et Euricum pactum est; cf. V. Epifani, ed. Vogel p. 95, 28. In concilio illo quae publice disputata erant Faustus conscribere iussus a Leontio edidit de gratia dei et libero arbitrio libros duos (Migne, Patrologia Latina LVIII, p. 783—836). Epistula ad Leontium, quam praemisit (Migne l. l. p. 835), ita incipit: *Quod pro sollicitudine pastorali, beate pater Leonti, in condemnando praedestinationis errore concilium summorum antistitum congregastis, universis Galliarum ecclesiis praestitistis. Quod vero ad ordinanda, quae collatione publica doctissime protulistis, operam infirmis humeris curamque mandastis, parum sanctae existimationi vestrae consuluistis.* Desinit: *In quo quidem opusculo post Arelatensis concilii subscriptionem, novis erroribus deprehensis, adici aliqua synodus*

[1]) De ea cf. Baur, *Vorlesungen über die christliche Dogmengeschichte* I, 2, p. 372 sqq.; Herzog, *Real-Encyklopädie* VIII², p. 780.

[2]) Cf. Iordanes, Getica § 240.

Lugdunensis exegit. Arelatense concilium esse id, quo Lucidus damnatus est, inter omnes constat; Lugdunensis praeter Faustum nemo mentionem fecit.

De Sidonio Faustus optime meritus erat. Germanum eius honeste educavit (C. XVI, 72) ipsumque Sidonium 'pridem Reios venientem' (C. XVI, 78) hospitio accepit, quin immo effecit, *ut sanctae matris sanctum quoque limen adiret* (C. XVI, 84). Id de matre Fausti Tillemont l. l. p. 408 aliique interpretati sunt, sed nescio an 'sancta mater' sit ecclesia, ita ut significetur a Fausto Sidonium aeque ac Ruricium ad vitam ecclesiasticam adductum esse. Affectum in eum eximium Sidonius profitetur in Eucharisto ei inscripto his verbis (C. XVI, 68):

da Faustum laudare tuum, da solvere grates,
quas et post debere iuvat. te, magne sacerdos,
barbitus hic noster plectro licet impare cantat.

Id autem ante a. 468 compositum videtur esse; cf. supra p. LI. Non multo post Patiens Lugdunensis episcopus ecclesiam a se aedificatam dedicavit (p. 33, 16). Festis hebdomadalibus cum etiam Sidonius interesset, Faustum contionantem 'pariter erectis sensibus auribusque curvatis' audiebat (p. 152, 9). Solo patrio expulsus (p. 151, 19) circa a. 475 Sidonius a Fausto (IX, 3) veniam epistularum raro datarum petivit, donec essent gentium motibus itinera suspecta. Litterae cum Reios advenissent, Fausto profecto Aptam, neque ad eum perlatae essent (p. 156, 7), iterum is paginam ab amico petivit. Ita Sidonius ep. IX, 9 ad eum altera data libros eius se significat libenter accepisse: *Venisti,* inquit, *magister, in manus meas* (p. 156, 17). Riochatus enim antistes ac monachus cum ad Britannos Fausti volumina iussu eius portaret et apud oppidum Arvernum moratus esset, donec gentium concitatarum turbae sedarentur, deinde post duos aut his amplius menses abeuntem eum viatores quidam scripta illa clam secum ferre prodidissent, Sidonius pernicibus equis eum insecutus est. *Quaesitum,* inquit, *volumen invenio, produco, lectito, excerpo, maxima ex magnis capita defrustans. tribuit et quoddam dictare celeranti scribarum sequacitas saltuosa compendium, qui comprehendebant signis quod litteris non tenebant* (p. 157, 19). Quod autem scripsit se opus bipertitum sub dialogi schemate, sub causarum themate quadripertitum (p. 157, 31) legisse, plerique talem Fausti librum aetatem tulisse negaverunt; Bollandiani vero, Acta SS. Sept. tom. VII, p. 699, libros de gratia dei et libero arbitrio duos intellegi volunt. Sancti Riacati nomen in vetustis litaniis Anglicanis reperitur (Mabillon, Vet. Analecta II, p. 672) neque Mabillon, De re dipl. 1709, p. 52, dubitat, quin hic sit episcopus is de quo loquimur. Fausto autem Sidonio seniori (p. 157, 1) et aetate iam provecto (p. 159, 5) tunc summum malum minabatur.

Anno 477 Euricus rex Arelate et Massiliam suae dicioni subdidit (Iordanes, Get. c. 47) ceteraque castella cepit (Severus Sulpicius, ed. Holder-Egger p. 75). Inter haec procul dubio Reiensis quoque civitas erat, quamquam id testatum non habemus. Eo tempore Faustum senem, qui etiam contra Arianos disputavisset, ab Eurico rege in exilium pulsum esse volunt. Cum Sidonius huius rei mentionem nullam fecerit, fortasse id post eius mortem a. 479 contigit. Ex exilio (p. 282, 15) Faustus litteras ad Felicem filium Magni consulis, discipulum Leontii Arelatensis (p. 282, 26) dedit (FA. XVI), quibus formam vitae ecclesiasticae eum docuit. Eodem tempore item ex exilio data est epistula FA. II ad Ruricium, cuius magna pars cum FA. XVI ad verbum congruit: *In hac,* inquit, *quiete magna, si agnoscamus, vacatione donati, dum novos cives commercio caritatis adquirimus, dum de adquisitorum salute gaudemus, inter haec positi bona praesenti insultamus exilio et patriam nos non amisisse sed commutasse cognoscimus.* Duarum quoque Ruricianarum epistularum ad Faustum datarum (R. I, 1. 2), quae aetatem tulerunt, altera certe ad exulantem scripta est: *veniam,* inquit, *deprecare, ut quem in peregrina patria appellas liberum, in propria possis*

Digitized by Google

videre liberatum (p. 301, 13). In patriam reversus Faustus Ruricium suum non solum liberatum sed etiam summum sacerdotem creatum repperit. Id post Euricum a. 485 mortuum factum esse veri simile est. Ex patria ad Ruricium epistulam FA. V scripsit: *Gratias*, inquit, *ad vos, dum vobis de patria scribimus, qui nobis patriam in peregrinatione fecistis, qui indefessa liberalitate patriae desideria temperastis, vim quandam divinae iustitiae succedentibus sibi beneficiis inferentes, ut quod intulerat ad castigationem converteret ad honorem.*

Quo anno Faustus, cuius memoria die 28 Septembris celebratur[1]), mortuus sit, ignoramus. Cum Gennadius librum de viris illustribus scripsit circa a. 480[2]), etiam tum in vivis erat. Huius de Fausto testimonium (c. 86) iam proferemus.

Faustus ex abbate Lerinensis monasterii apud Regium Galliae episcopus, vir in divinis scripturis satis intentus, ex traditione symboli occasione accepta, composuit librum de spiritu sancto, in quo ostendit eum iuxta fidem patrum et consubstantialem et coaeternalem esse patri et filio ac plenitudinem trinitatis obtinentem. Edidit quoque opus egregium de gratia dei, qua salvamur; in quo opere docet gratiam dei semper et invitare et praecedere et adiuvare voluntatem nostram, et quicquid ipsa libertas arbitrii pro labore pio mercedis acquisierit, non esse proprium meritum, sed gratiae donum. Legi eius et adversus Arianos et Macedonianos parvum libellum, in quo coessentialem praedicat trinitatem, et alium adversus eos qui dicunt esse in creaturis aliquid incorporeum, in quo et divinis testimoniis et patrum confirmat sententiis nihil credendum incorporeum praeter deum. Est et eius epistula in modum libelli ad diaconum quendam Graecum nomine edita, qui a fide catholica discedens ad Nestorianam abiit impietatem. In qua epistula admonet eum credere sanctam Mariam virginem non hominem purum genuisse, qui postea susciperet divinitatem, sed deum verum in homine vero. Sunt vero et alia eius scripta, quae, quia necdum legi, nominare nolui. Viva tamen voce egregius doctor et creditur et probatur. Scripsit postea et ad Felicem praefectum praetorii et patriciae dignitatis virum, filium Magni consulis, iam religiosam epistulam ad timorem dei hortatoriam, convenientem personae pleno animo paenitentiam agere disponenti.

Quamquam Gelasius I papa a. 495/496 *opuscula Fausti Regiensis Galliarum apocrypha* inter libros qui non recipiuntur posuit (Migne, Patrol. Lat. LIX, p. 164), eventus confirmavit vaticinationem Sidonii, Faustum per ea quae scripsit sibi superstitem fore (p. 157, 9). Ut nonnulli Fausti libri et in codicibus et adeo adhuc in editionibus aliis scriptoribus attribuantur, anathema forte effecit pontificale. Iam de singulis opusculis paucis agendum est, idque eo ordine quo a Gennadio proferuntur.

Fausti de spiritu sancto liber editus est sub titulo *Paschasii diaconi de spiritu sancto libri duo* (Migne, Patrol. Lat. LXII, p. 8—40). Hos libros male Paschasio attribui, post Coustantium, Oudinium, Tillemontium, Maurinos nuperrime probavit Caspari, *Ungedruckte Quellen zur Geschichte des Taufsymbols* (Christianiae 1869, II, p. 214—224). Opusculum in exilio compositum esse inde fortasse conici potest, quod locus quidam cum epistulis FA. II. XVI ab exule datis fere concordat. Conferas sis haec verba: *Et ideo sacer numerus diximus, quod trecenti mera supputatione Graeca signum crucis, decem et octo vero Iesu adorandum nomen ostendunt* (melius Ducange ed. Favre I, 117: 'Faustus Reiensis lib. I de Spiritu Sancto: *Sacer numerus dicimus, quia trecenti in aera sive supputatione signum crucis* etc.'), cum iis quae infra p. 268, 15. p. 284, 8 leguntur. Alius locus (Migne l. l. p. 14): *Ecce brachium ex corpore* e. q. s. similis est epistulae FA. XX (infra p. 292, 30).

[1]) Cf. Bollandiani, Acta SS. Sept. VII, p. 651.

[2]) Cf. Ebert, *Geschichte der christlich-lateinischen Literatur* I, p. 427.

De gratia dei opus qua ex causa compositum sit, supra exposui. Eo Gelasius papa commotus videtur esse, ut Fausti scripta damnaret. Circa a. 520 cum offenderentur libello eo monachi Scythici, inter quos eminebat Iohannes Maxentius, utrum Fausti doctrina probanda esset annon, quaestio Constantinopoli tractata est. Nam Possessor episcopus Africanus Constantinopoli exulans Hormisdam papam de iis consuluit, *quae Faustus quidam natione Gallus Regiae civitatis episcopus de diversis rebus et frequentius de gratia dei diserte visus est disputare.* Is a. 520 die 13. Augusti (Jaffé ed. alt. nr. 850) ad Possessorem inter cetera haec rescripsit: *Hinc vero quod vos de Fausti cuiusdam Galli antistitis dictis consuluisse litteris indicastis, his sibi responsum habeant: neque illum neque quemquam, quos in auctoritatem patrum non recipit examen catholicae fidei, aut ecclesiasticae disciplinae ambiguitatem posse gignere aut religiosis praeiudicium comparare* (Migne, Patrol. Lat. LXIII, p. 490). Quod cum monachis parum satisfaceret, Iohannes Maxentius, edita responsione ad epistulam Hormisdae, Fausti libros utpote non catholicos, immo scriptis S. Augustini et apostolorum sententiis contrarios castigavit (Migne, Patrol. Graeca LXXXVI, p. 112). Eodem fere tempore monachi iidem, scilicet Petrus diaconus, Iohannes, Leontius, alius Iohannes ceterique fratres in causa fidei Romam directi, cum libellum de incarnatione et gratia domini nostri Iesu Christi ad Fulgentium aliosque episcopos Africae darent (Migne, Patrol. Lat. LXII, p. 92), item in Faustum invecti sunt. *Anathematizamus,* inquiunt, *praecipue libros Fausti Galliarum episcopi, qui de monasterio Lirinensi provectus est, quos contra praedestinationis sententiam scriptos esse non dubium est. In quibus non solum contra horum omnium sanctorum patrum, verum etiam contra ipsius apostoli traditionem veniens, humano labori subiungit gratiae adiutorium atque totam omnino Christi evacuans gratiam antiquos sanctos non ea gratia qua et nos, secundum quod docet beatissimus Petrus apostolus, sed naturae possibilitate salvatos impie profitetur.* Fulgentius Ruspensis ceterique episcopi Africani in Sardinia exulantes, ad quos libellus missus est, fuse respondentes (Migne, Patrol. Lat. LXV, p. 451) Faustum silentio praeterierunt, quippe qui eius opera tunc nondum legisse videantur. Fausti libros postquam monachi Fulgentio examinandos transmiserunt, is eum septem libris redarguit. Vitae enim S. Fulgentii auctor (Bollandus, Acta SS., Ian. I, p. 43): *Ita erat,* inquit, *notior omnibus gentibus, ut duo libri, quos Faustus episcopus Galliarum contra gratiam subdolo sermone composuit favens occulte Pelagianis, sed catholicus tamen volens videri, Constantinopoli offensis plurimis fratribus, ad beatum Fulgentium probandi dirigerentur. Quibus, ne occultum serperet virus, septem libris respondit plus laborans exponere quam convincere.* Hi Fulgentii *de gratia dei et libero arbitrio libri responsionum septem,* quos Isidorus de viris ill. c. 27 (Opp. ed. Arevalus tom. VII, p. 154) laudat, aetatem non tulerunt. At Caesarium quoque Arelatensem librum de gratia et libero arbitrio contra Faustum composuisse temere statuit Norisius, quae tamen opinio, sane iam a Bollandianis (Migne, Patrol. Lat. LXVII, p. 1269) explosa, adhuc passim repetitur. Nititur ea loco Gennadii post a. 542 interpolati: *Caesarius Arelatensis urbis episcopus .... de gratia quoque et libero arbitrio edidit testimonia, ... quod opus etiam papa Felix per suam epistulam roboravit et in latius promulgavit. Floruit hic eo tempore quo et Faustus, Anastasio rem publicam gubernante.* Hic ut errores tot fere quot verba sunt, ita de Caesario contra Faustum scribente nihil legitur. Sine dubio anonymus concilium Arausicanum intellexit a Bonifatio [1]) papa confirmatum (Conc. Gall. coll. I, p. 951). Id ipsum enim a. 529 Caesario praesidente contra Fausti doctrinam de gratia et libero arbitrio congregatum est. At auctor erroris non nominatur. Circa a. 544 Facundus

[1]) Unde crucem addas nr. 876 Jaffé ed. alt.; cf. nr. 881. Dicta ad nr. 875 ut absurda delenda sunt. Agitur enim de fragmentis quae Petrus diaconus excerpsit ex epistula Caelestini papae nr. 381.

Hermianensis episcopus in libro contra Mocianum (Migne, Patrol. Lat. LXVII, p. 855) et hunc et Faustum Augustini auctoritate male abusos esse contendit: *Sic*, inquit, *aliquando etiam Faustus Gallus in quaestione liberi arbitrii, male intellectis et incongrue adhibitis ipsius beati Augustini sententiis, fallebat et in assensionem sui erroris inducebat incautos: qui tamen a sanctae memoriae Fulgentio Ruspensi detectus atque convictus est.* Denique Ado Viennensis in chronico a. 492 (Migne, Patrol. Lat. CXXIII, p. 107) Fausti doctrinam reicit: *Faustus*, inquit, *ex abbate Lirinensis monasterii apud Regium Galliae episcopus factus, Pelagianum dogma destruere conatus in errorem labitur: unde qui eius sensus in hac parte catholicos praedicant, sicuti Gennadius de illustribus viris scribens, omnino errant. Ita enim liberum arbitrium tam Augustinus quam ceteri catholici in ecclesia dei docent, ut illuminatio, virtus et salus illi a Christo et per Christum et cum Christo sit. Faustus vero iste ita liberum Christianum arbitrium docere conatur, ut illuminatio eius, virtus et salus non a Christo, sed natura sit. Contra hunc scribit lucidissima fide beatissimus Avitus Viennensis episcopus eius redarguens errorem; similiter et Ioannes vir eruditus Antiochenus presbyter.*

Fausti adversus Arianos et Macedonianos parvus libellus periit; neque enim eum pro priore epistulae XX parte, ut nonnulli coniecerunt, habendum esse probavit Tillemont, *Mémoires p. s. à l'histoire ecclés.* XVI, p. 429. 778.

Alius libellus adversus eos qui dicunt esse in creaturis aliquid incorporeum est epistula FA. XX. Hanc anonymam Faustus publici iuris fecit, nam Claudianus Mamertus, qui circa a. 470[1]) contra eam de statu animae libros tres scripsit, scriptoris nomen non repperit: *percontor*, inquit[2]), *de nomine: nec responso nec scripto proditur . . . . . si bene conscius disputas, cur nomen occultas? si agnosci metuis, cur opus prodis, ne dicam, cur ista conscribis?* Claudianus ut ederet libellos, exegit Sidonius, ad quem praefatus est, quique ei epistula IV, 3 pro munere gratias egit. Adversarius Claudiani quis esset, Sidonius ne divinavit quidem, nam, ubi mentionem facit eius *quem contra loquitur* (p. 55, 20) Claudianus, certe de Fausto amico non cogitavit.

Epistulam ad diaconum Graecum FA. XVII ex insula Lerinensi datam esse Tillemont, *Mémoires pour servir à l'histoire ecclés.* tom. XVI, p. 412 ex his verbis acute effecit: *ubi etiam illud est, quod suscepta per omnes insulas et ecclesias patrum signat auctoritas* (p. 285, 28)?

De epistula quam exulans ad Felicem scripsit supra egi.

Alia eius scripta quia nondum legisset nominare noluit Gennadius. Supersunt autem praeter ea quae attulit et praeter epistulas ad Ruricium FA. I—V et Lucidum FA. XVIII scriptas, de quibus supra egi, haec.

Paulinus cum Faustum dominum, ut ait, suum (p. 275, 23) de quaestionibus quibusdam dogmaticis consuluisset (FA. XIV), imprimis num recte Marinus eremita peccatoribus Christianis aeterna tormenta minatus esset, Faustus ei respondit epistula nostra XV. Ea autem num Paulino satisfecerit, magnopere dubito. Eius epistulae locus hic: *futurorum immensitas cruciatuum angustias humanae mentis excedit, quae mala momentaneae paenitentiae umbra non removet* (p. 281, 34), cum Gundobadum Burgundionum regem, qui Fausti epistulam legerat, admodum conterruisset, rex Avitum consuluit, qui post a. 500 epistulam de subitanea paenitentia ad eum dedit (ed. Peiper p. 29), ubi de Paulino haec leguntur: *Et quia legistis consulenti cuidam Paulino Burdegalensi ab episcopo supradicti nominis fuisse responsum: cuius* (Fausti scil. Manichaei) *temporibus Paulinus quidam (deus viderit, utrum is quem memoratis, tamen Burdegalensis) non pauca stilo catholico et inreprehensibili fide conscripsit: praefati haeretici mentionem*

---

[1]) Ebert, *Geschichte der christlich-lateinischen Literatur* I, p. 451.

[2]) Ed. Engelbrecht p. 24.

idcirco praemisi, ne Manichaei ipsius Fausti opus infaustum citeriorem hunc, quem etiam gloria vestra noverat, ortu Britannum, habitaculo Regiensem, titulo nominis accusaret. Faustus quae de subita paenitentia et de fide disputaverat, Avitus hic refellit.

Locum ex epistula quadam Fausti attulit sive Caesarius sive qui alius epistulae Iohannis II papae a. 534 ad Caesarium datae tractatum eum adiecit, in quo sunt haec: *de quibus et Faustus episcopus sanctus in epistula sua dixit: 'Perdit gratiam consecrati, qui adhuc officium vult exercere mariti'* (Coll. conc. Gall. I, p. 970).

Fausti de ratione fidei ad obiecta quaedam responsionem P. Pithoeus, Veterum aliquot Galliae theologorum scripta. Paris. 1586, p. 124 edidit.

Erat Faustus orator insignis, cuius *olim praedicationes nunc repentinas, nunc, ratio cum poposcisset, elucubratas raucus plosor audivit* Sidonius (p. 152, 7). Eius homiliae permultae supersunt, paucae vero ipsius nomine inscriptae. Constat enim quas a. 1547 Gaigneius Parisinus edidit homilias sub nomine Eusebii Emiseni episcopi plerasque esse Fausti. Eusebio et in codicibus attribuuntur et in decreto Ivonis II, 4 (Migne, Patrol. Lat. CLXI, p. 139). Eminet inter eas quam apud Reios, — de 'praesenti' enim ecclesia loquitur fol. 92', — de sancto Maximo episcopo et abbate habuit (ed. Gaigneius fol. 89'—94'). Fausti eam esse praeter alia ostendunt verba *ecce quali pecunia sacerdotium comparavit .... Unde emit ipsum est quod emit* (fol. 93') comparata cum iis, quae ad Ruricium nuper episcopum creatum infra p. 270, 34 scripsit. Praeterea Dynamio patricio, qui auctore Urbico episcopo Reiensi vitam Maximi composuit (Surius, Vitae SS. tom. VI, p. 597 sqq.), chartarum volumina praesto fuerunt, *quae ex eius* (Maximi scil.) *operibus beatissimi Fausti antistitis praedecessoris sollertia devota collegerat.* Ex his homiliis duas de symbolo (ed. Gaigneius fol. 24—33) ad codicem quendam Matritensem recensuit Caspari, *Ungedruckte Quellen zur Geschichte des Taufsymbols* (Christianiae 1869, tom. II, p. 185 sqq.). Admonitionem sancti Fausti ('Flausti' cod. Sang.) Canisius (Lectiones antiquae V, p. 421—423), sermones sex ad monachos Martene et Durand (Veterum scriptorum et monumentorum collectio, Paris. 1733, tom. IX, p. 141 sqq.) ediderunt. Mai (Spicilegium Romanum, Romae 1841, tom. V, p. 85 sqq.) sermones de pentecoste, de sancta trinitate, de spiritu sancto e codicibus eruit. Alii inter aliorum sermones latent.

Denique quem nuper Caspari (*Alte und neue Quellen zur Geschichte des Taufsymbols.* Christianiae 1879, p. 250 sqq.) e codice quodam Albigensi publici iuris fecit, tractatus Faustini de symbolo Fausto nostro maxima ex parte vindicandus est. Breviarium quoque adversus Arianos, quod Sirmondus (Opuscula dogmatica veterum quinque scriptorum. Parisiis 1630, p. 73—135) edidit, ipsum Faustum composuisse fortasse recte coniecerunt Bollandiani (Acta SS. Sept. tom. VII, p. 703).

Elocutionem Fausti multis laudibus Sidonius extollit: *immane,* inquit, *suspicio dictandi istud in vobis tropologicum genus ac figuratum limatisque plurifariam verbis eminentissimum* (p. 152, 5). Eum vero easdem res iisdem verbis ter quaterve repetere cum alii adverterunt, tum Oudinius (Commentarius de scriptoribus ecclesiae antiquis, Vol. I, p. 1313), eius elucubrandi rationem his verbis optime castigans: *Solebat,* inquit, *Faustus, ita suas amabat phrases, seipsum aliquando verbotenus excerpere, ut constat ex aliis atque indubiis eiusdem Epistolis et Opusculis, in quibus seipsum interdum ac saepe exscribit.*

De libris scriptis editisque, qui contineant Faustiana in hoc volumine edita, infra agemus post Ruriciana, quibuscum saepe reperiuntur consociata.

DE RURICIO EPISCOPO LEMOVICENSI.

Ruricii vita praecipue ex epistulis ipsius et Fausti aliorumque FA. I—XIII texenda est. Accedunt scripta Sidonii, epistulae scilicet quas ad eum dedit IV, 16. V, 15, VIII, 10 et *Epithalamium Ruricio et Iberiae dictum* (C. XI) cum praefatione (C. X). Pauca subministravit quod Fortunatus carm. IV, 5 composuit *Epitaphium Ruriciorum episcoporum civitatis Limovecinae.*

Nobilitatem eius Fortunatus (v. 19) celebravit, iunctum cum asserens celeberrimae Aniciorum genti (v. 7):

Ruricii gemini flores, quibus Aniciorum
iuncta parentali culmine Roma fuit.

Fratrem habuisse videtur Leontium, quem una cum omni domo Ruricii Faustus salutavit (p. 268, 35). Uxorem Ruricius Iberiam duxit puellam nobilem, filiam scilicet Ommatii viri clarissimi (Sidon. C. XVII) avum habentis patricium (id. C. XI, 53).

Calet ille superbus
Ruricius nostris facibus dulcique veneno
tactus votivum suspirat corde dolorem.

Haec Amor apud Sidonium C. XI, 62. Nuptiae ante a. 468, quo Sidonius carmina condere desiit[1]), instante hieme, procul dubio apud Arvernos celebratae sunt (C. XI, 126). Socerum enim Arvernum fuisse veri simile est. Nam carmen, quo Ommatium ad natalem suorum invitavit, his versibus conclusit Sidonius (C. XVII, 19. 20):

dabit omnia Christus,
hic mihi qui patriam fecit amore tuo.

Pro altera enim Sidonii patria Arverna urbs habenda est. Ex Iberia uxore liberos suscepit Ommatium, Eparchium, Constantium filiamque, quam Agricola in matrimonium duxit (p. 336, 10), frater, ut videtur, Papianillae uxoris Sidonii. Praeterea quos filios appellat Leontium, Rusticum, Severum, quaeri potest, num carnales intellegat. Liberi eius praeter Constantium omnes apud Arvernos aetatem egerunt. Unum ex filiis educandum tradidit Hesperio, 'gemmae amicorum litterarumque', quem 'nuper urbe redisse e Tolosatium' Sidonius scripsit (p. 72, 19), itaque sine dubio Arverno. Namatium quoque et Cerauniam, quorum filia Ruricii filio desponsa erat, Arvernos fuisse inde fortasse coniciendum est, quod hanc potissimum terram, ubi nurus morte praematura erepta sepulturam habuit, patriam Ruricius sibi iudicavit (p. 313, 30). Quae enim alia urbs ei carior esse potuit ea ubi liberi totque amici degebant? Saepius eo profectus videtur esse, invisens et Ommatium (p. 333, 31) et Apollinarem amicum (p. 332, 27). Ille enim a patre eruditus et ad sacerdotium usque perductus (p. 334, 1), postea episcopatum Turonensem nanctus et Eparchius frater clero Arverno adscripti erant, unde Ommatium 'senatoribus civibusque Arvernis' attribuit Greg. hist. Fr. X, 31. Namatium quoque adiit, cuius fortasse propinquus erat Namatius episcopus Arvernus (saec. V. med.), et Cerauniam (p. 311, 8), qua etiam post mortem mariti familiariter usus est (R. II, 15. 50).

Ruricius quoniam cum Hesperio de studiis filii per litteras agebat (R. I, 3. 5), scire cupiens, *quam spem spei gerere deberet* (p. 302, 36), intellegitur ipsum sedem

[1]) Cf. supra p. LI.

suam non apud Arvernos constituisse. Habitabat scilicet Gurdone, ubi quotannis sollemnitas sanctorum quorundam celebrabatur. Huc amicos invitabat, ut Bassulum episcopum (p. 304, 15) et Celsum una cum sorore sua (i. e. uxore eius), *honorem patronis, fratribus affectum, gratiam populis praestituros* (p. 308, 6). Fratres fortasse appellat cogitans de monasterii communione. Ex pluribus locis Galliarum sic similiterve nominatis *Gourdon* (*arr. Gourdon, dép. Lot*) oppidum prope Cadurcensem urbem praeferendum mihi videtur esse, ubi postea abbatia ordinis Cisterciensis fundata est. Fundos si ibi possedit, epistulae illi lux affertur, qua Constantium filium, ut 'crastino' Brivae sibi occurrat, admonet (p. 332, 12). Gurdone enim Lemovices proficiscens, qui fines Cadurcensis pagi excessit, ei Briva primum Lemovicense oppidum occurrit. Hospitiolum desertum sua vicinitate desiderabile (p. 307, 3) ei fecit Celsus amicitia et propinquitate ei coniunctus (p. 307, 35) et 'iam de sublimiori specula vel eminentiori loco' Ruricium intuens 'in saeculi turbinibus fluctuantem' (p. 307, 26).

Cum Fausto episcopo Reiensi epistularum commercio coniunctum fuisse Ruricium ostendunt litterae eius I—V ad Ruricium datae. Eius opuscula legendo (p. 299, 12) secum constituisse videtur, ut, saeculo relicto, ad munus ecclesiasticum se accingeret, at tunc nondum valuit metum obnoxiae condicionis expellere, ut relinqueret praesentia, peteret aeterna (p. 299, 23). Etiam Sidonius amicus, *cuius lectio prae obscuritate dictorum non accendit ingenium* (p. 332, 32), pio proposito favit. Nam bybliopolam cum libris heptateuchi et prophetarum ad eum misit (V, 15), aliumque codicem cum Sidonio nescio Ruricius transtulisset (R. I, 8), huic ille veniam tribuit (Ep. IV, 16). Eum cum episcopo ad invisendum se invitavit, *ut*, inquit, *possimus in unum positi fructum de nostra invicem capere praesentia* (p. 309, 2). Tandem *post vitae huius iactationes ad portum religionis proram salutis convertit et, despecto tandem saeculo, infelicitatem eius magnam respuit* (p. 267, 9). Cum coniuge ieiuniis et orationibus vacabat (p. 269, 23), captivos redimebat (p. 269, 17), laborantium necessitudinibus subveniebat (p. 271, 9), mancipia sua religione Christiana imbuebat (FA. I). Unde Graecus ei *domino religionis honore sublimi ac fidei meritis magnificando filio* (FA. VI) gratias agit, *quod fidei vestrae meritum sicut proficit devotione, ita crescit et opere.* Denique vir piissimus summum sacerdotium obtinuit (p. 270, 35).

Sidonius in epistula VII, 6, quae ante a. 474/475 data est, Lemovices inter eas civitates recensuit, quae *summis sacerdotibus ipsorum morte truncatae nec ullis deinceps episcopis in defunctorum officia suffectis . . . . latum spiritalis ruinae limitem traxerunt* (p. 109, 30). Anno 485 Eurico mortuo, et Faustum ex exilio rediisse et Ruricium Lemovicum episcopum creatum esse volunt[1]). Utrumque eodem tempore contigisse, ex epistula quam ad Ruricium dedit Faustus (FA. V) conici potest: *Gratias*, inquit, *ad vos, dum vobis de patria scribimus, qui nobis patriam in peregrinatione fecistis . . . . unde factum est, ut . . . fidelissimum famulum suum* (Ruricium scil.) *super candelabrum domus suae . . . . sublimaret.*

Ruricius episcopus num in exilium missus sit, dubium est; quamquam ita accipi possunt quae scribit p. 309, 27: *per talem viam nos iter egisse cognoscite, per quam nec ad paradisum, non dicam ad exilium quisquam ire desideret.* Litigasse cum et Chronopium Petrocoricensem episcopum de finibus diocesium, utroque parochiam Gemiliacensem (hodie *Jumillac, arr. Nontron, dép. Dordogne*) sibi vindicante (p. 316, 19), intellegitur ex epistula quam ad Chronopium de ea re dedit (R. II, 6). Quomodo controversiam deciderint, non liquet; nostra interest, quod fines pagorum Petrocoricensis et Lemovicensis ita accuratius definiuntur. Eparchius filius Ruricii ab Aprunculo Arverno episcopo (a. 479—491) propter culpam quandam ab ecclesia exclusus (p. 348, 21)

---

[1]) Tillemont, *Mémoires p. s. à l'histoire ecclés.* XVI, p. 433.

Digitized by Google

cum Ommatio fratre litteras 'plenas lacrimis et deploratione ad patrem misit', ut pro se intercederet (p. 347, 24). Is Eusebiolum presbyterum Arvernos direxit litterisque veniam filio petivit (R. II, 57). De aemulatione, quae inter eum et Caesarium episcopum Arelatensem intercessit, latius disserendum est. Cum decessoribus Caesarii Ruricio consuetudo fuerat multa et iucunda. Leontii morte 'diu multumque tristatus' (p. 308, 11) ab Aeonio successore (ante a. 494) munera se accepisse gavisus est (p. 308, 23) et Arelate paucos dies moratus et ipsum adiit et Pomerium abbatem (p. 317, 32. 318, 37), quem ad se ut veniret invitavit (p. 318, 24. 319, 11). At cum iam Aeonius 'de inofficiositate' Ruricii conquestus esset (p. 326, 13), eo mortuo a. 502 Caesarium episcopum creatum Ruricius aegre tulisse videtur. Eo enim epistulam R. II, 31, quam ad Capillutum presbyterum Ruricius dedit, spectare opinor: *Gratias,* inquit, *ago pietati vestrae, quod me consolare de civitatis ordinatione dignamini, cum vobis sufficere deo propitio satis abundeque possitis.* Caesarium cum non multo post, scilicet a. 505, ut recte statuerunt Bollandiani (Acta SS. Aug. VI, p. 53), Gothi suspicarentur territorium et civitatem Arelatensem Burgundionum dicioni adiungere velle, is *falsis et illicitis accusationibus condemnatus, cum ab Arelato fuisset abstractus, in Burdegalensem civitatem est quasi in exilio relegatus* (V. Caesarii apud Bollandianos, Acta SS. Aug. VI, p. 68). Burdigalae Caesarius cum Ruricio convenit. Nam quod hic ad illum scripsit: *ipsi enim recolere potestis, quam fessum me Burdigala videritis, et hoc hieme, quando esse soleo fortior solito* (p. 336, 24), ad id exilium referendum est. Mox ab Alarico rege Caesarius restitutus, synodis congregatis, laxatam disciplinam ecclesiasticam confirmare studuit. *Sub d. III Idus Septembris Messala v. c. consule*[1]), i. e. a. 506, cum Caesarius episcopos in ecclesia S. Andreae Agathensi congregasset, ei synodo Ruricius neque ipse interfuit neque vicarium delegavit. Litteras quidem per diaconum Veri episcopi, — acta ultimus confirmavit *Leo diaconus missus a domino meo Vero episcopo Turonicae civitatis*[2]), — Agathen destinavit, sed neque Caesarius eas accepit *nescio quo casu aut qua neglegentia* (p. 274, 11) neque metropolitano Ruricius sic satisfecit. Erat enim concilio Arelatensi I a. 314 sanctum: *Si quis commonitus infirmitatis causa defuerit, personam vice sua dirigat,* idque decretum concilium Arelatense II a. 452 renovaverat[3]). Pessimum exemplum ne alii sequerentur, Caesarius hanc legem in ipsa illa synodo pertulit (c. 35): *Si metropolitanus episcopus ad comprovinciales episcopos epistulas direxerit, in quibus eos aut ad ordinationem summi pontificis aut ad synodum invitet, postpositis omnibus, excepta gravi infirmitate corporis aut praeceptione regia, ad constitutam diem adesse non differant. Quod si defuerint, sicut prisca canonum* (conc. Arelat. II, c. 19) *praecipit auctoritas, usque ad proximam synodum caritate fratrum et ecclesiae communione priventur*[4]). Neque tamen secundum hanc severam normam Caesarius Ruricium tractavit, sed litteris ad eum scriptis (FA. XII) veniam ei et impunitatem dedit. *Licet,* inquit, *sanctos et desiderabiles vestros apices miseritis, tamen, sicut ipsi optime nostis, dignissimum fuerat, ut personam dirigeretis, quae ad vicem vestram subscriberet et quod sancti fratres vestri statuerunt in persona vestra firmaretur. sed quia novi, quam sancto et frequenti ac pio desiderio interesse volueritis, omnibus fratribus vestris votum vestrum et sanctam voluntatem exposui, pro qua re nihil pietati vestrae vel potuimus vel debuimus imputare.* Has litteras cum per Capillutum presbyterum accepisset, per eundem, ut iussus erat, statim respondit (R. II, 33). *Cur,* inquit, *ad synodum, sicut collocutio habuit nostra, non venerim, fecit hoc infirmitas, non voluntas,* questusque

---

[1]) Cf. Conc. Gall. coll. I, p. 795.
[2]) Conc. Gall. coll. I, p. 798.
[3]) Conc. Gall. coll. I, p. 562.
[4]) Conc. Gall. coll. I, p. 789.

litteras, quibus Caesarius synodum indixerat, tarde admodum ad se venisse, animo magno fortique peroravit: *quin*, inquit, *etsi non pro dignitate vel pro aetate non debemus tardius quam alii commoneri, qui fortasse, ut minus prudens dicam, merebamur ambiri; quia si aliis nomen urbium praestat auctoritas, nobis auctoritatem demere non debet urbis humilitas. siquidem multo melius multoque eminentius est, civitatem de sacerdote quam sacerdotem de civitate notescere.* Per litteras Caesarii certior factus est Eudomium episcopum 'superveniente anno Tolosae synodum' habere velle, quo etiam Hispanos episcopos convocaturus esset (p. 274, 24). Hanc celebratam esse negavit Baluzius (Nova coll. concil. p. 1465); cum enim anno 507 inter Chlodovechum regem Francorum et Alaricum Gothorum bellum exarsisset, in quo hic occisus est, congregandorum sacerdotum regni Gothici facultatem esse non potuisse. At non video, cur antequam Alaricum Pictavis versantem rex Francorum aggressus est, eo anno episcopi convenire non potuerint. Habitam esse vero synodum testis est Sedatus episcopus Nemausensis, qui etiam Agathensi concilio interfuerat, in litteris ad Ruricium datis (FA. IX): *vehementer*, inquit, *optavi, ut ad necessitatem istam, quae hic nos exhibuit, veniretis*, et post alia: *non prius ego a Tolosa reverterer, quam beatitudinis vestrae et singularis illius caritatis benedictionem desideratissimam promererer.* Respondit Ruricius (R. II, 35) se, si valuisset, ad synodum indictam libentissime venturum fuisse, sed disposito itinere imbecillitate superveniente se inhibitum esse, cum aerem regionis illius ferre non posset. Simulque ei equum transmisit, *in via vilem, in epistula pretiosum*, teste Sedato (FA. XIII). Haec de synodo Tolosana. Paulo post, Alarico occiso, Chlodovechus Lemovicum civitatem in dicionem redegit. Eo spectare opinor quae Apollinari duci Arvernorum in pugna Vogladensi (Greg. hist. Fr. II, 37) Ruricius scripsit (p. 341, 34): *praestabit itaque divina misericordia, ut, tumultibus temporis huius vel necessitatibus aut deletis in perpetuum aut parumper oppressis, citius fructus nos faciat de nostra capere praesentia.*

Ecclesiam S. Augustini Lemovicensem a Ruricio factam esse testis est Fortunatus IV, 5, 11:

tempore quisque suo fundans pia templa patroni
iste (Ruricius senior) *Augustini, condidit ille* (iunior) *Petri.*

Huius rei fama ad Bernardum Guidonis scriptorem saec. XIV duravit, qui in libello de ordinibus Grandimontensi et Artigiae inter cetera de Ruricio nostro haec scripsit (Labbe, Nova Bibl. Mss. II, p. 277): *Sanctus Roricius XXIV episcopus a S. Martiale creditur locum supra Vigennam fluvium, ubi commune coemeterium erat, in honore S. Augustini episcopi dedicasse et instituisse ibidem sub S. Augustini regula canonicos regulares et plures capellas*, nescius hanc S. Augustini regulam saeculo XIII vetustiorem vix esse. Columnas aedificandi causa a Claro episcopo Elusano sibi ministratas esse Ruricius scribit his verbis: *De columnis gratias ago et, sicut iussistis, quia modo propter imminentem hiemem vehicula illo dirigere non possum, post sanctum pascha propitia divinitate transmittam. de minoribus vero, sicut verbo mandastis, si inveniri possunt, mihi vel decem necessarias esse significo* (p. 350, 7).

Ruricius corpore invalido fuit. Cum Eufrasius episcopus morbo eum laborare cognovisset, litteras de statu eius ad eum dedit (FA. XI); respondit is satis se tribulatum antea iam commodiorem esse (R. II 22). Alibi cum ipse fortior esset, omne hospitiolum scribit diversis infirmitatibus laborare (p. 340, 1). Huc adde senectutis imbecillitatem. *Imminente*, inquit, *iam praesentis aevi termino et senii die usque quaque vicino, sicut nos etiam docet caesaries detonsa* (p. 327, 12). Itaque fessus Caesarium Burdigalae adiit (p. 336, 24), infirmitate 'consuetudinaria' prohibitus neque Agathensi synodo interfuit (p. 336, 23) neque Tolosae Sedatum amicum convenire potuit: *nos*, inquit, *tenuitate exesi corporis impedimur, ... me etiam proprii et duo* (pedes scil.) *sustinere prae defectione vix possunt* (p. 338, 15). His de causis veri simile est eum non

multo post a. 507 diem obiisse extremum. In obituario S. Martialis circa a. 1300 incepto *Rorico episcopus* XV Kal. Nov. celebratur; cf. Leroux, Molinier, Thomas, *Docum. historiques concernant La Marche et le Limousin.* Lemov. 1883, I, p. 77. Saeculo XIV ineunte eius reliquias in ecclesia quam ipse aedificavit S. Augustini asservatas esse testis est Bernardus Guidonis (Labbe l. c. p. 277): *In eo monasterio* (S. Augustini Lemovicensi) *viginti octo episcopi tumulati dicuntur, quorum tumuli duodecim discernuntur, et duorum sanctorum episcoporum Roricii et Asclipii corpora in capsa supra maius altare cum S. Flavia virgine et martyre.* Ruriciorum epitaphium Fortunatus composuit hocce (carm. IV, 5):

Epitaphium Ruriciorum episcoporum civitatis Limovecinae.

Invida mors, rabido quamvis miniteris hiatu,
non tamen in sanctis iura tenere vales.
nam postquam remeans domuit fera Tartara Christus,
iustorum meritis sub pede victa iaces.
hic sacra pontificum toto radiantia mundo
membra sepulchra tegunt, spiritus astra colit.
Ruricii gemini flores, quibus Aniciorum
iuncta parentali culmine Roma fuit,
actu mente gradu spe nomine sanguine nexi
exultant pariter hinc avus, inde nepus.
tempore quisque suo fundans pia templa patroni
iste Augustini, condidit ille Petri.
hic probus, ille pius, hic serius, ille serenus,
certantes pariter quis cui maior erit,
plurima pauperibus tribuentes divite censu
misere ad caelos quas sequerentur opes.
quos spargente manu redimentes crimina mundi
inter apostolicos credimus esse choros.
felices qui sic de nobilitate fugaci
mercati in caelis iura senatus habent!

Votorum quae ei Sidonius fecerat horum (C. XI, 131):

feliciter aevum
ducite concordes; sint nati sintque nepotes;
cernat et in proavo sibimet quod pronepos optet,

compos factus est Ruricius. De liberis eius supra egi; restant nepotes. Ad Parthenium et Papianillam dulcissimos nepotes suos Ruricius litteras dedit R. II 37, postquam eum inviserunt. Eundem Parthenium Caesario Arelatensi commendavit (p. 339, 12). Papianilla autem femina videtur esse, quae Agricolam avum fecit, Ruricium proavum (p. 336, 10). Quam cum Ruricius illi ita commendet, ut quo eam susceperit affectu, semper foveat indultu (p. 336, 8), sequitur eam nurum fuisse Agricolae, Parthenium Agricolae filium ex filia Ruricii genitum (p. 336, 10). Nepotes ii funestissimo exitu vitam finiverunt. Papianillam enim una cum Ausanio amico suo Parthenius interfecit; ipse Francis exosus a. 548 lapidibus obrutus est. Haec sic narrantur a Gregorio Tur. hist. Fr. III, 36: *Franci,* inquit, *cum Parthenium in odio magno haberent, pro eo quod eis tributa antedicti regis* (Theodoberti scil.) *tempore inflixisset, eum persequi coeperunt. Ille vero in periculum se positum cernens confugium ab urbe facit ac duobus episcopis suppliciter exorat, ut eum ad urbem Treverecam deducentes populi saevientes seditionem suam praedicatione conpraemerent. Quibus euntibus, nocte, dum in strato suo decumberet, subito per somnium vocem magnam emittit, dicens: Heu! heu! succurrite qui adestis et auxilium*

ferte pereunte. A quo clamore expergefacti qui aderant interrogant quid hoc esset. Respondit ille: Ausanius amicus meus cum Papianilla coniuge, quos olim interfeci, ad iudicium me arcessibant dicentes: Veni ad respondendum, quia causaturus es nobiscum coram Domino. Zelo enim ductus ante annos aliquos coniugem innocentem amicumque perimerat. Igitur accedentibus episcopis ad antedictam urbem, cum strepentes populi seditionem ferre non possint, eum in eclesia abdire voluerunt, scilicet ponentes eum in arca et desuper sternentis vestimenta, quae erant ad usum aeclesiae. Populus autem ingressus perscrutatusque universus eclesiae angulos, cum nihil repperissent, frendens egrediebatur. Tunc unus ex suspicione locutus ait: En arcam, in qua non est inquisitus adversarius noster. Dicentibus vero costodibus nihil in ea aliud nisi ornamenta eclesiae contenere, illi clavem postolant aientes: Nisi reseraveritis velocius, ipsi eam sponte confringemus. Denique, reserata arca, amotis lintiaminibus, inventum extrahunt plaudentes atque dicentes: Tradidit Deus inimicum nostrum in manibus nostris. Tunc caedentes eum pugnis sputisque perurguentes, vinctis postergum manibus, ad colomnam lapidibus obruerunt. Fuit autem in cibis valde vorax, sed quae sumebat, quo caelerius ad manducandum commoveretur, sumpto aloe, velociter digerebat; sed et strepidus ventris absque ulla auditorum reverentia in publico emittebat. Hoc ergo exitu consummatus interiit. Alter Ruricii nepos aviti et nominis et episcopatus heres teste Fortunato S. Petri ecclesiam condidit. Anno 535 concilio Arvernensi, a. 541 Aurelianensi IV interfuit; a. 549 Aurelianensi V Bantaredus archidiaconus pro eo subscripsit. Cuius filius Ruricius iunior fuerit, non constat.

Ruriciorum stemma delineavi hocce:



De argumento epistularum, quae ad vitam Ruricii explicandam non pertinent, pauca addam. Pleraeque 'officii paginae' (p. 273, 23) sunt, ut Sedati FA. X, vel commendaticiae, sive Ruricio homines laborantes commendabantur, ut a Fausto FA. IV is *qui in Lugdunensi pertulit captivitatem* (p. 270, 13), FA. V Florentius presbyter (p. 270, 38), alius a Victorino FA. VII, sive ipse amicis tales commendavit, quales sunt Ulfila (p. 316, 30), Ursus et Lupicinus (p. 321, 20), Baxo (p. 329, 23), Magnus (p. 344, 13), Maxentius presbyter (p. 347, 17), ut eos adiuvarent veniamque peccantibus darent. Curam egit, ut homines Censorii episcopi et a custodia liberarentur et porcos amissos reciperent (p. 345, 24). Celso vitrearium (p. 307, 6), pictorem Cerauniae (p. 323, 32) tradidit. Equum praeter Sedatum etiam Celsus a Ruricio accepit (p. 307, 39). In aliis epistulis de codicibus transmittendis vel transmissis agitur. Taurentius FA. VIII librum Augustini de civitate dei chartaceum legendum atque transcribendum (p. 272, 37) Ruricio obtulit isque, ut librum, sicut promiserat, celeriter mitteret, rogavit (R. II 17, p. 327, 35). Ei Bassulus episcopus libros praestiterat FA. VII (p. 304, 12), ipse Nepotiano presbytero codicem Hilarii Pictaviensis episcopi aliumque transmisit FA. VI, Fredae vero abietum plantas (p. 306, 13). Permultae epistulae coquinam sapiunt. Constantio filio, qui patri aves dederat, tergus aprunum remisit: *ut*, inquit, *dum nos volatilia quae transmisisti deliciamur, tu bipede de quadrupede facto satieris* (R. II 43). 'Doranoniae spolia' Hispanus (p. 343, 3), Rusticus 'piscationis in Visera delicias' (p. 346, 27) ei

ministravit. 'Novitate holerum', quae ei magnopere placebant, Leontius eum delectavit (p. 342, 4). Ipse Ambrosio episcopo 'legumina marina' (p. 342, 28), Vittamero pira transmisit (p. 349, 11).

De Ruricii elocutione Sidonius qua erat comitate in epistula ad ipsum data (VIII, 10) ita iudicavit: *nam*, inquit, *stilum vestrum quanta comitetur vel flamma sensuum vel unda sermonum, liberius assererem, nisi, dum me laudare non parum studes, laudari plurimum te vetares.* Ruricius ipse quamquam sermonem suum rusticum esse saepe confessus est (cf. p. 302, 17. 328, 26. 339, 30. 341, 28) litterasque quas scripsit ab amicis vel abscondi (p. 302, 30. 306, 19) vel emendari (p. 341, 31) vel etiam deleri (p. 328, 20) iussit, nemo non perspicit eum eo tantum consilio talia scripsisse, ut amici sermonis elegantiam eo magis laudibus extollerent. Sedato versus misit hendecasyllabos R. II 19. Vix alius quas acceperat litteras suasque proprias tam impudenti modo compilavit quam hic qualiscumque est scriptor. Exempli gratia epistula R. II 52 fere tota ex alienis consarcinata est. Sed quae eam in G sequitur ad Praesidium data cum ad verbum cum R. II 12 concordet, librarii errore repetitam existimo, nam ne Ruricius quidem eandem epistulam ad eundem bis misit. Etiam Severi quae dicitur epistula de ultimo iudicio Ruricium usum esse Baluzius, Miscellaneorum liber I. Paris. 1678, Praef. contendit: *Solebat enim Ruricius sese meliorum auctorum lectione oblectare et eorum verba sua facere, ut multis exemplis ostendi posset.*

Epistulae Ruricii in ordinem chronologicum digestae non sunt, nam R. II 49—64 ante a. 496 scriptae illas quae de synodis a. 506 et 507 datae sunt sequuntur. Subieci laterculum, quo continentur quae epistulae Fausti, Ruricii aliorumque simul editae prae se ferunt et temporum et locorum indicia.

FA. II scr. Faustus exul (p. 267, 3).
FA. IV scr. Faustus ad Ruricium episcopum.
FA. V scr. Faustus in patriam reversus (p. 270, 25) ad Ruricium episcopum.
FA. VI scr. ad Ruricium nondum episcopum.
FA. VII—XIII scr. ad Ruricium episcopum.
FA. IX scr. Sedatus Tolosae (p. 273, 11) a. 507.
FA. XI scr. Eufrasius episcopus Arvernus a. 491—515 ex.
FA. XII scr. Caesarius tempore synodi Agathensis a. 506.
FA. XIII scr. Sedatus c. a. 507 tempore synodi Tolosanae (Ruricio II 35 respondet).
FA. XVI scr. Faustus exul Leontio (p. 282, 26) Arelatensi vivo (ante a. 494 obiit).
FA. XVIII scr. Faustus ad Lucidum } ante a. 475, ante quem Crocus
FA. XIX scr. Lucidus ad episcopos Gallos } (p. 290, 12) in exilium missus est.
FA. XX scr. Faustus ante Claudianum c. a. 470 de statu animae disserentem.
R. I 2 scr. Ruricius Fausto exulante (p. 301, 13).
R. I 7 scr. Ruricius Gurdone (p. 304, 15).
R. I 8. 9 scr. Ruricius ad Sidonium episcopum a. 469/70—479.
R. I 14 scr. Ruricius Gurdone (p. 308, 4, cf. p. 304, 15).
R. I 15 scr. Ruricius, cum Leontio (p. 308, 11) Aeonius Arelatensis ante a. 494 successit.
R. I 16 scr. Ruricius ad Sidonium ante a. 479.
R. I 17. 18 et R II, 6 ad finem libri (?) scr. Ruricius episcopus factus.
R. II 6 scr. Ruricius ad Chronopium pro dioecesi Gemiliacensi (p. 316, 19).
R. II 8. 9. 16 scr. Ruricius ad Aeonium Arelatensem ante a. 502.
R. II 22. 29 scr. Ruricius ad Eufrasium episcopum Arvernum a. 491—515 ex.
R. II 23 scr. Ruricius ad Verum episcopum Turonensem a. 496—507.
R. II 31 scr. Ruricius de civitatis (Arelatensis a. 502?) ordinatione (p. 335, 7).
R. II 33 respondet Ruricius Caesarii epistulae FA. XII a. 506 scriptae.

R. II 35 respondet Ruricius Sedati epistulae FA. IX a. 507 scriptae.
R. II 36 scr. Ruricius ad Caesarium episcopum Arelatensem a. 502—542.
R. II 41 *tumultus temporis vel necessitates* (p. 341, 35) a. 507?
R. II 49. 54—57 scr. Ruricius ad Aprunculum episcopum Arvernum a. 479—491.
R. II 61 scr. Ruricius ad Namatium, cum R. II 15 ad Cerauniam dedit, iam defunctum (p. 326, 7).
R. II 62 scr. Ruricius *de Decaniaco* (p. 349, 26).
R. II 64 scr. Ruricius ad Volusianum episcopum Turonensem a. 488—496.

De codicibus et editionibus epistularum tam Fausti quam Ruricii iam disputabimus.

Codex Sangallensis[1]) n. 190, membranaceus saec. IX, paginarum 356, a compluribus librariis scriptus[2]) emendatusque, quae contineat, Stephanus Baluzius in schedula tegumento interiori agglutinata accurate descripsit. P. 1 olim vacuam relictam benedictio quaedam apium iam occupat p. 37 repetita[3]). Sequitur p. 2 vetustus index descriptus ex exemplari huius ipsius archetypo: quem subieci, cum aliquanti momenti sit: G

HIC CODEX LANDONI UEDE Leobo[4]) *abbat. continet adsumptionem sancti . .*[a]) *Iohannis evangelistae* (p. 4—25)[5]).
Relationem sancti Esydori de eodem evangelista (p. 25—27).
* * * \

Al. Sidonii ad Papianillam.
Alias Sidonii ad Lupum episcopum[a]) *V.*
Alia Sidonii ad Censorium.
Al. Sidonii ad Pacientem.
Alia Sidonii ad Mamertum.
Alia Sidonii ad Agroecium episcopum.
Alia Sidonii ad Sulpicium.
Alia Sidonii ad Ruricium.
Alia Sidonii ad Gothum.
Al. Sidonii ad Principium episcopum.
Alia Sidonii ad Remegium episcopum[a]).
Alia Sidonii ad Faustum episcopum[a]).
Alia Sidonii ad Heresium].
Habet in sequenti epistularum libros II domni Ruricii episcopi (p. 132—277).
Deinde epistularum librum unum domni Desiderii episcopi (p. 278—300).
Item epistulas diversorum ad eundem domnum Desiderium (p. 300—328).
Exemplar[b]) *epistulae Lucidi presbyteri* (p. 328—332).
De confessione vere fidei et ostentatione sacrae communis[c]) (p. 332—348).
Epistula Evantis abbatis contra eos qui sanguinem non edunt (348—353).
Epistula Augustini ad Ianuarium (p. 353—357).

Index hic et quod superest exemplum eo potissimum differunt, quod omnes quas uncinis inclusimus Sidonii epistulae in hoc desiderantur. Quae epistulam truncam Sedati ad Ruricium p. 128—130 (infra FA. XIII, p. 275) in textu excipiunt verba sunt epistulae Sidonianae II 1 (infra p. 21, 5 — p. 22, 2). Varia lectio inde relata est in huius editionis additamenta. Inter epistulam Sedati et fragmentum Sidonianum plus unum folium vix excidit; post fragmentum autem, cum, tot quot in indice recensentur epistulis Sidonianis praetermissis, Ruricianas librarius Sangallensis descripserit, complures quaterniones desiderantur. Utrumque hiatum non Sangallensis liber subiit, sed archetypus, et minorem ante maiorem; nam folium unum deperditum ne is quidem vidit qui indicem composuit[1]). Archetypus codex lacer admodum fuerit necesse est et perturbatus. Epistulam enim Fausti ad Lucidum datam, quae p. 48 in verbis *aut agnoscas aut respuas* (infra p. 290, 6) desinit, p. 49 sequuntur haec ab alio librario scripta: *Sin istud illis debetur iniungi, qui habentes intra se fontem eloquentie. Unde quicquid illis iniungitur, carmine inriguo copiosius explicatur. Verum econtra quicumque angustę intellegentię est nec habet afluentiam eloquii — quod ab aliis queritur ab aliis formidatur.* Locum hunc ex prologo quem Baudonivia Vitae Radegundis praemisit sumptum[2]) Hieronymiana quaedam sequuntur, quae proferre non interest. Clausula autem quae epistulae Fausti ad Lucidum datae subiecta est, verba scilicet: *Item alia manu Faustus exempī epistulę meae religi et subscripī*, epistulas ad Desiderium Cadurcensem datas p. 328 excipit una cum toto Lucidi responso. In exemplari igitur, ex quo Sangallensis originem traxit, unus duove quaterniones suo loco moti codici extremo additi sunt. P. 332 libellus precum Marcellini et Fausti (Migne, Patrol. Lat. XIII) sequitur.

Fausti aliquot epistulas et Paulini ad eum hi codices continent.

C Codex Parisinus Lat. n. 12097 (olim Sangermanensis n. 936, Corbeiensis n. 26) saec. VI/VII, fol. 92—93, Paulini FA. XIV epistulam habet; cf. Maassen, *Quellen des canonischen Rechts* I, p. 568. Hanc Theodorus Mommsen v. c. petentibus nobis contulit

---

[a]) *epm.* G. [b]) tribus versibus erasis, quae sequuntur m. coaeva supplevit. [c]) sic G.

[1]) Epistulae Sidonianae quaenam in indice commemorentur, infra p. 275 indicavi. Epistula II, 1 in eo desideratur. [2]) Cf. SS. Rer. Merov. II, p. 377, l. 10—18.

Codex Parisinus Lat. n. 1564 (Colbertinus n. 1863, Regius n. 3887) saec. IX, *P* formae maximae, teste Friderico Maassen, *Quellen des canonischen Rechts* I, p. 608, inter cetera haec continet:

LXX. *Incipit epistola Paulini ad Faustum. Domino patri et patrono Fausto papae Paulinus. Scribere vobis hinc retinet metus* (FA. XIV).

LXXI. *Incipit epistola sancti Fausti ad benedictum Paulinum. Admiranda mihi semper* (FA. XV).

LXXII. *Domino piissimo et specialibus officiis excolendo, ut confido, in aeternum fratre et per omnia domno Felici Faustus. Magnum pietatis* (FA. XVI).

LXXIII. *Domino sancto et in Christo devinctissimo fratre Grego diaēn Faustus. Honoratus officio tuo* (FA. XVII).

Has epistulas A. Schoene v. c. contulit.

Cum saeculo IX med. Gothescalci praedestinatiani causa tractaretur, refutaturi *H* eum ad Lucidi decessoris eius historiam recurrerunt. *Ut manifestum fiat, quia quaedam isti moderni praedestinatiani dicunt, quae et veteres haeretici ante dixerunt,* integras Fausti Lucidique epistulas FA. XVIII. XIX codice optimo usus Hincmarus dissertationi posteriori de praedestinatione dei et libero arbitrio adversus Gothescalcum et ceteros praedestinatianos (Migne, Patrol. Lat. CXXV, p. 79) inseruit, praemissis his: *Ad cuius* (scil. Caelestini papae) *iussionem praedicti Galliarum episcopi synodum habuerunt et huiusmodi prave sentientes aut resipiscentes pietate ecclesiastica regulariter receperunt aut in sua vecordia et pravis sensibus persistentes episcopali atque catholica et apostolica auctoritate a consortio fidelium segregaverunt, sicut epistula amicalis Fausti ad Lucidum presbyterum et libellus eiusdem presbyteri Lucidi in synodo porrectus episcopis aperte demonstrat: quae utraque, et epistulam scilicet et correctionis libellum, ad demonstrandum rei evidens documentum, quia non quaerimus de mendacio astruere veritatem, hic inserere necessarium duximus.* Caelestinum papam aequalem Lucidi fecit Hincmarus errore; scripsit quidem ille contra praedestinatianos, sed multo ante Lucidum haereticum. Praeterea Hincmarus locum epistulae FA. XIV e codice P simili (Migne CXXV, p. 372) attulit, haec de Fausto praefatus: *Unde ad Faustum, (cuius opuscula inter apocrypha apostolica sedes deputare curavit, quoniam cum aliis malesanae doctrinae zizaniis etiam de ultima paenitentia prave disseminavit, sicut scripta eius demonstrant, quae sanctus Caelestinus ad episcopos Gallicanos scribens redarguit, ut in eius decretali scriptum invenitur epistula), quidam Paulinus ita scribit.*

Posterior epistulae FA. XX pars inde a verbis *praecipis ut respondeam* codicibus *M* Claudiani Mamerti praefixa est neque tamen a scriptore ipso, quem constat legisse integram epistulam, prout in G exstat. Mamerti codices, e quibus optimus est Lipsiensis n. 286, saec. XI, nonnumquam solus cum G concordans, habent quae is omittit et e contrario, ut utrumque librorum genus sese invicem expleat. Ad nostram rem quae faciunt Mamertina sumpsi ex editione Mamerti Engelbrechtiana.

Ex his epistulis princeps FA. XX lucem vidit, sed principio destituta, qualem codices Claudiani Mamerti praebebant. Primum Basileae anno 1520, p. 25—31 in editione Claudiani a Petro Mosellano recognita, novissime in Corpore scriptorum ecclesiasticorum Latinorum Vindobonensi inter Claudiani opera p. 3—17 ab Augusto Engelbrecht a. 1885 recensita prodiit. Hic eam integram dedit ex codice G nonnullis locis minus accurate collato, quos singillatim adnotare nolui.

Ad hanc quattuor quas codex P praebet epistulae accesserunt cura (P. Pithoei), Veterum aliquot Galliae theologorum scripta, Parisiis 1586, fol. 128′—141, FA. XVII. XIV. XV (omissis cum codice extremis p. 282, 5—9). XVI.

Epistulas Fausti Lucidique FA. XVIII. XIX e codice interpolato edidit Baronius, Annales ecclesiastici, Romae 1595, tom. VI, p. 446—447. Epistulam Fausti

FA. XVIII quae excipiunt subscriptiones episcoporum falsas esse Sirmondus, hist. praedestin. c. 7 probavit. Utraque epistula in omnes conciliorum collectiones (e. gr. Mansi, Conc. ampl. coll. Florent. 1762, tom. VII, p. 1007) transiit.

Has Fausti epistulas collegit Margarinus de la Bigne, Sacra bibliotheca sanctorum patrum ed. alt., Parisiis 1589, tom. III, p. 401—410 FA. XIV. XV. XVI. XVII, tom. IV, p. 759—763 FA. XX (trunca), p. 875—879 FA. XVIII cum subscriptionibus, FA. XIX.

Post hoc Henricus Canisius, Antiquae lectionis tomus V, Ingolstadii 1604, p. 425—523 codicem G nactus reliquas Fausti epistulasque Ruricii publici iuris fecit. Ante edita repetere noluit, sed satis habuit conferre cum editione Bigniana.

Canisii editione omnes quae sequuntur innituntur.

Magna bibliotheca veterum patrum. Parisiis 1654, tom. III, p. 347—410 editionem Canisii integram expressit; tom. IV, I, p. 595 posterior FA. XX pars, p. 693—698 FA. XVIII cum subscriptionibus et FA. XIX editae sunt.

Maxima bibliotheca veterum patrum. Lugduni 1677, tom. VIII, p. 523—525 FA. XVIII (cum subscriptionibus) et FA. XIX, p. 547—579 FA. XX. XV—XVII. I—XIII Ruriciique epistulae editae sunt.

Iacobus Basnage, Thesaurus monumentorum ecclesiasticorum et historicorum sive Henrici Canisii lectiones antiquae, Antverpiae 1715, Vol. I, p. 352—407 editionem Canisianam repetivit.

Migne, Patrologiae cursus completus. Series Latina prior. Parisiis 1862, tom. LVIII, p. 67—124 Ruricii epistulas, p. 837—870 Fausti aliorumque typis imprimendas curavit, ordinem secutus eum, qui in Maxima bibliotheca observatus est.

Codex Parisinus Lat. n. 11378, de quo Alfredus Schoene Luetjohannum admonuit, recensionem Ruricii epistularum absolutam continet sub hoc titulo: *Anicii Ruricii Aquitani Lemovicensis Episcopi ac quorundam virorum illustrium ad ipsum Epistolae omnes quae exstant, ex membranis manuscriptis Celeberrimi Monasterii S. Galli apud Helvetios ab Henrico Canisio I. C. olim editae, nunc primum multa cura emendatae, in compluribus locis restitutae, notisque criticis et historicis illustratae. In Gallia et seorsum prodeunt studio et labore* (nomine deleto, m. al. superscripsit): *F. T. L. M. B.* Paginas 1—120 epistulae XCVI, p. 121—188 notae occupant. Praeter Sangallensem nullus codex adhibitus videtur esse. Haec fortasse est epistularum Ruricii recensio Stephani Baluzii, quem constat editionem earum parasse typis non expressam (cf. Agobardi Opera ed. Baluzius, Paris. 1666, notae p. 28).

De hac nova editione haec fere praemonenda sunt. Omnes quas edimus epistulas praeter unam Paulini FA. XIV codex *G* continet neglegenter scriptus, textu adeo depravato, ut sententiam saepe nisi divinando non adsequaris. Nihilominus etiam in iis epistulis quae redeunt in *P* recensendis *G* ducem secuti sumus, cum *P* non solum hoc codice non praestet, verum etiam multo magis corruptus sit et rusticiore scribendi ratione librarium prodat imperitum. Nonnullis locis uterque codex corruptela eadem laborat. Faustus et Ruricius eum eadem verba saepe repetant, his locis inter se comparatis nonnumquam textus emendari potuit. In epistula XIV *C* et aetate et integritate longe eminet.

Orthographia, quae dicitur, codicis *G* saeculo IX scripti auctoribus saeculi quinti obtrudi non debuit. Est enim ea fere quae saeculo IX usitata erat, vestigia tamen quaedam retinens Merowingicae rationis scribendi, quae monachum posteriorem fugerunt. Ego, hac contaminatione reiecta, antiquam scribendi consuetudinem secutus sum. Suppressae in adnotatione discrepantiae orthographicae specimen huic loco reservavi.

ae pro *e:* decl. *carissimae* (voc.), *elinguae* (fere), *iurae* (saepe), *speciae;* adv. *inlicitae, oportunae, perfectae, sincerae; faetida, glębarium, paenitus* (semper). *praeciosus* (saepe), *ideoquae, quaequae, semperquae, suiquę, quaerilla.* — *e* pro *ae:* saepissime, praecipue in decl. I et in compositis *pre-.* — *b* pro *p: obtimus* (saepe), *transcribtum.* — *p* pro *b: papulis.* — *v* pro *b: acervus* (saepe), *acervissimum, culpavilem, inluminavit* (fut.). — *c* male addita : *dictans;* omissa : *olfatui.* — *c* pro *qu : secuntur.* — *ci* pro *ti: conpaciuntur, diucius, excusacioni, hospiciolum, incuciat, inracionabilis, inputacionis, Leoncio, modolacior, Namacio, negociatoris, Nepociano, ociosus* (fere), *paciens* (saepe), *pacientiam, peticioni, planiciem, pollicitacio* (saepe), *porcio* (saepe), *preciosa* (fere), *praeciosissimum, pronuncio, recordacionis, ructacionibus, saciare, sacietatem* (saepe), *sencio.* — *ti* pro *ci: aditiam, benefitium, constium, conspitio, iuditium* (semper), *mendatii, offitium* (semper). — *d* pro *t: nequid* (saepe). — *d* male addita : *quod fit* (saepe); omissa : *quo aeternum.* — *e* pro *i:* decl. gen. *antestites, fratres, venerabiles;* dat. *fratre, remissione;* coniug. *requiret, deposcemus, tribuetur, vincerem (= vincirem), voluemus, habueret;* compos. *excederamus, recepit, perdedi, dilegere* (saepe), *corregitis, possedeam, praesteterimus; antestiti, antestitis, delectorum* (= *delict.*), *deferte* (= *diff.*), *demiserimus, delictio, deserta, discessa, destractis, mescebam, pereclitetur, respecitis, stereli* (fere), *sterelitate.* — *i* pro *e:* decl. pl. *discendentis, ferentis, iuvenis, omnis, orationis, pretendentis;* coniug. *destinaris, contristimini, dignimini, pendit, praefulgit, exhibite, crederis, diceris, ostenderis, promitteris, intellegeritis, contingis, agnoscit, dimittit, perducit, tribuit, dimittitur, possit, vellim;* compos. *praeciperatis, redimit, proficerit, eligeritis, eligisse, possiderunt; calciamenta, diligatur* (= *deleg.*), *dilicatos, diliciae* (fere), *dimergat, dimersum, discendit, discendisse, discribere, dispicis* (saepe), *dispectui, disperatione, distinare* (semper), *divinctissimus* (saepe), *diocisi, discritione,* -edo *dulcido* (saepe), *putridinem,* -ella *medillam, quaerilla,* -escere *clariscere, dulciscat, erubiscitis, tumiscunt; Hirculi, milius, miminisse, pinnis, scabillum, signiores, signitiae, timerariae, vinditis, vinderet.* — *f* pro *ph: orfanorum.* — *g* pro *c: fugata* (saepe). — geminatio male admissa : *hii* (saepe), *abstullisse, Babilloniis, Babylloniorum, mallo, mallunt, mallui, malluit, malluerim, malluerat, vellim, vellis, vellitis, ammicitiae, ammisit, summenda, consummendo, praesummo* (saepe), *praesummatis, ennarrare, rennuit, interrisse, dissertissimis;* geminatio male omissa : decl. *fili, nunti, propri, vicari, fructum; acusem, dificilior, inbecilis, subsanat, apetitores, oportunus* (saepe), *commitimur.* — *h* male addita : *heremus* (semper). — *h* male omissa : *adesit, armonia, aut* (= *haud*), *tronus;* transposita : *sthomacus.* — *i* omissa : *domnus* saepe in titulis (inde a pag. 281 in textum admisi. *Dominus* = *deus* semper per compendium *dn̄s* scriptum est). — *i* pro *y : collirio.* — *y* pro *i : cybus* (fere), *cynerem, Hyerusalem, paradysus* (saepe). — *k* pro *c : karissimus* (fere). — *l* pro *r : ligore.* — *r* pro *l : fructuantem.* — *n* male inserta : *discendere* (saepe), *discensi, elonquentia, incendentia, instingat, occansionibus, relinquisse.* — *n* omissa : *devixerat.* — *o* pro *u:* decl. *cruciatos, vultos; baioli, domosa, epistola* (saepe). *inpolit, inpotetis, iocundus* (saepe), *iocunditate, modolacior, podoris, ramuscolo.* — *u* pro *o:* decl. acc. *bonus, constrictus, oblatus, positus;* nom. *custus; cognusco, cognuscite, curam, flusculos, hiruinam* (= *ironiam*), *prudente, prumta, prumtior.* — *p* male inserta : *dampnatione, dampnatura.* — *p* male omissa : *comta, contemtus* (saepe), *incomcior, presumsi, presumsimus, presumsisse* (saepe), *prumta, prumtior.* De praepositionibus assimilatis vel non assimilatis consonanti haec fere dicenda sunt. *Ad* ante *m, n, q, sc* (excepto *ascendere*), *st* non assimilavi; in *G* vero *ad* etiam ante *se, si, su* nonnumquam servata est: *adsensum* (saepe), *adsequi, adsertore, adsiduus* (fere), *adsiduitate, adsignat, adsistat, adsurgimus,* et ante *t* : *adtactu, adtentius, adtingere, adtollit.* — *Con* ante *l, m, p* assimilavi; in *G* vero scripta sunt: *conlabentis, conlapsa, conlatae, conlationem, conlidat, conligatum, conlocutione, conloquium* (saepe); *conmendantes; conp-* (fere). — Post *ex* littera *s* in *G* omissa est: *exilium, expectare*

Digitized by Google

(saepe), *extinguerct, exultare* (saepe). Hanc restitui. — *In* ante *l* non assimilavi. In *G* etiam ante *b* (raro), *m, p, r* (nonnumquam) *in* servatur: *inbecilis, inmaturus, inmemor* (semper), *inminente, inmortalitas* (saepe), *inmunditiae, inpeditam, inp-* (fere), *inracionabilis, inrigastis.* — *Op-* et *Sup-* ante p scripsi, at G : *obproprium, subpresseris.*

In codice *G* epistulae Fausti ad diversos praecedunt eas quae ad Ruricium datae sunt. Mihi vero persuasum est huius corporis auctorem epistulis a Ruricio compositis nullas praemisisse nisi a Fausto aliisque ad Ruricium datas, ex alio autem codice Fausti quas ad diversos dedit Lucidique epistulas iis locis insertas esse, qui vacui superessent. Quam ob rem pleraeque in ipso principio collocatae sunt, duae [1]) vero inter epistulas Eufrasii et Caesarii ad Ruricium datas interpositae. In hanc autem opinionem id potissimum me duxit, quod in Sangallensi epistulae ad Ruricium datae a tertia ad undecimam numeris III—XI distinctae sunt, nulla ratione habita scriptarum a Fausto ad diversos. Epistulam XI Eufrasii ad Ruricium sequuntur duae quas commemoravi Fausti epistulae, quarum prior etiam numerum fert XII; carent numeris et sequens Fausti et eae quas Caesarius Sedatusque ad Ruricium dederunt. Duo epistularum corpora in *G* coiisse, etiam ex numeris quaternionum intellegitur: nam primus fasciculus p. 17 *qr. I.* signatus est, ab eo autem qui paginas 50—65 complectitur iterum numeratio incipit ab I, pergens deinde continuo ordine ad XVII (p. 317). Quae cum ita sint primum locum dedi corpori epistularum quas diversi ad Ruricium scripserunt, secundum Fausti epistulis ad diversos datis. Has autem ita disposui, ut quae in Parisiensi quoque codice servatae sunt praemitterem.

Denique Theodoro Mommsen grati animi sensum testatum esse volo, qui quam callet emendandi artem textui restituendo liberaliter adhibuit. Ruricii epistulas etiam Luetjohann perlustraverat quaeque sibi in mentem venerant coniecturas adnotaverat.

Berolini mense Sept. 1886.

Bruno Krusch.

---

[1]) In indice altera desideratur.

Digitized by Google

EMENDANDA ET ADDENDA.

p. 2,22 *seq. Rahewinus praepositus Frisingensis, qui a. 1160 gesta Friderici I imperatoris ab Ottone episcopo Frisingensi inchoata absolvit, in extremo opere (l. IVc. 86; ed. Waitz) haec ad imperatorem suum rettulit ita*: Divus Augustus Fridericus, ut 'de Theoderico' quidam scribit, et moribus et forma talis est, ut 'et illis dignus' sit 'agnosci, qui eum minus familiariter intuentur: ita personam 'suam deus arbiter et ratio naturae consummatae felicitatis dote sociata cumularunt. Moribus 'huiuscemodi, ut laudibus eorum nichil, ne' imperii 'quidem fraudet invidia. Forma corporis' decenter 'exacta, statura longissimis brevior, procerior eminentiorque mediocribus.' Flava 'caesaries, paululum a vertice frontis crispata. Aures' vix 'superiacentibus crinibus operiuntur, tonsore' pro reverentia imperii pilos capitis et genarum 'assidua' succisione curtante. Orbes oculorum acuti et perspicaces, 'nasus venustus', barba subrufa, 'labra subtilia nec dilatati oris 'angulis ampliata' totaque facies laeta et hilaris. Dentium series ordinata niveum colorem repraesentant. 'Gutturis et colli, non obesi, sed' parumper 'succulenti, lactea cutis et quae 'iuvenili rubore suffundatur, eumque illi crebro colorem non ira, sed verecundia facit. Humeri' paulisper prominentes. 'In succinctis ilibus vigor. Crura suris fulta turgentibus' honorabilia et bene mascula. Incessus firmus et constans, vox clara totaque corporis habitudo virilis. *Extrema haec adsumpsit ex Einhardi vita Caroli magni (c. 22). — Attuli haec propterea quod verba:* si casu dentium series ordinata praemineat, niveum protinus repraesentat ipse colorem *reperta ex nostris in uno codice non optimo Paris.* 9551 *(F) saec. XII exeuntis (eadem receperunt Wowerenus 'ex ms.' et Savaro reperta, ut hic ait, et apud Rahewinum et 'ex Amar. et Pith. mss.') et nequaquam Sidoniana apud Rahewinum redeunt, aut, id quod coniecit Gustafson (de Apollinari Sidonio emendando p. 3), ex Rahewinianis in Sidonianos libros aliquot translata aut, quod magis crediderim, cum tenor magnopere differat, deprompta a Rahewino ex Sidoniano exemplari Parisini illius simili.*

p. 21, 5—22,7 *adsunt in codice Sangallensi (G) n.* 190 *p.* 130—132 *eo, ex quo infra editae sunt epistulae Fausti et Ruricii; vide quae Kruschius de eo volumine exposuit praef. p.* LXIX *sq. Archetypum eius aliquot habuit epistulas Sidonianas, sed inde in exemplum superstes non transiit nisi index (editus in praef. p.* LXIX *sq.; cf. infra p.* 275,16 *cum corr.) et pars extrema epistulae primae libri secundi. Varia lectio loci superstitis haec est.*

p. 21, 5 quippe] quique
6 iste] ipse
7 fortunasque
ibi *etiam G*
8 hic *om.*
9 aperiri] aperire
exigit] exegit (*in margine*: ego autem in domino)
10 calomniatur
11 furta uel] futurae G^1, futura uel G^2
punire uel facere] facere uel punire
13 initiatus] *sic* G^1, initiatis G^2
15 accipit] accepit
concilio] consilio
17 hostibus] hospitibus
altaria] alto G^1
reis] risis *in mg. adn.* G^2
17 carceres clericis] carceris clericos

p. 22, 1 Romanis] roma G^1
conludens] concludens *ut vid.* G^1, conlaudans G^2
nummerariis
2 que *om.*
3 incide te] incidite
4 palpetantium
5 praesole
republica vires] replicaueris
6 Anthemii principis] ante * principes

p. 21,14 *affert hunc locum Gregorius hist. Franc.* 4,12 : quibus et a quibus, ut Sollius noster ait, nec dabat pretia contemnens nec accipiebat instrumenta desperans.

p. 28,15 vestr] vestri
18 expert] experti

p. 40 *adn. v.* 4 *ante* ṭuam M^1 *deest* 5

p. 54,24 Terentius] *scr.* Reatinus; *v. praef.* p. XXXVIII

p. 69,23 seq. *Sylloge epigrammatum expositorum olim Turonis in basilica S. Martini (egit de ea I. B. Rossius, inscr. christ. urbis Romae 2 p. 186) confecta, ut videtur, ante eius basilicae incendium a. 558 adhibitaque iam a Gregorio Turonensi hist. Franc. 2,14 (cf. ibidem 1,48 et de virt. Martini 1,3) inter alia hoc quoque epigramma continet sub praescriptione* item in apsida *una cum titulo memoriae solito more pedestri oratione carmini subiecto. Ediderunt cum reliquis carminibus illis multi, in his Eckhardt (cod. mss. Quedlinburgenses, Quedlinburgi 1723 p. 75) et le Blant (inscriptions chrétiennes de la Gaule vol. I p. 241 n. 181). Itaque cum carmen traditum habeamus et ab auctore in epistulas relatum et ex lapide exceptum, placuit adscribere variam lectionem corporis Turonensis codicum quattuor praestantissimorum saec. noni omnium, scilicet Quedlinburgensis = Q (quem ipse inspexi), Parisinorum duorum lat. 18312 f. 117 = P et 10848 f. 97 = R (quos duos libros a me rogatus contulit Omont Parisinus), Vaticani Palatini 845 f. 66 = V (contulit Reitzenstein).*

v. 1 *post* corpus *ins.* hic conditum *QP (ubi expuncta sunt haec) RV*
3 texerat] atexerat V^1
5 podore *QP*
6 magni *R*
7 antistis *Q*, antestis *PRV*
12 spatiis] spauis *V*
edis *QPRV*
13 quae] qui *QPRV*
salamoniaco] *V*, salomoniaco *QPR*
potis est] potes *QPV*
15 si] sic *QPRV*
16 transgreditus *R*
17 libor *QPV*
18 rosteritas *(sic) Q*
subscr. item incipit depositio sci Martini III idus Novembris pausavit in pace dni nocte media finit. *Omittit subscr. R; collatum non habui V*

p. 71, 8 epistula Sidonii ad Asperum *index G (cf. ad.* 21,5)

p. 81, 2 *Quod ad Syagrium ex Germano studiis Vergilianis et Ciceronianis factum Romanum litterator Romanus scribit eum* novum falconem prorupisse de harilao vetere, *aperte adludit ad aucupium ea aetate in Gallia usitatum adiutore accipitre vel falcone. Requiritur igitur vocabulum aliquod aptum falconi nondum domito et rudi et si fieri potest vocabulum Germanicum. Ad id ipsum ducit forma vocabuli, quod cur corruptum credatur causa nulla est, non absimilis eorum quae sunt Hariobaudus, Charietto, Charibertus, Charimundus, similia. Ipsum quod fuerit, viderint linguae nostrae incunabula qui callent; hoc addo falconem teste Servio ad Aen. 10,145 lingua, ut ait, Tusca appellari* capym, *item passim apud auctores medii aevi dici* capum. *Exempli causa auctor saec. VIII Theodulfus l. 4 carm. 8 sic scribit:* quattuor accipitres veniunt hinc, quattuor illinc, quattuor et totidem parte ab utraque capi: primo hi congressu perimunt se hinc inde vicissim, accipitrem accipiter seu capus ipse capum. *Cf. de artis falconariae originibus Hehn Kulturpflanzen* [3] *p. 327 seq.*

p. 89,23 *adn. delendum* 'namque *scripsi*'
24 *spatium inter 'recte' et* vix *neglectum*

p. 104,20 *affert hunc locum Gregorius in libro de virtutibus S. Iuliani c. 2 sic*: praebet huic operi testimonium Sollius noster ipsi Mamerto scribens his verbis: 'tibi soli concessa est in partes orbis occidui martyris Ferreoli solida translatio adiecto nostri capite Iuliani, unde pro conpensatione deposcimus, ut nobis inde veniat pars patrocinii, quia vobis hinc rediit pars patroni'.

p. 106, 9 Miletiae *retinendum; cf. ind. loc.*

p. 108,21 *epistulam hanc laudat Gregorius hist. Franc.* 2,25

p. 110,12 *del. comma post* cruciat

p. 115,23 evangelista] euangelista

l. VII *ep.* 10 *collocant post ep.* 11 *LMTFP, inverso ordine C: invertendae igitur* (*v. praef. p.* LII)

l. VIII *ep.* 1. 2 *hoc ordine C, inverso FP; extra ordinem inter supplementa M*

p. 131, 3 *scr.* Asturius

p. 132, 6 et si quidem solis] etsi quietem solvis *Leo* (*v. praef. p.* XXVI)

p. 148, 7 *adn.* zotheculas *etiam L*

p. 149,12 *adn. ad* potest *addendum 'prius'*

p. 151,19 *adn. delendum* 'frangor angoribus *Wouwerenus*'

p. 155,18 aucupabimus] aucupabimur

p. 156 *inter text. et adn.* Sellust.] Sallust.

p. 162,21 facetum me existimare *Mohr*

carm. II, 186 secutus *etiam Mohr*
399 placitoque *etiam Drakenborch ad Silium* 1,11
V, 594 *traditam lectionem tuetur Geisler adlato loco Silii* 2,333: geminas Alpes
VII, 324 Bructerus ulvosa quem vel *(sic libri)* Nicer alluit unda] *malim* Bructerus ulvosa quem veliger alluit unda, *ut significetur Rhenus prae reliquis Galliae fluviis navium copia insignis; nam Bructeri a poeta Gallo non potuerunt ad Necerum collocari.*
VII, 332 *Huni cum praeterea semper appellentur Chuni, hoc quoque loco, nisi gravior corruptela subest, ea forma restituenda est; praeterea praestat cum M legere*: Chunos iam prope contemptos propriis in sedibus hostem expectare Getas, *ut significetur eos non dignos visos esse Gothis, quibus extra fines suos obviam irent.*
440 *adn. pro 'vulgo' ponendum* F
481 *adn. ad TF adde C*
IX, 310 Vilicum] *scr.* vilicum *(cf. ind. pers.)*
XV, 191 *adn. delenda; scilicet vulgo legebatur* incipias
XXII, p. 244 *adn.* 10 *del. ante* follonium

p. 267,20 suis] qui cautus fuerit in sensibus suis *ex Fausti sermone exhortatorio contra diversa vitia (Eusebii Emiseni homiliae, Paris. 1547 f. 138) addendum*

p. 268,15 *adn.* littera *delendum*

p. 272, 8 Turentius] *scr.* Taurentius

p. 275,16 *in adn. pro* VI, 12. VII, 1. 4. 9. VIII, 11. IX, 11. VI, 10 *sic scr.*: VI, 1. 4. 9. VIII, 11. IX, 11. VI, 10. 12.

p. 294,14 *adn. Epistulam — adn.*] *del.*

p. 298,13 corporeae ... materiale] corporeae re materiale *scr.* (res materialis *Faustus de spiritu sancto II, 1*)

p. 304,15 *adn.* II, 45 *scr.*

p. 451 *col.* 1 *vers.* 31 *dele* venialis

p. 460 *col.* 1 *vers.* 12 *lege* endromidatus

p. 460 *col.* 1 *vers.* 32 *lege* vernedus

Digitized by Google

LIBRI SCRIPTI ADHIBITI AD SIDONIUM.

L saec X Oxoniensis Laudianus Lat. 104 (praef. p. XVI).

M saec. X Florentinus Marcianus n. 554 (praef. p. XIV).

T saec. XII Florentinus Laurentianus plut. XLV, 23 (praef. p. XIII).

C saec. X vel XI Matritensis bibl. nat. E e 102, olim Cluniacensis (praef. p. VI).

F saec. XII Parisinus n. 9551 (praef. p. VII).

P saec. X vel XI Parisinus n. 2781 (praef. p. XII).

numeri [1] [2] ad codicum litteras adiecti indicant manum priorem et secundam.

litterulae [a] [b] ad codicum litteras adiecti in carminum adnotatione distinguunt quae librarius ipse primum scripsit, deinde correxit.

asterisci * pro litteris erasis singuli positi sunt.

ep. I	1	p. 1 1	—	III	3	p. 42 14 *iniuriam*	. . .	:	*LMTCFP*
III	3	p. 42 14 *taceo*	—			p. 42 20 *funerabantur*	. .	:	*M*[2]*CFP*, om. *LM*[1]*T*
	3	p. 42 20 *sed quid*	—		4	p. 43 14	. . . . .	:	*LMTCFP*
	5	p. 43 14	—		8	p. 45 29	. . . . .	:	*LMCFP*, om. *T*
	9	p. 46 1	—		12	p. 101 17 *movet saepe*	. .	:	*LMTCFP*
VI	12	p. 101 17 *terseris*	—	VII	5	p. 108 2 *ut sacro*	. . . .	:	*M*[2]*CFP*, om. *LM*[1]*T*
VII	5	p. 108 2 *sanctam*	—			p. 108 20	. . . . .	:	*LMTCFP*
	6	p. 108 21	—		7	p. 111 29	. . . . .	:	*M*[2]*CF*, om. *LM*[1]*TP*
	8	p. 111 30	—		18	p. 125 15	. . . . .	:	*LMTCFP*
	18	p. 125 15 *his licebit*	—			17 *desistas vale*	. .	:	*M*[2]*CFP*, om. *LM*[1]*T*
VIII	1	p. 126 1	—			18	. . . . .	:	*LMTCFP*
	2	p. 127 1	—			13	. . . . .	:	*M*[2]*CFP*, om. *LM*[1]*T*
	3	p. 127 14	—		16	p. 148 20	. . . . .	:	*LMTCFP*
IX	1	p. 149 1	—			p. 150 4	. . . . .	:	*M*[2]*CFP*, om. *LM*[1]*T*
	2	p. 150 5	—		6	p. 154 17	. . . . .	:	*LMTCFP*
	7	p. 154 18	—			p. 155 7 *et levis*	. . . .	:	*LMCFP*, om. *T*
		p. 155 7 *ac modis*	—		16	p. 172 2	. . . . .	:	*M*[2]*CFP*, om. *LM*[1]*T*

carm. I—II 182 . . . . . : *M*[2]*TCFP*, om. *LM*[1]
II 183—548 . . . . . : *TCFP*, om. *LM*
II 549—VII 136 . . . . . : *M*[2]*TCFP*, om. *LM*[1]
VII 137—600 . . . . . : *M*[2]*TCF*, om. *LM*[1]*P*
VIII . . . . . : *M*[2]*TCFP*, om. *LM*[1]
IX—XXIV . . . . . : *TCFP*, om. *LM*

LIBRI ADHIBITI AD FAUSTUM ET RURICIUM.

G saec. IX Sangallensis n. 190 (v. praef. p. LXIX).

C saec. VI/VII Parisinus n. 12097 ad Paulini ep. FA. XIV (v. praef. p. LXX).

P saec. IX Parisinus n. 1564 ad Fausti ep. XIV—XVII (v. praef. p. LXXI).

H Hincmari libri (v. praef. p. LXXI).

M Claudiani Mamerti libri ad Fausti ep. XX (v. praef. p. LXXI).

IN INDICIBUS

numeri Arabici nude positi indicant Sidonii epistulas ad editionis paginas et versus.

numeri Latini praescripti Arabicis indicant Sidonii libros epistularum.

C. sequente numero Latino et Arabico indicat Sidonii carmina,

FA. sequente pagina et versu epistulas Fausti aliorumque,

R. sequente pagina et versu epistulas Ruricii.

† in indice personarum praemittitur vocabulis Christianis et Iudaicis.

Digitized by Google

GAI SOLLII

APOLLINARIS SIDONII

EPISTVLAE ET CARMINA

Digitized by Google

GAI SOLLII
APOLLINARIS SIDONII
EPISTULARUM
LIBER PRIMUS.

I.

SIDONIUS CONSTANTIO SUO SALUTEM.

Diu praecipis, domine maior, summa suadendi auctoritate, sicuti es in his quae 1
deliberabuntur consiliosissimus, ut, si quae litterae paulo politiores varia occasione
fluxerunt, prout eas causa persona tempus elicuit, omnes retractatis exemplaribus enu-
5 cleatisque uno volumine includam, Quinti Symmachi rotunditatem, Gai Plinii disciplinam
maturitatemque vestigiis praesumptuosis insecuturus. nam de Marco Tullio silere melius 2
puto, quem in stilo epistulari nec Iulius Titianus sub nominibus inlustrium feminarum
digna similitudine expressit. propter quod illum ceteri quique Frontonianorum utpote
consectaneum aemulati, cur veternosum dicendi genus imitaretur, oratorum simiam
10 nuncupaverunt. quibus omnibus ego immane dictu est quantum semper iudicio meo
cesserim quantumque servandam singulis pronuntiaverim temporum suorum meritorumque
praerogativam. sed scilicet tibi parui tuaeque examinationi has (litterulas) non recen- 3

G̃ SOLLII APOLLINARIS SIDONII EPISTVLARVM LIBER PRIMVS INCIPIT FELICITER *L*, CAII SOLLII APOLLINARIS SIDONII EPISTOLARVM LIBER PRIMVS INCIPIT *M*, Gaii Sollii Apollinaris Sidonii Eplar̃ lib pm' incipit *T*, CAI SOLLII APOLLINARIS (MODESTII *s. l. add. C*[1]) SIDONII ARVERNORV̄ ĒPI. PRIM' EPISTOLARV̄ LIBER INCIPIT *praeter* MODESTII *et* ARVERNORV̄ . . . . INCIPIT *scripsit rubricator in C, inscriptio deficit in F*, GAII SOLLII APOLLINARIS SIDONII EPISTOLARVM LIBER PMVS INCIPIT *P* 1 *inscriptio def. in F* constantino *T* 2 diu praecipis domine *def. in F* 4 fluxerint *T fort. recte* causas *(alt. s eras. C*[1]*) C* *ante* omnes *leg.* eas *in L* 5 simmachi *MCFP*, symachi *T* gaii *MTFP* 6 praesumtuosis *L*, praesumptiosis (i *corr. ex* u *M*[1]) *MP*, praesumptiosis *C*[1] insequuturus *L* tullio *LMTFP*, t. *C* silere melius puto quem in stilo epistulari nec *Wilamowitzius*, silere me *(spat. 8 litt. vac.)* in stilo epistulari nec *L*, silere me in stilo epistolari melius puto quem nec *(nisi quod me om. C) MTCFP* 7 *post* iulius *leg.* .i. papensis *in T* titinianus *MT*, ticinianus *CP*, titivianus *F* illustrium *MTCFP* 9 consentaneum *T* cum veternosum dicendi genus imitarentur oratorum, simiam *Mommsenus* 10 iuditio *C* 11 singulis *s. l. add. M*[1] pronunciaverim *CM*, pronuntiarim *F* 12 litterulas *om. LMTCFP, sed. in L spat. 10 litt. vacat*

Digitized by Google

sendas (hoc enim parum est) sed defaecandas, ut aiunt, limandasque commisi, sciens te inmodicum esse fautorem non studiorum modo verum etiam studiosorum. quam ob rem
4 nos nunc perquam haesitabundos in hoc deinceps famae pelagus impellis. porro autem super huiusmodi opusculo tutius conticueramus, contenti versuum felicius quam peritius editorum opinione, de qua mihi iam pridem in portu iudicii publici post lividorum 5 latratuum Scyllas enavigatas sufficientis gloriae ancora sedet. sed si et hisce deliramentis genuinum molarem invidia non fixerit, actutum tibi a nobis volumina numerosiora percopiosis scaturrientia sermocinationibus multiplicabuntur. vale.

II.

SIDONIUS AGRICOLAE SUO SALUTEM.

1 Saepenumero postulavisti, ut, quia Theodorici regis Gothorum commendat populis 10 fama civilitatem, litteris tibi formae suae quantitas, vitae qualitas significaretur. pareo libens, in quantum epistularis pagina sinit, laudans in te tam delicatae sollicitudinis ingenuitatem. igitur vir est et illis dignus agnosci, qui eum minus familiariter intuentur: ita personam suam deus arbiter et ratio naturae consummatae felicitatis dote sociata cumulaverunt; mores autem huiuscemodi sunt, ut laudibus eorum nihil ne regni 15
2 quidem defrudet invidia. si forma quaeratur: corpore exacto, longissimis brevior, procerior eminentiorque mediocribus. capitis apex rotundus, in quo paululum a planitie frontis in verticem caesaries refuga crispatur. cervix non (toris tumet) sed nervis. geminos orbes hispidus superciliorum coronat arcus; si vero cilia flectantur, ad malas medias palpebrarum margo prope pervenit. aurium ligulae, sicut mos gentis est, 20 crinium superiacentium flagellis operiuntur. nasus venustissime incurvus. labra subtilia nec dilatatis oris angulis ampliata. pilis infra narium antra fruticantibus cotidiana succisio; barba concavis hirta temporibus, quam in subdita vultus parte
3 surgentem stirpitus tonsor assiduus genis ut adhuc vesticipibus evellit. menti gutturis colli, non obesi sed suculenti, lactea cutis, quae propius inspecta iuvenali rubore 25 suffunditur; namque hunc illi crebro colorem non ira sed verecundia facit. teretes

---

1 parum *TF*, paruum *LMCP* 2 immodicum *MTP* fauctorem *L* 3 nunc *MTCFP*, non *L* deinceps *C* 4 tucius *C* 5 eruditorum L^1 M^1 *inde ab* opinione de *exitus epist. def. in F* michi *C* *post* pridem *leg.* dictatorum *s. l. in T* iuditii *C* puplici *s. l. add.* T^1 6 scillas *C* anchora *LMTCP* et *malim delere* 7 non *s. l. add.* T^1 numeriosiora C^1 8 sea turpentia *L*, scaturientia *MTCFP* sermocinacionibus (cina *in ras.* C^1) *C* 9 *inscriptio def. in F* 10 saepenumero postu *def. in F* theodorici *LT*, theoderici *MF* 14 consumatae *C* 15 sotiata *F* sunt *om. MTCFP sed s.* sunt *s. l. add.* C^1 P^1 nichil *MC* 16 defraudet *MTCFP* exacto corpore *F* 17 planicie *CF*, planitiae *L* 18 non toris tumet sed nervis *scripsi*, non *(spat. 10 litt. vac.)* sed nervis *L*, non sedet nervis (sedet nervis *s. l. add.* T^1) *MTCFP* 20 ligulae *scripsi*, legulae *LMTCFP* gentilis F^2 est gentis *C* 21 venustissime *corr. ex* venustessime C^2 22 horis (h *eras.* M^2) *M* *post* ampliata *ins.* si casu dentium series ordinata praemineat, niveum protinus repraesentat ipsa colorem *F cum Rahewino (v. add.)* 23 int *T* fruticatibus M^1, frutigatibus *L*, fruticantibus (*corr. ut v. ex* fructificantibus P^2) *P* 24 sicisio *L* timporibus *C* subita F^1 25 styrpitus *MP* asiduus *F* genis ut adhuc vesticipib; *L*, (genas M^1) ad usque forpicibus (pici *in ras.* M^1, forcipibus *F*) *MTCFP* 26 sed *in ras.* P^2 succulenti *CFP* *post* lactea *unam litt. eras.* C^1 propius . . . . 3,4 internodia *def. in F* iuvenili *C* rubore *corr. ex* ruburo M^1 27 nanque *M*

Digitized by Google

umeri, validi lacerti, dura brachia, patulae manus, recedente alvo pectus excedens. aream dorsi humilior inter excrementa costarum spina discriminat. tuberosum est utrumque musculis prominentibus latus. in succinctis regnat vigor ilibus. corneum femur, internodia poplitum bene mascula, maximus in minime rugosis genibus honor. crura suris fulta turgentibus et, qui magna sustentat membra, pes modicus. si actionem 4
diurnam, quae est forinsecus exposita, perquiras: antelucanos sacerdotum suorum coetus minimo comitatu expetit, grandi sedulitate veneratur. quamquam, si sermo secretus, possis animo advertere, quod servet istam pro consuetudine potius quam pro ratione reverentiam. reliquum mane regni administrandi cura sibi deputat. circumsistit sellam comes armiger; pellitorum turba satellitum ne absit, admittitur, ne obstrepat, eliminatur, sicque pro foribus immurmurat exclusa velis, inclusa cancellis. inter haec intromissis gentium legationibus audit plurima, pauca respondet; si quid tractabitur, differt; si quid expedietur, accelerat. hora est secunda: surgit e solio aut thesauris inspiciendis vacaturus aut stabulis. si venatione nuntiata procedit, arcum lateri innectere citra 5
gravitatem regiam iudicat; quem tamen, si comminus avem feramque aut venanti aut vianti ⟨fors obtulerit⟩, manui post tergum reflexae puer inserit nervo lorove fluitantibus; quem sicut puerile computat gestare thecatum, ita muliebre accipere iam tensum. igitur acceptum modo insinuatis e regione capitibus intendit, modo ad talum pendulum nodi parte conversa languentem chordae vagantis laqueum digito superlabente prosequitur; et mox spicula capit, implet, expellit; quidve cupias percuti, prior admonet; eligis quid feriat: quod elegeris ferit; et, si ab alterutro errandum est, rarius fallitur figentis ictus quam destinantis obtutus. si in convivium venitur, quod quidem diebus 6
profestis simile privato est, non ibi inpolitam congeriem liventis argenti mensis cedentibus suspiriosus minister imponit; maximum tunc pondus in verbis est, quippe cum illic aut nulla narrentur aut seria. torcumatum peripetasmatumque modo conchyliata profertur supellex, modo byssina. cibi arte, non pretio placent, fercula nitore, non pondere. scyphorum paterarumque raras oblationes facilius est ut accuset sitis quam recuset ebrietas. quid multis? videas ibi elegantiam Graecam abundantiam Gallicanam celeritatem Italam, publicam pompam privatam diligentiam regiam disciplinam. de luxu autem illo sabbatario narrationi meae supersedendum est, qui nec latentes potest

---

1 humeri *MCF* excedens *scripsi*, accedens *LMTCP* 3 musculis *M*, masculis *s. l. add. M*¹ viger *C* 6 diuturnā *M*, ł diurnā *s. l. add. M*¹, diuturnam *FP* 7 *post* quamquam *leg.* animal *in F* 8 pocius *C* ratione *LMTFP*, religione *C* 9 reverenciam *C* amministrandi *L*, āministrandi *M* cura *M*, ł curā *s. l. add. M*¹ sibi cura *T* 10 ne absit *om. spat. 10 litt. vacante L* ammittitur *L* 11 inmurmurat *C* 12 legacionibus *C* respondet pauca *C* respondit *M*¹, respondit *L* 13 est *om. TC, add. s. l. P*¹, ē *M*, ł e *s. l. add. M*¹ aut thesauris *praeter* uris *in ras. P*² thesauros *C*¹ inspitiendis *F* 14 venatio *M*¹ nunciata *MC* circa *T* 15 cominus *F* *post* venanti *leg.* monstres *in CFP et s. l. add. in M*¹ *T*¹ 16 fors obtulerit *om. LMTCFP, sed spat. 14 litt. vac. in L*, ds obtulit *add. in marg. M*², sors offerat *add. s. l. T*¹ 17 puerile (le *in ras. P*²) *P* tecatum *M*² 18 sinuatis *F* 19 cordae *MTCFP* laqueum vagantis *MTCFP* 20 quitur et mox . . . . . 26 profertur *def. in F* ammonet *LM* 21 eligo *T* eligeris *L* 22 hictus *C*, ictis *L* distinantis optutus *L* in diebus *T* 23 privato simile *C* impolitam (*praeter* impo *in ras. M*¹) *MC* argentis (s *eras. P*²) *P* 24 minister suspiriosus *T* imponit *s. l. add. M*¹ 25 narrantur *MTC*, narantur *P* peripetasmatumque *CP*, ł pipatismatūq; *add. in marg. P*, peripatismatumque *M*, ł pipete|||tum||| *ceteris recisis leg. in marg. M*, perhipatismatumque *LT* conchilista *MTCP* 26 suppellex *LTP* bissina *MTCFP* cybi *F* precio *CF* 27 cyforum *F* 28 habundantiam *F* 30 sabbatario illo *punctis add. transp. M*¹

Digitized by Google

7 latere personas. ad coepta redeatur. dapibus expleto somnus meridianus saepe nullus, semper exiguus. quibus horis viro tabula cordi, tesseras colligit rapide, inspicit sollicite, volvit argute, mittit instanter, iocularitor compellat, patienter exspectat. in bonis iactibus tacet, in malis ridet, in neutris irascitur, in utrisque philosophatur. secundas fastidit vel timere vel facere, quarum opportunitates spernit oblatas, transit oppositas. sine motu evaditur, sine colludio evadit. putes illum et in calculis arma tractare: sola
8 est illi cura vincendi. cum lúdendum est, regiam sequestrat tantisper severitatem, hortatur ad [ludum] libertatem communionemque. dicam quod sentio: timet timeri. denique oblectatur commotione superati et tum demum credit sibi non cessisse collegam, cum fidem fecerit victoriae suae bilis aliena. quodque mirere, saepe illa laetitia minimis occasionibus veniens ingentium negotiorum merita fortunat. tunc petitionibus diu ante per patrociniorum naufragia iactatis absolutionis subitae portus aperitur. tunc etiam ego aliquid obsecraturus feliciter vincor, quando mihi ad hoc tabula perit,
9 ut causa salvetur. circa nonam recrudescit moles illa regnandi. redeunt pulsantes, redeunt summoventes, ubique litigiosus fremit ambitus, qui tractus in vesperam cena regia interpellante rarescit et per aulicos deinceps pro patronorum varietate dispergitur, usque ad tempus concubiae noctis excubaturus. sane intromittuntur, quamquam raro, inter cenandum mimici sales, (sed) ita ut nullus conviva mordacis linguae felle feriatur; sic tamen, quod illic nec organa hydraulica sonant nec sub phonasco vocalium concentus meditatum acroama simul intonat; nullus ibi lyristes choraules mesochorus tympanistria psaltria canit, rege solum illis fidibus delenito, quibus non minus mulcet
10 virtus animum quam cantus auditum. cum surrexerit, inchoat nocturnas aulica † gaza custodias; armati regiae domus aditibus assistunt, quibus horae primi soporis vigilabuntur. sed iam quid meas istud ad partes, qui tibi indicanda non multa de regno sed pauca de rege promisi? simul et stilo finem fieri decet, quia et tu cognoscere viri non amplius quam studia personamque voluisti et ego non historiam sed epistulam efficere curavi. vale.

III.

SIDONIUS FILIMATIO SUO SALUTEM.

1 I nunc, et legibus me ambitus interrogatum senatu move, cur adipiscendae dignitati hereditariae curis pervigilibus incumbam; cui pater socer, avus proavus prae-

---

1 sompnus *CF* 3 compellat ioculanter expectat pacienter *C* ioculanter *MTCFP* compellat *om. spat. 8 litt. vacante L* expectat *MCFP* 4 iactibus *corr. ex* & actibus C^1 philosofatur *LF* 5 oportunitates *LMTCFP* oppositas *corr. ex* obpositas C^1 6 putis *L* 8 ludum *secl. Mommsenus*, ludend *F* quid *F* 9 sup *(spat. 4 litt. vac.)* ati *L* tunc *MTCFP* demum credit *om. spat. 11 litt. vacante L, s. l. add.* M^1 sisse collegam ..... 12 naufragia *praeter haec* . . rie sue bi . . . . . illa leticia mi . . . . ingentium negotiorum . . . . petitionibus diu ante per . . . gia *def. in F* 10 laeticia *C* 11 veniens occasionibus *C* negociorum *C* peticionibus *C* 12 subitae portus *def. in F* 13 craturus *ex* obsecraturus *def. in F* ad hoc mihi *F* michi *C* 14 illa moles *C* molis *L*, moles (es *in ras.* M^2) *M* 15 submoventes *CT* *an post* aulicos *deest nomen velut* aditus? 16 deinceps *C* 18 mimici inter cenandum sales *F* sed *om. LMTCFP* felle *s. l. add.* P^1 19 nec illic *T* ydraulica *M*, yddraulica *F* fonasco *F* 20 meditantum (n *eras.* M^2) *M* schroama *LTCFP (sed* hro *in ras.* P^2*)*, acroama *corr. ex* acroanna M^2 liristes *MTCP*, listres F^2 coraules *CF* 21 illis *om. T* delinito *LMTCFP* "aim" virt' *transp.* F^1 23 adsistunt *C* 26 et ego *s. l. add.* P^1 istoriam *C*, historiam (hi *in ras.* M^2) *M*, hystoriam *F* 27 vale *om. F* 28 Sydonius *F* Philomathio *Wilamowitzius* 29 i *om. F* legis *L* meę (ę *eras.* C^2) *C* interrogatum ambitus *T* movem *L*

Digitized by Google

fecturis urbanis praetorianisque, magisteriis Palatinis militaribusque micuerunt. et ecce 2
Gaudentius meus, hactenus tantum tribunicius, oscitantem nostrorum civium desidiam
vicariano apice transcendit. mussitat quidem iuvenum nostrorum calcata generositas,
sed qui transiit derogantes in hoc solum movetur, ut gaudeat. igitur venerantur
5 hucusque contemptum ac subitae stupentes dona fortunae quem consessu despiciebant sede suspiciunt. ille obiter stertentum oblatratorum aures rauci voce praeconis everberat, qui in eum licet stimulis inimicalibus excitentur, scamnis tamen amicalibus
deputabuntur. unde te etiam par fuerit privilegio consiliorum praefecturae, in quae 3
participanda deposceris, antiquati honoris perniciter sarcire dispendium, ne, si extra
10 praerogativam consiliarii in concilium veneris, solas vicariorum vices egisse videare. vale.

IV.

SIDONIUS GAUDENTIO SUO SALUTEM.

Macte esto, vir amplissime, fascibus partis dote meritorum; quorum ut titulis 1
apicibusque potiare, non maternos reditus, non avitas largitiones, non uxorias gemmas,
non paternas pecunias numeravisti, quia tibi e contrario apud principis domum inspecta
15 sinceritas, spectata sedulitas, admissa sodalitas laudi fuere. o terque quaterque beatum
te, de cuius culmine datur amicis laetitia, lividis poena, posteris gloria, tum praeterea
vegetis et alacribus exemplum, desidibus et pigris incitamentum; et tamen si qui sunt,
qui te quocumque animo deinceps aemulabuntur, sibi forsitan, si te consequantur,
debeant, tibi debebunt procul dubio, quod sequuntur. spectare mihi videor bonorum 2
20 pace praefata illam in invidis ignaviam superbientem et illud militandi inertibus familiare
fastidium, cum a desperatione crescendi inter bibendum philosophantes ferias inhonoratorum laudant, vitio desidiae, non studio perfectionis.

* * *

* * appetitus, ne adhuc pueris usui foret, maiorum iudicio reiciebatur; sic adulescentum declamatiunculas pannis textilibus comparantes intellegebant eloquia iuvenum 3

---

2 gaudencius *C* tantum ..... 7 everberat qui *def. in F* tribunitius *MC* 3 mussitat (*alt. s eras. C²*) *C* calcata *(spat. duarum litt. vac.)* nerositas *(spat. 17 litt. vac.)* nsiit dero *(spat. 13 litt. vac.)* hoc solum *L* 4 transit *MTCP* 5 contemtum *L*, contentum *P* subite *s. l. add. T¹* consessu *corr. ex* concessu *C¹*, ** consessu *praeter* con *in ras. P²* dispiciebant *L* 6 obter *L* 7 in eum ..... 9 perniciter *praeter* licet .... nis tamen aml ..... par fuerit privileg ..... participandam deposceris .... citer *def. in F* exci .... *P*, *sed* ci *add. P²*, excitent *add. in marg. P* 8 deputantur *MTCP* in quam participandam *MTCFP*, (*nisi quod* in quam *def. in F*) 9 sartire *M* extra praerogativam *praeter* ex *et* tivam *def. in F* 10 solas *praeter* so *def. in F* videaris *T* vale *def. in F* 11 Sydonius *F* salutem *om. F* 13 pociare *C* 14 pecunias *add. s. l. T²*, peccunias *C* 15 exspectata *L* ammissa *L* 16 laeticia *CF* 18 q̊uc̄q; *corr. ex* quoq; *F¹* deincebs *C* 19 secuntur *MFP*, seq̄untur *T*, consequuntur *C* expectare *L* michi *C* 21 fastidium *T*, ł studium *s. l. add. T¹* desperacione *C*, disperatione *L* filosophantes *F* ferias inhonoratorū laudant *partim in ras. partim in spat. vac. add. M¹ aut M²*, in frigus honoravi *(spat. 8 litt. vac.)* landa *(spat. 4 litt. vac.)* *L* inhoratorum *P* 22 vicio *M* perfeccionis *C* 23 *ante* appetitus *leg.* huius enim *in C*, cuius *in FP*, *neutrum est in LMT*, *sed* cui' *add. in marg. M et s. l. T¹. sat magna lacuna et finem ep. IV et initium alterius hausum esse etiam ea quae sequuntur ostendunt* appetitur *L* iuditio *CF* maiorum iudicio *add. s. l. T¹* reitiebatur *F* adolescentum *TCFP* 24 texilibus *F¹* comparantes *C* *inde ab* bant eloquia *exitus epist. def. in F* intelligebant *MTCF*

Digitized by Google

laboriosius brevia produci quam porrecta succidi. sed hinc quia istaec satis, quod subest, quaeso reminiscaris velle me tibi studii huiusce vicissitudinem reponderare, modo me actionibus iustis deus annuens et sospitem praestet et reducem. vale.

V.

SIDONIUS HERONIO SUO SALUTEM.

1 Litteras tuas Romae positus accepi, quibus an secundum commune consilium sese peregrinationis meae coepta promoveant, sollicitus inquiris, viam etiam qualem qualiterque confecerim, quos aut fluvios viderim poetarum carminibus inlustres aut urbes moenium situ inclitas aut montes numinum opinione vulgatos aut campos proeliorum replicatione monstrabiles, quia voluptuosum censeas quae lectione compereris eorum, qui inspexerint, fideliore didicisse memoratu. quocirca gaudeo te quid agam cupere cognoscere; namque huiuscemodi studium de affectu interiore proficiscitur. ilicet, etsi secus quaepiam, sub ope tamen dei ordiar a secundis, quibus primordiis maiores nostri
2 etiam sinisteritatum suarum relationes evolvere auspicabantur. egresso mihi Rhodanusiae nostrae moenibus publicus cursus usui fuit utpote sacris apicibus accito, et quidem per domicilia sodalium propinquorumque: ubi sane vianti moram non veredorum paucitas sed amicorum multitudo faciebat, quae mihi arto inplicita complexu itum reditumque felicem certantibus votis conprecabatur. sic Alpium iugis appropinquatum, quarum mihi citus et facilis ascensus et inter utrimque terrentis latera prae-
3 rupti cavatis in callem nivibus itinera mollita. fluviorum quoque, si qui non navigabiles, vada commoda vel certe pervii pontes, quos antiquitas a fundamentis ad usque aggerem calcabili silice crustatum crypticis arcubus fornicavit. Ticini cursoriam (sic navigio nomen) escendi, qua in Eridanum brevi delatus cantatas saepe comissaliter
4 nobis Phaethontiadas et commenticias arborei metalli lacrimas risi. ulvosum Lambrum caerulum Adduam, velocem Athesim pigrum Mincium, qui Ligusticis Euganeisque montibus oriebantur, paulum per ostia adversa subvectus in suis etiam gurgitibus inspexi; quorum ripae torique passim quernis acernisque nemoribus vestiebantur. hic avium

---

1 ista haec *M*, ista hec *P*, ista hoc *C*, haec (*om.* ista) *T* *post* satis *leg.* istis *in* T^1 3 accionibus *C* 4 herenio *LT* *post* heronio *tres litt. eras.* P^2 *inscriptio def. in F* 5 litteras . . . . 8 situ inclitas aut *praeter* lem qua . . . . . viderim poeta . . . . . ut urbes moenium . . . *def. in F* litteras tuas *om. spat. 16 litt. vac. L* 7 illustres *MCF* aut *corr. ex* aud C^2 8 aut *corr. ex* aud C^2 numinum *Wilamowitzius*, nominum *LMTCFP*, hominum *Wouwerenus* vulgatos *def. in F* 9 mon *ex* monstrabiles *def. in F* lecciono compereris *C* 11 nanque *M* illicet *L* et *ex* etsi *s. l. add.* M^1 12 quēpiam *F* 13 *post* egresso *leg.* itaq; *in F* michi *C*, nob *T* rodanusiae *MTCP*, iordanuse F^2 15 veraedorum *L* 16 que *corr. ex* quem C^2 michi *C* implicita *MCF* conplexu *C* 17 votis certantibus *T* comprecabatur *MF*, comprecabantur *C* 18 michi *C* assensus (*alt. s corr. in* c F^2) *F* utrinque *M* terrentis F^1 19 vallem *T*, ł callem *s. l. add.* T^1 mollita *et in marg.* ł molita *M* 20 vel *om. L* usque ad *F* 21 cripticis *MCF* artubus *P* tycini *F* 22 ascendi M^2, ascendi *TCFP* heridanum *LMTC* brevi *om. L* et cantatas *M* cantatas saepe comissaliter nobis *om. spat. 28 litt. vac. L* nobis saepe commessaliter *T* comessaliter *C*, commessaliter *MTFP* 23 nobis *om. F* phaetontiadas *LMTC*, phetontiadas *F* commentitias *M* labrum *T* 24 adduam *in ras.* P^2 velocem . . . . . 26 nemoribus *praeter* gusticis . . . . . paulum per . . . . is etiam gurgitibus . . . . . thorique passim quernis . . . . . bus *def. in F* mintium *C* 25 hostia *MTCP* 26 thorique *MTCFP* passim *s. l. add.* T^1 avium resonans *praeter* avi *def. in F*

Digitized by Google

resonans dulce concentus, quibus nunc in concavis harundinibus, nunc quoque in iuncis pungentibus, nunc et in scirpis enodibus nidorum strues imposita nutabat; quae cuncta virgulta tumultuatim super amnicos margines soli bibuli suco fota fruticaverant. atque 5
obiter Cremonam praevectus adveni, cuius est olim Tityro Mantuano largum suspirata
5 proximitas. Brixillum dein oppidum, dum succedenti Aemiliano nautae decedit Venetus remex, tantum, ut exiremus, intravimus, Ravennam paulo post cursu dexteriore subeuntes; quo loci veterem civitatem novumque portum media via Caesaris ambigas utrum conectat an separet. insuper oppidum duplex pars interluit Padi, † certa pars alluit; qui ab alveo principali molium publicarum discerptus obiectu et per easdem
10 derivatis tramitibus exhaustus sic dividua fluenta partitur, ut praebeant moenibus circumfusa praesidium, infusa commercium. hic [cum] peropportuna cuncta mercatui; 6
tum praecipue quod esui competeret deferebatur; nisi quod, cum sese hinc salsum portis pelagus impingeret, hinc cloacali pulte fossarum discursu lyntrium ventilata ipse lentati languidus lapsus umoris nauticis cuspidibus foraminato fundi glutino sordi-
15 daretur, in medio undarum sitiebamus, quia nusquam vel aquaeductuum liquor integer vel cisterna defaecabilis vel fons inriguus vel puteus inlimis. unde progressis ad 7
Rubiconem ventum, qui originem nomini de glarearum colore puniceo mutuabatur quique olim Gallis cisalpinis Italisque veteribus terminus erat, cum populis utrisque Hadriatici maris oppida divisui fuere. hinc Ariminum Fanumque perveni, illud Iuliana rebellione
20 memorabile, hoc Hasdrubaliano funere infectum: siquidem illic Metaurus, cuius ita in longum felicitas uno die parta porrigitur, ac si etiam nunc Dalmatico salo cadavera sanguinulenta decoloratis gurgitibus inferret. hinc cetera Flaminiae oppida statim, ut 8
ingrediebar, egressus laevo Picentes, dextro Umbros latere transmisi; ubi mihi seu Calaber Atabulus seu pestilens regio Tuscorum spiritu aeris venenatis flatibus inebriato
25 et modo calores alternante, modo frigora vaporatum corpus infecit. interea febris sitisque penitissimum cordis medullarumque secretum depopulabantur; quarum aviditati

---

4 Vergil. eclog. IX 28.

1 cocentus C^1 harundinibus *praeter* nibus *def. in F* iuncis *F* 2 scripis *F* en *(spat. unius litt. vac.)* dib; nido *(spat. 12 litt. vac.)* uis imposi *(spat. 8 litt. vac.)* quae *L* natabat M^2, natabat *TC* que *corr. ex* q C^1 3 amicos *T* bibili F^1 suco (s. *in ras.* M^2) *M* feta *T* fructicaverant *C* fructificaverant *F*, frutificaverant *P* 4 orbiter *L* titiro *MC*, tytiro *TF* larium *MTCFP* 6 remix *LM*, ł mex *s. l. add.* M^1, remix (ix *in ras.* P^1) *P*, ł mex *s. l. add.* P^1 8 oppidum duplex: pars interluit Padi certa, pars alluit *distinguit Mommsenus* ceta *F*, *an* contra, extra? 9 *post* qui *leg.* uad' *in T* discertus *F*, discretus *Wouscerenus* 10 dirivatis *F* 11 commertium *MF* cum *seclusi* Hic M^1, hic T^1, huc *F* peroportuna *LMTCFP* 12 conpeteret *C* 13 cloagali *L* cloacali pulte M^1 cloacali pulte P^1 lyntrium *L*, lintrium *MTCFP* *ante* ipse *leg.* et *in MCFP et s. l. in T* 14 lentati *add. s. l.* T^1, lentata F^1 labsus *L* humoris *MCP* glutino C^1, gluttino *MFP* 16 irriguus *MTCFP* illimis *MTCFP* progressis *in ras.* M^1 17 puniceo colore *T* mutuatur *TCFP*, mutua.tur (n *ut v. eras.* M^2) *M* 18 gallicis alpinis *P* adriatici *CP*, addriatici *F*, adriaticis (s *eras.* M^2) *M* 19 divisui M^2 ana rebellione . . . . . decoloratis *praeter* asdrubalis . . . . . metaurus cuius ita . . . . die parta porrigitur . . . . salo cadavera sanguinole *def. in F* iulia *(spat. 24 litt. vac.)* hoc *L* 20 hasdrybaliano *L*, asdrubaliano *MFP*, adrubaliano C^1 St illic siqdē *corr. ex* St illic qdē T^2 in *om. L fort. recte* 21 parta *om. C* nunc *s. l. add.* T^1 22 sanguinolenta *T* flaminiae *praeter* ae *def. in F* 23 egressus *praeter* egres *def. in F* trasmisi M^1 michi *C* 24 attabulus *F* venatis *L*, venatis F^1 25 va *(spat. 10 litt. vac.)* corpus *(spat. 14 litt. vac.)* terea *L*

Digitized by Google

non solum amoena fontium aut abstrusa puteorum, quamquam haec quoque, sed tota
illa vel vicina vel obvia fluenta id est vitrea Velini gelida Clitumni, Anienis caerula
Naris sulpurea, pura Fabaris turbida Tiberis, metu tamen desiderium fallente, pollice-
9 bamur. inter haec patuit et Roma conspectui; cuius mihi non solum formas verum
etiam naumachias videbar epotaturus. ubi priusquam vel pomeria contingerem, trium- 5
phalibus apostolorum liminibus affusus omnem protinus sensi membris male fortibus
explosum esse languorem; post quae caelestis experimenta patrocinii conducti devor-
sorii parte susceptus atque etiam nunc istaec inter iacendum scriptitans quieti pauxil-
10 lulum operam impendo. neque adhuc principis aulicorumque tumultuosis foribus
obversor. interveni etenim nuptiis patricii Ricimeris, cui filia perennis Augusti in 10
spem publicae securitatis copulabatur. igitur nunc in ista non modo personarum sed
etiam ordinum partiumque laetitia Transalpino tuo latere conducibilius visum, quippe
cum hoc ipso tempore, quo haec mihi exarabantur, vix per omnia theatra macella,
praetoria fora, templa gymnasia Thalassio Fescenninus explicaretur, atque etiam nunc
e contrario studia sileant negotia quiescant, iudicia conticescant differantur legationes, 15
vacet ambitus et inter scurrilitates histrionicas totus actionum seriarum status peregrine-
11 tur. iam quidem virgo tradita est, iam coronam sponsus, iam palmatam consularis,
iam cycladem pronuba, iam togam [senator] honoratus, iam paenulam deponit inglorius,
et nondum tamen cuncta thalamorum pompa defremuit, quia necdum ad mariti domum
nova nupta migravit. qua festivitate decursa cetera tibi laborum meorum molimina 20
reserabuntur, si tamen vel consummata sollemnitas aliquando terminaverit istam totius
civitatis occupatissimam vacationem. vale.

VI.

SIDONIUS EUTROPIO SUO SALUTEM.

1 Olim quidem scribere tibi concupiscebam, sed nunc vel maxime impellor, id est
cum mihi ducens in urbem Christo propitiante via carpitur. scribendi causa vel sola 25

---

1 foncium *C* obstrusa *F* hoc *corr. ex* hoc *C*[2] 2 Velini *Mommsenus*, fucini *LMT*, ł fu sucini *P*[1], sucini *CF* clitumpni *F* 3 sulphurea *MTCF*, sulfurea *C* tyberis *F* 4 Int̄ haec pat[uit] et roma c̄sp[ec]tui *add. in marg. P*[1], *sed quae uncis inclusi nunc desunt* michi *C* ñ *corr. ut v. ex* nc̄ *P*[1] formas *corr. in* thermas *M*[2], *in* termas *T*[1], thermas *P*, termas *F* &̄ʒ *F* 5 pomoeria *L* 7 ee *add. s. l. T*[1] deversorii *corr. in* diversorii *M*[2], diversorii *TCP*, diversorum *corr. in* diversor ii *F*[2] 8 ista haec *MTCFP* scribtitans *L* paxillulum *P* 9 principis (s *in ras. M*[2]) *M* 10 rocimeris *F* *post* filia *leg.* ascola *s. l. in T*[1] perhennis *TFP*, pennis *M*, ł parentis *ut v. s. l. add. M*[2] 11 nunc in ista *om.* C 12 aetiam hordinum *C* leticia *CF* latere (ate *in ras. M*[2]) conducibilius uisum (us visum *in ras. M*[1]) *M* *post* visum *leg.* ÷ *in T* 13 teatra *F* 14 gingnasia *F* thalassia *MCF (sed. extr.* a *in ras. M*[2]), thalasia *P* *inde ab* plicaretur *reliqua praeter* muit . . . . . nupta migravit . . . . tera tibi laborum meorum mo . . . . si tamen vel consummata sollenp . . . . . terminaverit istam civitatis oc . . . . . si . . . am vacationem *def. in F* 15 negocia *C* iuditia *C* conticiscant *L* legaciones *C* 16 histrionicas *scripsi*, histronic *(spat. 2 litt. vac.) L*, histrionum *MTCFP* seriarum *om. spat. 7 litt. vac. L*, ł su seriarum *praeter* arum *in ras. et s. l. M*[2] peregrinetur *praeter* tur *om. spat. 10 litt. vac. L* 17 corona *MTCP* palmata *MTCP* 18 cyclade *MP*, ciclade *TC* toga *MTCP* senator *seclusi* honoratur *TCP et in ras. M*[2] poenulam *T* 19 set *ut v. T* 20 nubta *L* 21 consumata *C* sollempnitas *TC*, solēpnitas *M*, solēnitas *P* tocius *C*, *om. F* 22 occupationem vaca *ita, ut spat. vac. sequatur L, an* occupationem vacantissimam? vocationem *CP, sed corr. in* vacationem *P*[1], vacationem *(sed* vac *in ras. M*[1]) *M* 23 Syd. eutropio *inscr. in F* ENTROPIO *L*, intropio *T* 24 tibi scribere *FP* 25 michi *C* propiciante *MC* via *s. l. add. T*[2]

Digitized by Google

vel maxima, quo te scilicet a profundo domesticae quietis extractum ad capessenda militiae Palatinae munia vocem. * * * his additur, quod munere dei tibi congruit 2
aevi corporis animi vigor integer; dein quod equis armis veste sumptu famulicio instructus solum, nisi fallimur, incipere formidas et, cum sis alacer domi, in aggredienda peregrinatione trepidum te iners desperatio facit; si tamen senatorii seminis homo, qui cotidie trabeatis proavorum imaginibus ingeritur, iuste dicere potest semet peregrinatum, si semel et in iuventa viderit domicilium legum, gymnasium litterarum, curiam dignitatum, verticem mundi, patriam libertatis, in qua unica totius orbis civitate soli barbari et servi peregrinantur. et nunc, pro pudor, si relinquare inter busequas 3
rusticanos subulcosque ronchantes. quippe si aut campum stiva tremente proscindas aut prati floreas opes panda curvus falce populeris aut vineam palmite gravem cernuus rastris fossor invertas, tunc tibi est summa votorum beatitudo. quin potius expergiscere et ad maiora se pingui otio marcidus et enervis animus attollat. num minus est tuorum natalium viro personam suam excolere quam villam? ad extremum, quod 4
tu tibi iuventutis exercitium appellas, hoc est otium veteranorum, in quorum manibus effetis enses robiginosi sero ligone mutantur. esto, multiplicatis tibi spumabunt musta vinetis, innumeros quoque cumulos frugibus rupta congestis horrea dabunt, densum pecus gravidis uberibus in mulctram per antra olida caularum pinguis tibi pastor includet: quo spectat tam faeculento patrimonium promovisse compendio et non solum inter ista sed, quod est turpius, propter ista latuisse? nonne quid concilii tempore post sedentes censentesque iuvenes inglorium rusticum, senem stantem latitabundum, pauperis honorati sententia premat, cum eos, quos esset indignum si vestigia nostra sequerentur, videris dolens antecessisse? sed quid plura? si pateris 5
hortantem, conatuum tuorum socius adiutor, praevius particeps ero. sin autem inlecebrosis deliciarum cassibus involutus mavis, ut aiunt, Epicuri dogmatibus copulari, qui iactura virtutis admissa summum bonum sola corporis voluptate determinat, testor ecce maiores, testor posteros nostros, huic me noxae non esse confinem. vale.

---

1 q T, qua *LMCFP* domestice *s. l. add.* T^2 capescenda *F* 2 miliciae *MF* *ante* his *nonnulla ut v. ab ipso Sidonio omissa sunt* 3 deinde *T* equis *corr. ex* aquis C^1 sumtu *L* famulitio *LMCF* 4 ni *C* 5 tepidum *C* 6 chotidie (h *eras.* C^2) *C* 7 iuventa (a *in ras.* P^2) *corr. ex* vivent • P^1, iuvent *corr. in* iuvent M^2, venta F^1 domicilia *C* gimnasium *C*, ginnasium *F* 8 tocius *C* orbis *s. l. add.* T^1 9 proh *MFP et in ras.* C^1 busequas *L*, busequas *T*, buseqas M^1 *et in marg. add. M var. lect., ex qua* ł bos *ceteris abecisis restat*, bussequas *P*, boessequas *C*, obeequas F^1 10 roncantes *F* si aut *scripsi*, si et *LMTCP*, et si *F* 11 vineo palmitē *F*, *super* vineam palmito *var. lect. eras.* M^2, *in marg. add.* ł vineę palmitē *m. rec. in M* 12 *post* rastris *s. l.* curvus *add.* T^2 fossor . . . . 17 frugibus *def. in F* votorum summa *C* 13 inervis *L*, innervis *T*, inermis *P et in ras. ut v.* M^1 *et* (*corr. ex* inermes) *C*, INNERVIS ł enervis *add. in marg.* M^2 non *LMTCP*, ł ,nū' itrogando *add. m. rec. in M* 14 *ante* viro *quod leg.* tuorū *ind.* T^2 15 tu *om. L* exercicium *C* hoc est *om. spat. 13 litt. vac. L* otiū *M*, ł viciū *s. l. add.* M^2, &iam *C*, ociū *s. l. add.* C^1 *pro* veteranorum *post spat. 10 litt. vac.* ranorum *leg. in L* 16 rubiginosi *MTCP* 17 fructibus *T* congestis horrea dabunt densum *def. in F* 18 gravidis M^2, gravib; *T fort. recte*, gravidū *F* uberibus in mulctram per *def. in F* multram *LMTP* pinguis tibi pastor *def. in F* 19 tam faeculento *praeter* to *def. in F* 20 nonne quid *L*, non nequit te *in ras.* M^1, non nequiter te *TCFP*, *an* quid? nonne te? 21 *post* stantem *leg.* nobilem *in TC* 22 latitantē *T* honoraci *C* premet (*corr. ex* premat M^2F^1) *MTCFP* 24 & particebs *C*, ʒ particeps (ʒ *s. l. m. rec. add. in P*) *FP* illecebrosis *MTCFP* 25 q (ł a *add.* M^2) *M* 26 ammissa *L*, amissa M^1 27 posteeros F^1 vale *om. MF*

Digitized by Google

VII.

SIDONIUS VINCENTIO SUO SALUTEM.

1 Angit me casus Arvandi nec dissimulo, quin angat. namque hic quoque cumulus accedit laudibus imperatoris, quod amari palam licet et capite damnatos. amicus homini fui supra quam morum eius facilitas varietasque patiebantur. testatur hoc propter ipsum nuper mihi invidia conflata, cuius me paulo incautiorem flamma detor- 5
2 ruit. sed quod in amicitia steti, mihi debui. porro autem in natura ille non habuit diligentiam perseverandi: libere queror, non insultatorie, quia fidelium consilia despiciens fortunae ludibrium per omnia fuit. denique non eum aliquando cecidisse sed tam diu stetisse plus miror. o quotiens saepe ipse se adversa perpessum gloriabatur, cum tamen nos ab affectu profundiore ruituram eius quandoque temeritatem miseraremur, 10 definientes non esse felicem qui hoc frequenter potius esse quam semper iudicaretur!
3 sed damnationis suae ordinem exposcis. salva fidei reverentia, quae amico debetur etiam afflicto, rem breviter exponam. praefecturam primam gubernavit cum magna popularitate consequentemque cum maxima populatione. pariter onere depressus aeris alieni metu creditorum successuros sibi optimates aemulabatur. omnium colloquia 15 ridere, consilia mirari, officia contemnere, pati de occurrentum raritate suspicionem, de assiduitate fastidium, donec, odii publici mole vallatus et prius cinctus custodia quam potestate discinctus, captus destinatusque pervenit Romam, ilico tumens, quod prospero cursu procellosum Tusciae litus enavigasset, tamquam sibi bene conscio ipsa
4 quodammodo elementa famularentur. in Capitolio custodiebatur ab hospite Flavio 20 Asello, comite sacrarum largitionum, qui adhuc in eo semifumantem praefecturae nuper extortae dignitatem venerabatur. interea legati provinciae Galliae, Tonantius Ferreolus praefectorius, Afranii Syagrii consulis e filia nepos, Thaumastus quoque et Petronius, maxima rerum verborumque scientia praediti et inter principalia patriae nostrae decora ponendi, praevium Arvandum publico nomine accusaturi cum gestis 25
5 decretalibus insequuntur. qui inter cetera, quae sibi provinciales agenda mandaverant, interceptas litteras deferebant, quas Arvandi scriba correptus dominum dictasse pro-

---

1 suo salutem *om.* *F* 2 agat C^1 nanque *M* 3 laubus T^2 amare *vulgo* et *om.* *F*, & *T* dampnatos *MCF* 4 homini M^2 3 *eras.* *et* ei' *s. l. add.* F^1 paciebantur facilitas varietasque *T* variotatesque C^1 paciebantur *C*, patiebatur *F* 5 michi *C* mihi nuper *MCFP* incautiorem paulo *C* 6 amicia C^1 michi *C* 7 queror *praeter* qu *in ras.* P^1 despiciens . . . . 10 ruituram *praeter* ia fuit . . . . tam diu sto . . . . sepe ipse se adver . . . . tamen nos ab effectu *(corr.* F^2*) def. in* *F* 8 ludebrium *L* tandiu *M* 9 quoties *LM* 10 quandoque eius *T* raremur defi *def. in* *F* 11 frequenter *praeter* fre *def. in* *F* c*(unius litt. spat. vac.)*am semper *(spat. 13 litt. vac.)* tur *(spat. 12 litt. vac.)* nis suae *L* iudicaretur *MCFP*, glaretur *T* 12 dāpnatiois *T*, 1 gubernatiois *s. l. add.* T^1, gubernationis *MCFP* que *corr. ex* qui C^2 14 magna *T*, maxima *s. l. add.* T^2 honere *C* depressus honere *F* 15 creditorum metu *C* ae∞labatur T^2, aemulaba • tur *corr. ex* aemulabuntur P^1 conloquia *C* 16 mirari *scripsi*, rimari *LMTCFP*, an indignari? contempnere *MTCFP* occurrentium *F* suspitionem *MTCF* *et corr. ex* suspicionem P^1 17 *ex* publici *spat. 4 litt. vac.* lici *om.* *L* molle *(alt. l eras.* M^2*)* *M* et prius cinctus *om.* *L* 18 illico *F* 19 littus *L* enavigasset (set *in ras.* P^1) *P* ipso *L* 20 FL asello *L* 21 comite sacrarum largitionum *om.* *T*, *add. in marg.* T^2 sacrarium F^1 semifumantem *vix sanum* 22 exortatae *L* provintiae *CF* tonancius *C* ferriolus *L* 23 siagrii *MCF*, syagrii *T* nepus *L* taumastus *MFP*, taumanstus *C* 24 scientia *LMCFP*, copia *T* 26 insecuntur *FP* provintiales *F* 27 quas *praeter* qu *in ras.* M^2 correctus *P*

Digitized by Google

fitebatur. haec ad regem Gothorum charta videbatur emitti, pacem cum Graeco imperatore dissuadens, Britannos supra Ligerim sitos impugnari oportere demonstrans, cum Burgundionibus iure gentium Gallias dividi debere confirmans, et in hunc ferme modum plurima insana, quae iram regi feroci, placido verecundiam inferrent. hanc epistulam
5 laesae maiestatis crimine ardere iurisconsulti interpretabantur. me et Auxanium, 6
praestantissimum virum, tractatus iste non latuit, qui Arvandi amicitias quoquo genere incursas inter ipsius adversa vitare perfidum barbarum ignavum computabamus. deferimus igitur nil tale metuenti totam per⟨niciter⟩ machinam, quam summo artificio acres et flammei viri occulere in tempus iudicii meditabantur, scilicet ut adversarium
10 incautum et consiliis sodalium repudiatis soli sibi temere fidentem professione responsi praecipitis involverent. dicimus ergo, quid nobis, quid amicis secretioribus tutum putaretur. suademus nil quasi leve fatendum, si quid ab inimicis etiam pro levissimo flagitaretur; ipsam illam dissimulationem tribulosissimam fore, quo facilius exc⟨uterent⟩ sciscitan⟨do incautam persua⟩sionis securitatem. quibus agnitis proripit sese atque in 7
15 convicia subita prorumpens: 'abite, degeneres', inquit, 'et praefectoriis patribus indigni, cum hac superforanea trepidatione; mihi, quia nihil intellegitis, hanc negotii partem sinite curandam; satis Arvando conscientia sua sufficit; vix illud dignabor admittere, ut advocati mihi in actionibus repetundarum patrocinentur.' discedimus tristes et non magis iniuria quam maerore confusi; quis enim medicorum iure moveatur, quotiens
20 desperatum furor arripiat? inter haec reus noster aream Capitolinam percurrere albatus; 8
modo subdolis salutationibus pasci, modo crepantes adulationum bullas ut recognoscens libenter audire, modo serica et gemmas et pretiosa quaeque trapezitarum involucra rimari et quasi mercaturus inspicere prensare, depretiari devolvere et inter agendum multum de legibus, de temporibus, de senatu, de principe queri, quod se non prius,
25 quam discuterent, ulciscerentur. pauci medii dies: it in tractatorium frequens senatus 9
(sic post comperi; nam inter ista discesseram); procedit noster ad curiam paulo ante detonsus pumicatusque, cum accusatores semipullati atque concreti nuntios a decemviris

---

1 carta *TCF* cum *om. C* grēo *C* 2 legerim *(pr. o corr. in* i *F²) F* 3 tium gallias . . . . 5 interpretabantur *praeter* gen . . . et in hunc fe . . . . . iram regi fero . . . . rent hanc epistolam . . . ne ardenter iuriscon *def. in F* 5 ardere *L*, ardent *M et in marg.* ł ardere *add. M¹*, ardenter *TCFP* auxantum *F* 6 mum virum tra *def. in F* amicicias *C, praeter* am *def. in F* quoq; *P (corr. in* quoq *m. rec. in P)*, quoquo *M*, ł quoq; *s. l. add. M²* 8 differimus *L* nl *F*, nichil *MCP* metuenti *s. l. add. M¹, praeter* m *om. spat. 7 litt. vac. L* perniciter machinam *scripsi*, per *(spat. 8 litt. vac.)* machinam *L*, permachiam *M² T²*, perimachiam *CFP* 9 iuditii *C* 10 sibi soli *MFP (sed punctis add. transposuit P¹)* 11 dicamus *C* 12 quasi *in ras. P¹, om. F* inimicissimis *T* 13 illam ipsam *T* tribulossimam *M¹* facilius exceuterent *(ita Wilamowitzius)* sciscitando incautam persuasionis securitatem *scripsi*, facilius exc *(spat. 6 litt. vac.)* sciscitan *(spat. 11 litt. vac.)* sionis securitatem (*om.* inferrent) *L*, facilius persuasionis securitatem inferrent *(nisi quod* inferent *P) MTCFP* 15 convitia *FP*, vicia *L* 16 michi *C* nichil *MTCP*, nl *F* intelligitis *MTCFP* negocii *C* 17 sua *om. C* amittere *M¹*, ammittere *LT* 18 michi *C* 19 mal' *F* *post* iure *leg.* non *in F* quociens *CP*, quoties *ML* 20 disperatum *L* arripi *L* capitulinam *L* 21 salutacionibus *C* billas *L* 22 serica *M* (ł cas *eras. M¹*) preciosa *MC* trapezetarum *T* involuchra *F* 23 depreciari *C*, depreciare *M¹*, depreciare *PT* 24 poribus . . . . 12,1 invidia sordi *def. in F* non *in ras. P¹, om. C, ante* non *duas litt. (fort. &) eras. M²* 25 it *in ras. M¹*, ut *C* tractatorum *C*, tractatorio *L*, tractario *M¹*, tractatū *T* frequens senatus *in ras. P¹* senatu ∘ (s *ut v. eras. C¹*) *C* 26 nam *corr. ex* non *P¹* 27 nuncios *C* nuncios ad decemviris *praeter* viris *in ras. P¹*

opperirentur et ab industria squalidi praeripuissent reo debitam miserationem sub invidia sordidatorum. citati intromittuntur: partes, ut moris est, e regione consistunt. offertur praefectoriis ante propositionis exordium ius sedendi: Arvandus iam tunc infelici impudentia concito gradu mediis prope iudicum sinibus ingeritur; Ferreolus circumsistentibus latera collegis verecunde ac leviter in imo subselliorum capite consedit, ita ut non minus legatum se quam senatorem reminisceretur, plus ob hoc postea laudatus
10 honoratusque. dum haec, et qui procerum defuerant affuerunt: consurgunt partes legatique proponunt. epistula post provinciale mandatum, cuius supra mentio facta, profertur; atque, cum sensim recitaretur, Arvandus necdum interrogatus se dictasse proclamat. respondere legati quamquam ⟨fatenti⟩ nequiter ⟨sane⟩ constare, quod ipse dictasset. at ubi se furens ille quantumque caderet ignarus bis terque repetita confessione transfodit, acclamatur ab accusatoribus, conclamatur a iudicibus reum laesae maiestatis confitentem teneri. ad hoc et milibus formularum iuris id sancientum iugulabatur.
11 tum demum laboriosus tarda paenitudine loquacitatis inpalluisse perhibetur, sero cognoscens posse reum maiestatis pronuntiari etiam eum, qui non affectasset habitum purpuratorum. confestim privilegiis geminae praefecturae, quam per quinquennium repetitis fascibus rexerat, exauguratus et, plebeiae familiae non ut additus sed ut redditus, publico carceri adiudicatus est. illud sane aerumnosissimum, sicuti narravere qui viderant, quod, quia se sub atratis accusatoribus exornatum ille politumque iudicibus intulerat, paulo post, cum duceretur addictus, miser nec miserabilis erat. quis enim super statu eius nimis inflecteretur, quem videret accuratum delibutumque lautu-
12 miis aut ergastulo inferri? sed et iudicio vix per hebdomadam duplicem comperendinato capite multatus in insulam coniectus est serpentis Epidauri, ubi usque ad inimicorum dolorem devenustatus et a rebus humanis veluti vomitu fortunae nauseantis exsputus, nunc ex vetere senatusconsulto Tiberiano triginta dierum vitam post sententiam trahit, uncum et Gemonias et laqueum per horas turbulenti carnificis horre-
13 scens. nos quidem, prout valemus, absentes praesentesque vota facimus, preces supplicationesque geminamus, ut suspenso ictu iam iamque mucronis exerti pietas Augusta

---

1 operirentur *C* invidia *in ras.* P^1, invidia *M*, iniuria, *quod s. l. add.* M^1, *eras.* M^2 2 citati .... 4 ingeritur *praeter* moris est e reg .... toriis ante propositio ..... arvandus iam tunc in .... concito gradu mediis prope iudi .... geritur *def. in F* e regione ut moris est *T* 4 gradu *LMTFP*, gressu *C* sinibus M^1 (ł fi *eras.* M^2), finibus (fi *corr. in* si T^2) *T* ferreolus circumsistentibus *MTCFP*, pra *(spat. 3 litt. vac.)* torius *(spat. 7 litt. vac.)* sistentib; *L* 5 latera *praeter* la *def. in F* 6 se *in ras.* P^1 7 dum ł *T* 8 legati (*om.* que) *CT* provintiale *F* *post* facta *leg.* est *in T*, ÷ *s. l. add.* M^1 10 fatenti *scripsi, om. spat. 5 litt. vac. L*, valde *TCF*, valde M^2, valide (id *in ras.* P^1) *P* *ante* nequiter *s. l. add.* ac M^2 sane constare *scripsi, om. spat. 12 litt. vac. L*, constaret *MTFP*, constanter *C* 12 *post* reum *leg.* se *in CFP, sed expunxit* P^1 maiestatis lesae *CF* 13 sanctientum *TCF* 14 impalluisse *MF* peribetur *C* 15 magestatis *C* pronunciari *MC* 16 purpuratorū *corr. in* purpuratoriū P^1, purpuratorium *CF* 17 exauctoratus *CF*, auguratus *M et in marg.* |||uctoratus *etiam nunc leg. ex eo quod add.* M^1 aditus F^1 18 publico .... 25 vetere se *praeter* eorum dolorem .... umanis veluti ... nauseantis exputus .... *def. in F* erumpnosissimum *C* 20 nec *s. l. add.* T^1 21 superstratum *C* lautomiis *C* 22 et *LMTP*, ut *C* ebdomadam *LMTCP* conperendinato *MC*, conperhendinato *T* 23 serpentis *om. C* epidauri M^1, epidaurii *T* inimicū T^2 24 devenustatus *praeter* de *s. l. add.* P^1 25 exputus *MTCFP, var. lect., quam s. l. add.* M^1, *eras.* M^2 tyberiano *CF* dierum *def. in F* 26 trahit *in ras.* P^1 carnificis *corr. ex* carnifices C^1 28 ictu *om. spat. 8 litt. vac. L* iamque mucronis *om. spat. 11 litt. vac. L*

Digitized by Google

seminecem quamquam publicatis bonis vel exilio muneretur. illo tamen, seu exspectat extrema quaeque seu sustinet, infelicius nihil est, si post tot notas inustas contumeliasque aliquid nunc amplius quam vivere timet. vale.

VIII.

SIDONIUS CANDIDIANO SUO SALUTEM.

5 Morari me Romae congratularis; id tamen quasi facete et fatigationum salibus 1
admixtis: ais enim gaudere te, quod aliquando necessarius tuus videam solem, quem
utique perr⟨aro⟩ Arari⟨s potor⟩ inspexerim. nebulas ergo mihi meorum Lugdunensium
exprobras et diem quereris nobis matutina caligine obstructum vix meridiano fervore
reserari. et tu istaec mihi Caesenatis furni potius quam oppidi verna deblateras? 2
10 de cuius natalis tibi soli vel iucunditate vel commodo quid etiam ipse sentires, dum
migras, indicavisti: ita tamen, quod te Ravennae felicius exulantem auribus Padano
culice perfossis municipalium ranarum loquax turba circumsilit. in qua palude indesinenter rerum omnium lege perversa muri cadunt aquae stant, turres fluunt naves
sedent, aegri deambulant medici iacent, algent balnea domicilia conflagrant, sitiunt vivi
15 natant sepulti, vigilant fures dormiunt potestates, faenerantur clerici Syri psallunt,
negotiatores militant monachi negotiantur, student pilae senes aleae iuvenes, armis
eunuchi litteris foederati. tu vide, qualis sit civitas, ubi tibi Lar familiaris incolitur, 3
quae facilius territorium potuit habere quam terram. quocirca memento innoxiis
Transalpinis esse parcendum, quibus caeli sui dote contentis non grandis gloria datur,
20 si deteriorum collatione clarescant. vale.

IX.

SIDONIUS HERONIO SUO SALUTEM.

Post nuptias patricii Ricimeris id est post imperii utriusque opes eventilatas 1
tandem reditum est in publicam serietatem, quae rebus actitandis ianuam campumque
patefecit. interea nos Pauli praefectorii tam doctrina quam sanctitate venerandis

---

1 quanquam *L* illo *M*¹, illo *P* expectat *MTCFP* 2 extrema *s. l. add.* *P*¹, trema *L* que • que *corr. ex* quemque *C*² seu *ante* sustinet *om.* *L* nichil *MCF* tot *om.* *T* 3 vale *om.* *T* 4 Syd. *F* CANDIDIO *C* 5 quia si *L* 6 admistis *P*, ammixtis *L*, āmixtis *MT* ait *corr. in* ast *F*² 7 perraro Araris potor inspexerim *scripsi*, perrara bi *(spat. 6 litt. vac.)* inspexerim *L*, raro bibitor araricus inspexerim *MTCFP* ergo *C*, onim *LMTFP* michi *C*, *s. l. add.* *T*² 9 *post* tu *s. l.* hec *add.* *T*² ista ec mihi *L*, ista hęc mihi *M et praeter* i *et* mihi *in ras.* *P*¹, haec ista mihi *F*, hoc ista mihi *C*, mihi ecce ista *T* pocius *C* deblatteras *CT*, deblacteras (c *in ras.* *P*²) *P*, deblatreras *F* 10 tibi natalis *T* iocunditate *MTCF*, iocfiditate *P* 11 indicasti *F*, iudicavisti *LTP*, iudicavisti *M*², indicasti *C* 12 fossis . . . . 14 algent *praeter* x tur . . . . . sinenter . . . . . cadunt aque . . . egri deambulant . . . . gent *def. in* *F* rhanarum *L*, ranarium *C* loquax *om.* *T* 13 turres *TC et s. l. add.* *M*¹ *P*¹, ventres *LMP* fluunt *corr. ex* fluant *C*¹ 14 aegri deambulant *om.* *L* conflagrant *def. in* *F* sitiunt vivi *om.* *L* siciunt *F* 15 *ex* sepulti vigilant *def.* ti vi *in* *F* siri *MCF* 16 negociatores *MC* monachi *LT*, milites *CF et in ras.* *M*¹ *itemque praeter* m *P*¹ negociantur *MC* 17 litteris fęderati *praeter* lit *in ras.* *M*¹ ut *corr. ex* ut *F*² 19 suo *L* 20 vale *om.* *MF* 21 Sydonius *F* HE • RONIO (F *aut* Y *eras* *P*²) *P*, herenio *LT* 22 nubtias *L* 23 ianuā *s. l. add.* *T*¹ 24 venerandi *F*

Digitized by Google

Laribus excepti comiter blandae hospitalitatis officiis excolebamur. porro non isto quisquam viro est in omni artium genere praestantior. deus bone, quae ille propositionibus aenigmata, sententiis schemata, versibus commata, digitis mechanemata facit! illud tamen in eodem studiorum omnium culmen antevenit, quod habet huic eminenti scientiae conscientiam superiorem. igitur per hunc primum, si quis quoquo modo in aulam gratiae aditus, exploro; cum hoc confero, quinam potissimum procerum
2 spebus valeret nostris opitulari. nec sane multa cunctatio, quia pauci, de quorum eligendo patrocinio dubitaretur. erant quidem in senatu plerique opibus culti genere sublimes, aetate graves consilio utiles, dignitate clati dignatione communes, sed servata pace reliquorum duo fastigatissimi consulares, Gennadius Avienus et Caecina Basilius, prae ceteris conspiciebantur. hi in amplissimo ordine seposita praerogativa partis armatae facile post purpuratum principem principes erant. sed inter hos quoque quamquam stupendi tamen varii mores et genii potius quam ingenii similitudo. fabor
3 namque super his aliqua succinctius. Avienus ad consulatum felicitate, Basilius virtute pervenerat. itaque dignitatum in Avieno iucunda velocitas, in Basilio sera numerositas praedicabatur. utrumque quidem, si fors Laribus egrediebantur, artabat clientum praevia pedisequa circumfusa populositas; sed longe in paribus dispares sodalium spes et spiritus erant. Avienus, si quid poterat, in filiis generis fratribus provehendis moliebatur; cumque semper domesticis candidatis distringeretur, erga expediendas
4 forinsecus ambientum necessitates minus valenter efficax erat. et in hoc Corvinorum familiae Deciana praeferebatur, quod qualia impetrabat cinctus Avienus suis, talia conferebat Basilius discinctus alienis. Avieni animus totis et cito, sed infructuosius, Basilii paucis et sero, sed commodius aperiebatur. neuter aditu difficili, neuter sumptuoso; sed si utrumque coluisses, facilius ab Avieno familiaritatem, facilius a
5 Basilio beneficium consequebare. quibus diu utrimque libratis id tractatus mutuus temperavit, ut reservata senioris consularis reverentia, in domum cuius nec nimis raro ventitabamus, Basilianis potius frequentatoribus applicaremur. licet, dum per hunc

---

1 excolebamur porro *om. spat. 14 litt. vac. L* 2 prestancior *C* 3 sentenciis *C* scemata *CF* comata *CF* methanemata *F* 4 eo (dē) *M² T¹*, eo *CP* 5 aeminenti *C* 6 adit' *M*, ł additus *add. in marg. M²* 7 nostris valeret *F* sane multa cunctatio *om. spat. 7 litt. vac. L* sane *s. l. add. T²* cuntacio *C* 8 patricinio *C* 10 fatigatissimi *LP* fastigatissimi . . . . 13 mores *praeter* fastigatissim . . . cina basi . . . . plissimo ordi . . . . armate facile post purporatum (*et quod in marg. add. F¹* pucipē) . . . . sed inter hos quoque quamquam stu . . . . res *def. in F* genna • dius (p *ut v. eras. T²*) *T* 11 *post* hi *leg.* nā *in T* 13 quamquam *s. l. add. P¹*, quanquam *L* tamen *s. l. add. T¹* *post* mores *leg.* erāt *in T* pocius *C* similitudo *def. in F* 14 nanque *M* succintius *CF* avienus *def. in F* ••••• ad cīsulatum (*5 litt. eras P²*) *P* 15 dignitatatum (ta *eras. C²*) *C* iocunda *MTCFP* seria *L* 16 egrediebatur *T* clientium *C* 17 pedisequa *MCFP* imparibus *F*, imparibus *P¹*, in parib; (ib; *et* ł ti *in ras. M²*) *M* 18 *post* spiritus *3 litt. eras P¹* *pro* spus *leg.* spe *id est* species *in Helmstadiensi 486 et Parisino 2783, non male* 19 destringeretur (*pr.* e *corr. in* i *T²*) *LMT* 20 ambientium *T*, ambiencium *C* 21 qlia *corr. ut v. ex* calia *P¹* 22 pferebat *T²* discinctus basilius *T* discinctus *usque ad* basilii *om. C* avieni (ni *corr. ex* n' *T²*) *T* sed *LMTCP*, ʒ *F* 23 apperiebatur *C* difficilis (s *eras. M²*) *MC* 24 sumtuoso *L* coluisses *LT*, consuluisses *MFP*, consiluisses *C* familiaritatem *om. spat. 15 litt. vac. L* facilius *ante* a Basilio *om. TCF* 25 utrīque (*corr. in* utrīque *C²*) libratis diu *C* utrumque *L*, utrinque *MP* 26 servata (re *s. l. add. T²*) *T fort. recte* consularis *M¹* reverentia *LMTP*, ł frequencia *s. l. add. T²*, frequentia *CF* raro *add. in marg. F¹* 27 applicaremur (*pr.* p *e corr. L¹*) *L*

Digitized by Google

amplissimum virum aliquid de legationis Arvernae petitionibus elaboramus, ecce et Kalendae Ianuariae, quae Augusti consulis mox futuri repetendum fastis nomen opperiebantur. tunc patronus: 'heia', inquit, 'Solli meus, ⟨agedum⟩, quamquam suscepti 6
officii onere pressaris, exeras volo in obsequium novi consulis veterem Musam votivum
5 quippiam vel tumultuariis fidibus carminantem. praebebo admittendo aditum recitaturoque solacium recitantique suffragium. si quid experto credis, multa tibi seria hoc ludo promovebuntur.' parui ego praeceptis; favorem ille non subtraxit iniunctis et impositae devotionis adstipulator invictus egit cum consule meo, ut me praefectum faceret senatui suo. sed tu, ni fallor, epistulae perosus prolixitatem voluptuosius 7
10 nunc opusculi ipsius relegendis versibus immorabere. scio, atque ob hoc carmen ipsum loquax in consequentibus charta deportat, quae pro me interim, dum venio, diebus tibi pauculis sermocinetur. cui si examinis tui quoque puncta tribuantur, aeque gratum mihi, ac si me in comitio vel inter rostra contionante ad sophos meum non modo lati clavi sed tribulium quoque fragor concitaretur. sane moneo praeque denuntio
15 quisquilias istas Clius tuae hexametris minime exaeques. merito enim conlata vestris mea carmina non heroicorum phaleris sed epitaphistarum neniis comparabuntur. attamen gaude, quod hic ipse panegyricus, etsi non iudicium, certe eventum boni 8
operis accepit. quapropter, si tamen tetrica sunt amoenanda iocularibus, volo paginam glorioso id est quasi Thrasoniano fine concludere Plautini Pyrgopolinicis imitator.
20 igitur cum ad praefecturam sub ope Christi stili occasione pervenerim, iubeas ilicet pro potestate cinctuti undique omnium laudum convasatis acclamationibus ad astra portare, si placeo, eloquentiam, si displiceo, felicitatem. videre mihi videor, ut rideas, quia perspicis nostram cum milite comico ferocisse iactantiam. vale.

X.

SIDONIUS CAMPANIANO SUO SALUTEM.

25 Accepi per praefectum annonae litteras tuas, quibus eum tibi sodalem veterem 1
mihi insinuas iudici novo. gratias ago magnas illi, maximas tibi, quod statuistis de

---

1 aliquid *s. l. add.* T^2 legatione *F* peticionibus *C* et *om.* *CP* 2 colis T^2 operiebantur (*alt.* p *s. l. add.* M^1) *MFP* 3 eia *TCF*, eya *P* inquid *C* agedum *add. Wilamowitzius, om. LMTCFP, sed. spat. 8 litt. vac. in L et* cendum *expunxit m. pr. in Parisino 18584* 4 hoñe *corr. ex* uoñe T^2 5 quipiam *C* prebeo T^2 amittendo M^1, ammittendo *L* 6 solacium . . . . 9 senatui suo *def. in F* recitandique *T* 7 ñ *s. l. add.* M^1 8 devocionis *C* adstipulator (d *eras.* P^2) *P*, astipulator *MT* me *s. l. add.* P^2 9 senatu *C* sed tu . . . . 13 me in co *praeter* ipsum loquax . . . . pro me interim dum . . . . sermocinetur cui si ex . . . . ta tribuantur eque gratum m. *def. in F* prolixitatē *in ras.* M^1 10 inmorabare *L* 11 cosequentibus C^1 carta *TC* tibi *s. l. add.* T^2 quoque *s. l. add.* T^2 12 aeque *LMTCF*, ecce *P* 13 michi *C* ex contionante ad sophos *def.* to ad so in *F* concionante *MC* 14 tribulum *T* denuncio *MC* 15 istas *scripsi*, ipsas *LMTCFP* clius *LM*, ł clios *s. l. add.* M^1, clios (cli *in ras.* P^1) *TCFP*, ł clius *s. l. add.* P^1 exametris *LMTCFP* collata *MTCFP* vris *C* 16 faleris *P* 17 panigericus *TC*, panygericus *L*, panigericus M^1, panagericus *FP* iuditium *C* 18 locularibus *F* 19 trasoniano *CFP*, trasonico T^2 paulatini F^2 pirgopolinicis *TF*, phyrgopolinicis *C*, pyrgopolynicis *L* 20 iubeas ilicet *s. l. add.* M^1, iub (*spat. 5 litt. vac.*) ilicet *L* illicet *F* 21 cinctui F^1 convassatis F^1 continuatis ꝯclamationibus *T* 22 michi *C* 23 comictio *C* ferocissime *MTCFP* iactantiam *in ras.* M^1, iactanciam *C* vale *om.* *F* 24 campanio *CF* 26 michi *C*, *om.* *T* judicio L^1, inditio *T* statuitis M^1

Digitized by Google

amicitia mea vel praesumere tuta vel illaesa credere. ego vero notitiam viri familiaritatemque non solum volens sed et avidus amplector, quippe qui noverim nostram quo-
2 que gratiam hoc obsequio meo fore copulatiorem. sed et tu vigilantiae suae me id est famae meae statum causamque commenda. vereor autem, ne famem populi Romani theatralis caveae fragor insonet et infortunio meo publica deputetur esuries. sane hunc ipsum e vestigio ad portum mittere paro, quia conperi naves quinque Brundisio profectas cum speciebus tritici ac mellis ostia Tiberina tetigisse, quarum onera expectationi plebis, si quid strenue gerit, raptim faciet offerri, commendaturus se mihi, me populo, utrumque tibi. vale.

XI.

SIDONIUS MONTIO SUO SALUTEM.

1 Petis tibi, vir disertissime, Sequanos tuos expetituro satiram nescio quam, si sit a nobis perscripta, transmitti. quod quidem te postulasse demiror; non enim sanctum est, ut de moribus amici cito perperam sentias. huic eram thomati scilicet incubaturus id iam agens otii idque habens aevi, quod iuvenem militantemque dictasse praesumptiosum fuisset, publicasse autem periculosum? cui namque grammaticum vel salutanti Calaber ille non dixit:

> 'si mala condiderit in quem quis carmina, ius est
> iudiciumque?'

2 sed ne quid ultra tu de sodali simile credas, quid fuerit illud, quod me sinistrae rumor ac fumus opinionis afflavit, longius paulo sed ab origine exponam. temporibus Augusti Maioriani venit in medium charta comitatum, sed carens indice, versuum plena satiricorum mordacium, sane qui satis invectivaliter abusi nominum nuditate carpebant plurimum vitia, plus homines. inter haec fremere Arelatenses, quo loci res agebatur, et quaerere, quem poetarum publici furoris merito pondus urgeret, his maxime auctoribus,
3 quos notis certis auctor incertus exacerbaverat. accidit casu, ut Catullinus inlustris tunc ab Arvernis illo veniret, cum semper mihi tum praecipue commilitio recenti familiaris. saepe enim cives magis amicos peregrinatio facit. igitur insidias nescienti tam Paeonius quam Bigerrus has tetenderunt, ut plurimis coram tamquam ab incauto sciscitarentur, hoc novum carmen an recognosceret. et ille: 'si dixeritis'. cumque frusta diversa quasi per iocum effunderent, solvitur Catullinus in risum intempestivoque suffragio clamare

---

17 Horat. sat. II, 1, 82 sq.

1 amicicia *CF* tuta praesumere *C*, praesumere vita *L* illaesa *om. spat. 7 litt. vac. L* noticiam *CF* 2 et *om. F* *inde ab* amplector *epist. exitus praeter* ra expec . . . ue gerit raptim fa . . turus se mihi me populo *def. in F* 4 causamque *LMTP*, famamque *C* 6 comperi *MTCP* brundusio *L* 7 hostia *MC* tyberina *C* honera *C* 8 strenuae *C* egerit *T* michi *C* 11 dissertissime (*pr.* s *eras.* C^2) *C* satyram *TF* 13 sencias *C* 14 militatemque C^1 15 praesumptiosum (o *in ras.* M^1) *M*, praesumptuosum *F*, praesumtiosum *L* nanque *M* grammatico *F* 19 quo *Colvius* 21 carta *CF*, cartha *L* 22 satyricorum *MTF*, *om. praeter* orum *spat. 7 litt. vac. L* mordatium *F* invectualiter F^2, invectivaliter (iva *in ras.* M^2) *M* ....nudi te (*4 litt. eras.* P^2, te *corr. ex* ta P^1) *P* 23 inter haec *LMTCP*, interea *F* agitabatur *P* 25 accidat T^2 *ante* illustris *leg.* vir *in T, fort. recte* illustris *MTCFP* michi *C* 27 enim cives . . . . 29 recognos *praeter* facit . . . nius quam bi . . . . . mis coram tanquam . . . . tur hoc novum *def. in F* facit igitur *om. spat. 9 litt. vac. L* 28 plurimis (is *in ras.* M^2) *M* 29 *post* si *leg.* inquit *in F* cumque frusta *def. in F* frustra (r *eras.* M^2) *MTC* 30 effunderet P^1, diffunderent *C, praeter* diffunde *def. in F*

Digitized by Google

coepit dignum poema, quod perennandum apicibus auratis iuste tabula rostralis acci-
peret aut etiam Capitolina. Paeonius exarsit, cui satiricus ille morsum dentis igniti 4
avidius impresserat, atque ad adstantes circulatores: 'iniuriae communis', inquit, 'iam
reum inveni. videtis ut Catullinus deperit risu: apparet ei nota memorari. nam quae
5 causa festinam compulit praecipitare sententiam, nisi quod iam tenet totum qui de
parte sic iudicat? atqui Sidonius nunc in Arverno est: unde colligitur auctore illo,
isto auditore rem textam.' itur in furias inque convicia absentis nescientis innocen-
tisque; conscientiae, fidei, quaestioni nil reservatur. sic levis turbae facilitatem, qua
voluit, traxit persona popularis. erat enim ipse Paeonius populi totus, qui tribuniciis 5
10 flatibus crebro seditionum pelagus impelleret. ceterum si requisisses: 'qui genus,
unde domo?', non eminentius quam municipaliter natus quemque inter initia cognosci
claritas vitrici magis quam patris fecerat, identidem tamen per fas nefasque crescere
affectans pecuniaeque per avaritiam parcus, per ambitum prodigus. namque ut
familiae superiori per filiam saltim quamquam honestissimam iungeretur, contra rigo-
15 rem civici moris splendidam, ut ferunt, dotem Chremes noster Pamphilo suo dixerat.
cumque de capessendo diademate coniuratio Marcelliana coqueretur, nobilium iuven- 6
tuti signiferum sese in factione praebuerat, homo adhuc novus in senectute, donec
aliquando propter experimenta felicis audaciae natalium eius obscuritati dedit hiantis
interregni rima fulgorem. nam vacante aula turbataque republica solus inventus est,
20 qui ad Gallias administrandas fascibus prius quam codicillis ausus accingi mensibus
multis tribunal inlustrium potestatum spectabilis praefectus escenderet, anno peracto
militiae extremae terminum circa vix honoratus, numerariorum more seu potius ad-
vocatorum, quorum cum finiuntur actiones, tunc incipiunt dignitates. igitur iste sic prae- 7
fectorius, sic senator, cuius moribus quod praeconia competentia non ex asse persolvo,
25 generi sui moribus debeo, multorum plus quam bonorum odia commovit adhuc ignoranti
mihi, adhuc amico, tamquam saeculo meo canere solus versu valerem. venio Arelate, nil
adhuc (unde enim?) suspicans, quamquam putarer ab inimicis non affuturus, ac principe

---

10 Vergil. VIII, 114.

1 perennandum (*alt.* n *in ras.* M^2) *M* rostrodis *corr. in* rostralis T^2 2 at *M*[1], aut *corr. ex* and C^2 satyricus *LTF* 3 avidus F^2 P^1 astantes *MCP* circulatores T^2 inquit communis *T* 4 atullian' *T*, catullin' *s. l. add.* T^2 apparet . . . . 6 iudicat *om. T, add. in marg.* T^2 6 atqui *Mohirus*, itaque *LMTCFP* Sydonius *F* 7 textam *in ras.* P^1 convitia *TCF* 8 traxit *scripsi*, & traxit *L*, contraxit *MTCFP, an* quo voluit, attraxit? 9 paona popularis *in ras.* M^1 poenius *corr. in* peonius F^2 tribunitiis *MCF* 10 reliquisses C^1 11 aeminencius *C* inicia *C* 12 victrici *F* fecerit quam patris *F* fecerat *Wouwerenus*, fecerit *LMTCFP* idempnitidē F^1 13 peccuniaeque *C* avariciam *MC* nanque *M* 14 saltē *F* quanquam *LF* *pro* iungeretur *post spat. 5 litt. vac. leg.* ngere *in L* contra *LMTFP*, cętera *C* 16 marcellana *LMTFP* coqueretur *C*, ł conquereretur *s. l. add.* C^1 17 donec . . . . 20 priusquam *praeter* tie nata . . . . . interregni rim . . . . la turbataque repu . . . . ad gallias administra *def. in F* 18 aliquado C^1 audatiae *MCF* obscuritatis (s *eras.* C^1) *C* 19 *post* interregni *repetivit* eius *C* republica *LMTFP*, R. P. *C* 20 āministrandas *LM* codicellis *MTCFP* 21 multis tribunal *praeter* nal *def. in F* illustrium *MTCFP* praefectus *def. in F* ascenderet *MTCFP* 22 miliciae *MC* extremae militiae *CFP* 23 incipiunt *T*, ł ipediūt *s. l. add.* T^2 *post* dignitates *spat. 7 litt. vac. in L* iste *LMTFP*, ille *C* 25 generis (s *exp.* F^1) *FP* adhoc *C* 26 michi *C* adhoc *C* arelatem *MTCFP* nil adhuc suspicans unde enim *T*, suspicans nil adhuc unde enim *P, sed alterum* suspicans *add. in marg. et post* enim *inseri iussit m. 3 in P* 27 quanquam *LF*

Digitized by Google

post diem viso in forum ex more descendo. quod ubi visum est, ilico expavit, ut ait ille, nil fortiter ausa seditio. alii tamen mihi plus quam deceret ad genua provolvi; alii, ne salutarent, fugere post statuas, occuli post columnas; alii tristes vultuosique
8 iunctis mihi lateribus incedere. hic ego, quid sibi haec vellet in illis superbiae nimiae, nimiae in istis humilitatis forma, mirari nec ultro tamen causas interrogare, cum sub- 5
ornatus unus e turba factiosorum dat sese mihi consalutandum. tum procedente sermone: 'cernis hos?' inquit. et ego: 'video', inquam, 'gestusque eorum miror equidem nec admiror'. ad haec noster interpres: 'ut satirographum te', inquit, 'aut exsecrantur aut reformidant'. 'unde? cur? quando?' respondi: 'quis crimen agnovit? quis detulit? quis probavit?' moxque subridens: 'perge', inquam, 'amice, nisi molestum est, et 10
tumescentes nomine meo consulere dignare, utrumnam ille delator aut index, qui satiram me scripsisse confinxit, et perscripsisse confinxerit; unde forte sit tutius, si
9 retractabunt, ut superbire desistant'. quod ubi nuntius rettulit, protinus cuncti non modeste neque singuli sed propere et catervatim oscula ac dexteras mihi dederunt. solus Curio meus, in transfugarum perfidiam invectus, cum advesperasceret, per cathe- 15
10 drarios servos vispillonibus tetriores domum raptus ac reportatus est. postridie iussit Augustus, ut epulo suo circensibus ludis interessemus. primus iacebat cornu sinistro consul ordinarius Severinus, vir inter ingentes principum motus atque inaequalem reipublicae statum gratiae semper aequalis; iuxta eum Magnus, olim ex praefecto, nuper ex consule, par honoribus persona geminatis, recumbente post se Camillo, filio fratris, 20
qui duabus dignitatibus et ipse decursis pariter ornaverat proconsulatum patris, patrui consulatum; Paeonius hinc propter atque hinc Athenius, homo litium temporumque varietatibus exercitatus. hunc sequebatur Gratianensis, omni ab infamia vir sequestrandus, qui Severinum sicut honore postibat, ita favore praecesserat. ultimus ego
11 iacebam, qua purpurati latus laevum margine in dextro porrigebatur. edulium multa 25
parte finita Caesaris ad consulem sermo dirigitur, isque succinctus; inde devolvitur ad consularem; cum quo saepe repetitus, quia de litteris factus, ad virum inlustrem Camillum ex occasione transfertur in tantum, ut diceret princeps: 'vere habes patruum, frater Camillo, propter quem me familiae tuae consulatum unum gratuler contulisse.'

---

2 Lucan. V, 322 sq.

1 discendo *L* illico *F* 2 michi *C, s. l. add. T*[2] 3 oculi C columpnas *F* voltuosisque ••••••• (*post.* s *et* 7 *litt. fort.* iunctis *eras. P*[2]) *P* 4 iunctisq; *F* michi *C* hoc *C* 5 nimiae *om. MCFP* *post* cum *leg.* subito *in T, fort. recte* 6 michi *C* 8 ammiror *LM* satirografum *P*, satyrographum *MT*, satyrografum *L* execrantur *LTCFP* 11 delator illo *CF* 12 satyram *LMT* scribsisse *L* confinxit . . . . 19 magnus *praeter* o circensibus . . . . . cornu sinistro . . . . . vir inter gns (*corr.* F^2) principum . . . . . rei publice statum . . . . semper eq . . . . nus *def. in F* confinxit et perscripsisse *om. C* coñfinxit *corr. ex* confingit L^1 perscribsisse *L* confixerit (xe *in ras.* M^2) *MP* 13 supbire *corr. ex* subbire C^1 nuncius *MC* retulit (it *in ras.* P^1) *MTCFP* 14 dextras *TC*, destras *P* michi *C* 15 chatedrarios *C* 16 *pro* servos *post spat.* 5 *litt. vac.* rvos *leg. in L* vispillionibus *C* *ex* tetriores *spat.* 3 *litt. vac. prior.* t *om. L* 18 gentes (*corr. in* gentes F^2 P^1) *CFP* motus *corr. in* notus C^2 reipublicae *LMFP*, reip. *T*, R. P. *C* 20 par honoribus *praeter* noribus *def. in F* fratris filio *C* 22 poenius *corr. in* peonius F^2 23 infamia *in ras.* M^1, *var. lect., quam s. l. add.* M^1, *eras.* M^2, infamia ut a infancia (ut *et* b *add. m.* 3) *P* 25 qua (a *in ras.* M^2) *M* laevum latus *CF* edulii *F* 26 dirigitur sermo *T* devolvitur *corr. ex* devolvetur *C* 27 saepe *MTCFP*, se *L* repetitus (rep *in ras.* M^2) *M* illustrem *MTCFP* 28 princeps *C* 29 gratulor *T*

Digitized by Google

tunc ille, qui simile aliquid optaret, tempore invento: 'non unum', inquit, 'domine Auguste, sed primum.' summo fragore, ut nec Augusti reverentia obsisteret, excepta sententia est. inde nescio quid Athenium interrogans superiectum Paeonium com- 12
pellatio Augusta praeteriit, casu an industria ignoro. quod cum turpiter Paeonius
5 aegre tulisset, quod fuit turpius, compellato tacente respondit. subrisit Augustus, ut erat auctoritate servata, cum se communioni dedisset, ioci plenus, per quem cachinnum non minus obtigit Athenio vindictae, quam contigisset iniuriae. colligit itaque sese trebacissimus senex et, ut semper intrinsecus aestu pudoris excoquebatur, cur sibi Paeonius anteferretur: 'non miror,' inquit, 'Auguste, si mihi standi locum praeripere
10 conetur qui tibi invadere non erubescit loquendi.' et vir illustris Gratianensis: 'multus', 13
inquit, 'hoc iurgio satiricis campus aperitur.' hic imperator ad me cervice conversa: 'audio', ait, 'comes Sidoni, quod satiram scribas.' 'et ego', inquam, 'hoc audio, domine princeps.' tunc ille, sed ridens: 'parce vel nobis.' 'at ego', inquam, 'quod ab inlicitis tempero, mihi parco.' post quae ille: 'et quid faciemus his', inquit, 'qui
15 te lacessunt?' et ego: 'quisquis est iste, domine imperator, publice accuset: si redarguimur, debita luamus supplicia convicti; ceterum obiecta si non inprobabiliter cassaverimus, oro, ut indultu clementiae tuae praeter iuris iniuriam in accusatorem meum quae volo scribam.' ad haec ipse Paeonium conspicatus nutu coepit consulere nutantem, 14
placeretne condicio. sed cum ille confusus reticuisset princepsque consuleret erube-
20 scenti, ait: 'annuo postulatis, si hoc ipsum e vestigio versibus petas.' 'fiat', inquam; retrorsumque conversus, tamquam aquam manibus poscerem, tantumque remoratus, quantum stibadii circulum celerantia ministeria percurrunt, cubitum toro reddidi. et imperator: 'spoponderas te licentiam scribendae satirae versibus subitis postulaturum.' et ego:

25 'scribere me satiram qui culpat, maxime princeps,
hanc rogo decernas aut probet aut timeat.'

secutus est fragor, nisi quod dico iactantia est, par Camillano, quem quidem non 15
tam carminis dignitas quam temporis brevitas meruit. et princeps: 'deum testor et statum publicum, me de cetero numquam prohibiturum, quin quae velis scribas, quippe
30 cum tibi crimen impactum probari nullo modo possit; simul et periniurium est sen-

---

1 obtaret (b *corr. in* p C^1) *C*, poptaret F^1 2 *post* fragore *leg.* ita *in T, fort. recte* augusta obsisteret reverentia *T* exparte (cepta) T^2 3 sentencia *C* poenium *corr. in* peonium F^2 inīrogatio *T*, 1 9pellatio *s. l. add.* T^2 4 praeterit C^1 poenius *corr. in* peonius F^2 5 compellatio (i *eras.* C^1) *C* respondit .... 12 sidoni *praeter* iurgio campus *(sic)* ..... cervice conver ..... oni *def. in F* 6 communione (i) M^1 perq; cachinnum *T* 7 optigit *L*, obtigit (ob *in ras.* P^1) *MP*, attigit *TC* atthenio *C* 8 traebacissimus *LT* 9 michi *C* 10 *ex* erubescit *spat. 3 litt. vac.* cit *om. L* vir (r *ut v. eras.* L^2) *(spat. 7 litt. vac.)* ustris *L* gracianensis *C* multis *T* 11 satyricis *T*, satyris *L* hic me T^2 12 satyram (*corr. ex* satiram M^1) *LMTP* et ego inquam *def. in F* 13 princebs *C* tunc illo *def. in F* set ridens *F*, subridens *CT* vel *LMTFP*, ait *C* 14 illicitis *MTCFP* michi *C* inquid (inquit *T*) his *TC* 15 lascessunt *F* ēs *corr. ex* es F^1 iste *om. F* 16 convictis *L* si *s. l. add.* F^2 cassaverimus non improbabiliter *C* improbabiliter *MTCFP* 17 clemenciae *C* 19 conditio *F* princebsque *C* 22 stipadii *LTCFP* thoro *MCF* 23 spoponderas (ras *in ras.* P^2) *P* licenciam *C* satirae scribende *C* satyrae *LMTF* 25 .cribere *C* satyram *LMTF* princebs *C* 26 .anc *C* 27 sequutus *LC* 28 princebs *C* 29 publicam *C* mi *L* cereto *T*, cetō *s. l. add.* T^2 ñquam *TP*, ñq *F* prohibiturum .... 30 sententiam *praeter* quippe ... modo possit *def. in F* quia tecum *L* 30 crimen impactum *om. spat. 8 litt. vac. L, s. l. add.* T^2 periurium (*corr. in* periurium M^1) *MC* sentenciam *C*

Digitized by Google

tentiam purpurati tribuere privatis hoc simultatibus, ut innocens ac secura nobilitas propter odia certa crimine incerto periclitetur.' ad hanc ipse sententiam cum verecunde capite demisso gratias agerem, contionatoris mei coeperunt ora pallere, in quae paulo ante post iram tristitia successerat; nec satis defuit, quin gelarent tamquam ad
16 exertum praebere cervices iussa mucronem. vix post haec alia pauca: surreximus. paululum ab aspectu imperatoris processeramus atque etiamnunc chlamydibus induebamur, cum mihi consul ad pectus, praefectorii ad manus cadere, ipse ille meus amicus crebro et abiecte miserantibus cunctis humiliari, ita ut timerem, ne mihi invidiam supplicando moveret, quam criminando non concitaverat. dixi ad extremum pressus oratu procerum conglobatorum sciret conatibus suis versu nil reponendum, derogare actibus meis in posterum tamen si pepercisset; etenim sufficere debere, quod
17 satirae obiectio famam mihi parasset, [sed] sibi infamiam. in summa perculi quidem, domine maior, non assertorem calumniae tantum quantum murmuratorem. sed cum mihi sic satisfactum est, ut pectori meo pro reatu eius tot potestatum dignitatumque culmina et iura summitterentur, fateor exordium contumeliae talis tanti fuisse, cui finis gloria fuit. vale.

---

1 privatis .... 2 periclitetur *praeter* bus ut innocens ac ..... propter odia certa crimine in *def. in F* innocens *T*, ignoscens *s. l. add.* T^2 2 hodia *C* sentenciam *C* cun *ex* verecunde *def. in F* 3 concionatoris *MCF* 4 tristicia *CF* 5 dexertum F^1 *ex* mucronem *poster.* m *spat. vac. om. L* alia pauca sur *spat. 10 litt. vac. om. L* 6 paulum *T* clamydibus *C*, clamidibus *LMTFP* 7 michi *C* pretorii *C* ille meus ipse *C* reus (me' *s. l. add.* T^2) *LT* 8 amicis *T* michi *C* 9 q *corr. ex* q T^2 10 ,poe..rum *corr. ex* pceterum *ut v.* P^1 11 pepecisset C^1 deberet *C* 12 satyrae *LMTF* michi *C* mihi famam *T* sed *vulgo secl.* perculi *Wilamowitzius*, pertuli *LMTCFP* 13 calumpniae *CF* murmoratorem *L* 15 submitterentur *C* 16 fu•it (r *ut v. eras.* C^2) *C* vale *om. TF* G. SOLLII APOLLINARIS LIBER PRIMVS EXPLICIT INCIPIT LIBER SECVNDVS *in ras. partim nigro partim rubro atram. subscr.* L^1, GAII SOLLII APOLLINARIS SIDONII EPŁARV̄ LIBER PRIM' EXPLICIT. INCIPIT LIB̄ SĒDS *M*, GAII. SOLLII. APOLLINARIS. SIDONII. LIB̄ PM' EXPLICIT. INCIP̄ SCdS *T*, Gai Sollii Apollinaris Modesti Sidonii arvernorum epi lib̄ I explicit. incipit lib̄ II. *subscr. rubric. in C*, Gaii soli apolinaris Sidonii eplarum lib I'. explicit. Incip. II' *F*, Gaii Solli APollinaris Sidonii Eplarū liber. Primus ExPlicit. Incipit Secundus *P*

Digitized by Google

GAI SOLLII
APOLLINARIS SIDONII
EPISTULARUM
LIBER SECUNDUS.

I.

SIDONIUS ECDICIO SUO SALUTEM.

Duo nunc pariter mala sustinent Arverni tui. 'quaenam?' inquis. praesentiam 1
Seronati et absentiam tuam. Seronati, inquam: de cuius ut primum etiam nomine
loquar, sic mihi videtur quasi praescia futurorum lusisse fortuna, sicuti ex adverso
5 maiores nostri proelia, quibus nihil est foedius, bella dixerunt; quippe etiam pari
contrarietate fata, quia non parcerent, Parcas vocitavere. rediit iste Catilina saeculi
nostri nuper Aturribus, ut sanguinem fortunasque miserorum, quas ibi ex parte propi-
naverat, hic ex asse misceret. scitote in eo per dies spiritum diu dissimulati furoris 2
aperiri: aperte invidet, abiecte fingit, serviliter superbit; indicit ut dominus, exigit ut
10 tyrannus, addicit ut iudex, calumniatur ut barbarus; toto die a metu armatus, ab avaritia
ieiunus, a cupiditate terribilis, a vanitate crudelis, non cessat simul furta vel punire vel
facere; palam et ridentibus convocatis ructat inter cives pugnas, inter barbaros litteras;
epistulas, ne primis quidem apicibus sufficienter initiatus, publice a iactantia dictat,
ab impudentia emendat; totum quod concupiscit quasi comparat nec dat pretia con- 3
15 temnens nec accipit instrumenta desperans; in concilio iubet in consilio tacet, in
ecclesia iocatur in convivio praedicat, in cubiculo damnat in quaestione dormitat; implet
cotidie silvas fugientibus villas hostibus, altaria reis carceres clericis; exultans Gothis

---

1 Hecdicio *C*, Hecditio *P*, hęcdicio *M*, hic dicio *F* 2 . uo *C* tui arverni (*pr.* r *s. l. add.* F^1) *MCFP* 3 $\overline{\text{j}}$ *s. l. add.* T^2 4 michi *C* quasi (*unam litt. eras.* C^2) *C* praescia *s. l. add.* P^1 5 nichil *MC*, nl *F* quippe *scripsi*, quique *LMTCF*, qui ∘ que (*unam litt. eras.* P^1) *P* 6 fata quia *in ras.* M^2, fata que *F* iste *scripsi*, ipse *LMTCFP* catillina *L* *ex* saeculi *spat. vac.* uli *om. L* 7 nri scli *M*, *sed ord. mut.* M^1 aṇturribus F^1, *om. spat. 11 litt. vac. L* qua *M* ¹ ibi *LF*, ille ibi *MTCP*, illic sibi *Mohrius* 8 diu *s. l. add.* T^2 *post* dissimulati *3 litt. eras.* P^1 9 indigit *L* 10 tirannus *C* calumpniatur *MCF* tota *MFP* 13 iniciatus *MC* iactancia *CF* 14 impudencia *C* comparat nec (p *corr. ex* p *et* rat n *in ras.* P^1) *P* precia *MCF* contempnens *MCF* 15 disperans *L*, despiciens *Mommsenus* 16 iocatur in ęccla *C* dampnat *MCF* 17 hospitibus *MTP*, hostib' *s. l. add.* T^2

Digitized by Google

insultansque Romanis, inludens praefectis conludensque numerariis, leges Theodosianas
4 calcans Theodoricianasque proponens veteres culpas, nova tributa perquirit. proinde
moras tuas citus explica et quicquid illud est, quod te retentat, incide. te exspectat
palpitantium civium extrema libertas. quicquid sperandum, quicquid desperandum est,
fieri te medio, te praesule placet. si nullae a republica vires, nulla praesidia, si nullae, 5
quantum rumor est, Anthemii principis opes, statuit te auctore nobilitas seu patriam
dimittere seu capillos. vale.

II.

SIDONIUS DOMITIO SUO SALUTEM.

1 Rubi me esse causaris, cum mihi potius queri suppetat te nunc urbe retineri.
iam ver decedit aestati et per lineas sol altatus extremas in axem Scythicum radio 10
peregrinante porrigitur. hic quid de regionis nostrae climate loquar? cuius spatia
divinum sic tetendit opificium, ut magis vaporibus orbis occidui subiceremur. quid
plura? mundus incanduit: glacies Alpina deletur et hiulcis arentium rimarum flexibus
terra perscribitur; squalet glarea in vadis, limus in ripis, pulvis in campis; aqua ipsa
quaecumque perpetuo labens tractu cunctante languescit, iam non solum calet unda 15
2 sed coquitur. et nunc, dum in carbaso sudat unus, alter in bombyce, tu endromidatus
exterius, intrinsecus fasciatus, insuper et concava municipis Amerini sede compressus
discipulis non aestu minus quam timore pallentibus exponere oscitabundus ordiris:
'Samia mihi mater fuit.' quin tu mage, si quid tibi salubre cordi, raptim sub-
duceris anhelantibus angustiis civitatis et contubernio nostro aventer insertus fallis 20
3 clementissimo recessu inclementiam canicularem? sane si placet, quis sit agri, in
quem vocaris, situs accipe. Avitaci sumus: nomen hoc praedio, quod, quia uxorium,
patrio mihi dulcius. haec mihi cum meis praesule deo, nisi quid tu fascinum verere,

---

19 Terent. eunuch. I, 2, 27 (107).

1 insultans (*om.* que) *T* illudens *T*, illudensque *MCFP* colludensque *MTCFP* numerariis (is *in ras.* P^1) *P* legens *ita ut* s *ad corrigendam* n *litt. addita videatur L* theudosianas *L* 2 theudoricianasque *LM*, teudoricianasque *P*, theudericianasque *C*, theodicianasque *T*, theodotianasque *F* veras C^1 3 quidquid *T* quicquid est illud *C* expectat *MTCFP* 4 palpitancium *C* quidquid *bis T* disperandum *L* 5 in medio F^1 praesule (prae *in ras.* P^1) *P* nullas respublica *T* r p *M*, r. p. *CP* 6 est *om. C* athemei (*post.* e *corr. in* i F^2) *F* 7 seu *s. l. add.* C^1 capillo *L* vale *om. F* 9 *post* me *duas litt. induxit* C^1, *eras.* C^2 michi *C* 10 lineas (eas *in ras.* P^1) *P* *ante* extremas *8 litt.* (*ut. v.* extremas) *eras.* C^2 scithicum *MC*, *praeter* thicum *def. in F*, sciticum *praeter* icum *in ras.* P^1 11 spatiũ *T* 12 opificum F^2, bnficiũ *T*, ł opificiũ *s. l. add.* T^2 subiaceremur *C* 13 glaties *C* 14 describitur *C* squalet *spat. 6 litt. vac. om. L*, *praeter* s *et* let *in ras. P* glarea *praeter* gla *def. in F* vadi *L* limus in *spat. 8 litt. vac. om. L* aqua *MTCFP*, ea *L* 15 iam *LMTCP*, ꝛ *F*, *fort. recte.* calcet (*alt.* c *eras.* C^2) *C* 16 carboso *C* bombice (om *in ras.* P^1) *MCFP* tu *s. l. add.* P^1 endrodimatus *C* 17 fasceatus *LTCFP et in ras.* M^2 municipi samerini *L*, municipii amerini *C*, municipii camerini (camerini *in ras.* P^1) *MFP* 18 discipuls M^1 19 michi *C* subduceris *M*, ł succidis *s. l. add.* M^1, succedis (e *corr. in* i T^2) *T*, ł subduceri *s. l. add.* T^2 20 anelantibus *F*, anelantibus M^1, anhellantibus *L* angustiis (iis *in ras.* P^1) *P* conturbernio *M* audenter *C* 21 inclemenciam *C* placitum *LT*, *an* placet, iam ? qui *L* 22 avitacti *C*, advitaci *P* nomen (no *in ras.* P^1) *P* 23 michi *C* *post* dulcius *s. l. add.* ÷ *ut v.* M^1 michi *C*

Digitized by Google

concordia. mons ab occasu, quamquam terrenus, arduus tamen inferiores sibi colles tamquam gemino fomite effundit, quattuor a se circiter iugerum latitudine abductos. sed donec domicilio competens vestibuli campus aperitur, mediam vallem rectis tractibus prosequuntur latera clivorum usque in marginem villae, quae in Borean Austrumque conversis frontibus tenditur. balineum ab Africo radicibus nemorosae 4
rupis adhaerescit et si caedua per iugum silva truncetur, in ora fornacis lapsu velut spontaneo deciduis struibus impingitur. hinc aquarum surgit cella coctilium, quae consequenti unguentariae spatii parilitate conquadrat excepto solii capacis hemicyclio, ubi et vis undae ferventis per parietem foraminatum flexilis plumbi meatibus inplicita singultat. intra conclave succensum solidus dies et haec abundantia lucis inclusae, ut verecundos quosque compellat aliquid se plus putare quam nudos. hinc frigidaria dilatatur, quae piscinas publicis operibus extructas non impudenter 5
aemularetur. primum tecti apice in conum cacuminato, cum ab angulis quadrifariam concurrentia dorsa cristarum tegulis interiacentibus imbricarentur, ita ut ministeriorum sese non impediente famulatu tot possit recipere sellas, quot solet sigma personas, fenestras e regione conditor binas confinio camerae pendentis admovit, ut suspicientum visui fabrefactum lacunar aperiret. interior parietum facies solo levigati caementi candore contenta est. non hic per nudam 6
pictorum corporum pulchritudinem turpis prostat historia, quae sicut ornat artem, sic devenustat artificem. absunt ridiculi vestitu et vultibus histriones pigmentis multicoloribus Philistionis supellectilem mentientes. absunt lubrici tortuosique pugilatu et nexibus palaestritae, quorum etiam viventum luctas, si involvantur obscenius, casta confestim gymnasiarchorum virga dissolvit. quid plura? nihil illis 7
paginis impressum reperietur, quod non vidisse sit sanctius. pauci tamen versiculi lectorem adventicium remorabuntur minime improbo temperamento, quia eos nec relegisse desiderio est nec perlegisse fastidio. iam, si marmora inquiras, non illic

---

1 *post* concordia *s. l. add.* ÷ *ut v.* M^1 T^2 terrenis F^1 2 quatuor *F* abductos (ab *in ras.* P^1) *P*, obductos (t ad *add. in marg.* T^2) *T* 3 domicilio (o *extr. in ras.* M^1) *M* 4 prosequntur *TF*, prosecuntur *MP* in *s. l. add.* T^2 boream *TCFP* 5 balneum *MCFP*, balmeum T^2 affrico *MC* 6 velud *F* 7 striuibus (i *prior. eras.* C^1) inpingitur *C* 8 spacii *MC* soli (*alt.* i *s. l. add.* F^2) *TF* emiciclio *MF*, emiclio *C* 9 ubi et vis undae *spat. 9 litt. vac. om. L* et vis *M*, l aeni *s. l. add.* M^2 undę M^2, uñ *corr. in* un T^2 fervētis *s. l. add.* T^2 implicita *MTCF* 10 singultat *praeter* singul *def. in F* inter *TCF* habundantia *F*, abundancia *C* 12 exstructas *M*, instructas *T* inpudenter *C* 13 aemuletur *T*, *fort. recte* cacuminato *praeter* uminato *def. in F* 14 concurrencia *C* 15 impe-diente P^2 possis *P* quod *LP* solii *Sirmondus* 16 simma *LMTCP*, symma *F* *post* personas *ins.* ipsa vero convenientibus mensuris exactissima spatiositate quadratur *Vaticanus Reginae 216, Philippici 1685 et 3671 aliique* pendentes *TF* 17 ammovit *LT* suspicientium *CF* lucunar *L* apperiret *C* patrietum (*pr.* t *eras.* C^1) *C* 19 pulcritudinem *TCFP* turb *F* hystoria *F* 20 vultu *T* pygmentis *L* 21 multis coloribus (*pr.* s *eras.* P^2) *P* suppellectilem *LTCFP* pugillatu *MTCFP* 22 et *in ras.* P^1 palestratae M^1 ꝯ *corr. in* ꝯ T^2 23 gimnasiarcborum *MCF*, gimmasiarchorum *P*, gynnasiarchorum *T* nichil *MCF* 24 repperietur (*pr.* p *eras.* M^2) *MF*, reperetur P^1 santius *C* tamen *om. CF* 25 adventitium *MC*, aventitium P^1 temperamento improbo *P* 26 fastigio F^1 iamque marmora (*om.* si) *F*

Digitized by Google

quidem Paros Carystos Proconnesos, Phryges Numidae Spartiatae rupium variatarum posuere crustas; neque per scopulos Aethiopicos et abrupta purpurea genuino fucata conchylio sparsum mihi saxa furfurem mentiuntur. sed etsi nullo peregrinarum cautium rigore ditamur, habent tamen tuguria seu mapalia mea civicum frigus. quin potius
8 quid habeamus quam quid non habeamus ausculta. huic basilicae appendix piscina forinsecus seu, si graecari mavis, baptisterium ab oriente conectitur, quod viginti circiter modiorum milia capit. huc elautis e calore venientibus triplex medii parietis aditus per arcuata intervalla reseratur. nec pilae sunt mediae sed columnae, quas architecti peritiores aedificiorum purpuras nuncupavere. in hanc ergo piscinam fluvium de supercilio montis elicitum canalibusque circumactis per exteriora natatoriae latera curvatum sex fistulae prominentes leonum simulatis capitibus effundunt, quae temere ingressis veras dentium crates, meros oculorum furores, certas cervicum iubas imagina-
9 buntur. hic si dominum seu domestica seu hospitalis turba circumstet, quia prae strepitu caduci fluminis mutuae vocum vices minus intelleguntur, in aurem sibi populus confabulatur; ita sonitu pressus alieno ridiculum affectat publicus sermo secretum. hinc egressis frons triclinii matronalis offertur, cui continuatur vicinante textrino cella
10 penaria discriminata tantum pariete castrensi. ab ortu lacum porticus intuetur, magis rotundatis fulta † collyriis quam columnis invidiosa monolithis. a parte vestibuli longitudo tecta intrinsecus patet mediis non interpellata parietibus, quae, quia nihil ipsa prospectat, etsi non hippodromus, saltim cryptoporticus meo mihi iure vocitabitur. haec tamen aliquid spatio suo in extimo deambulacri capite defrudans efficit membrum bene frigidum, ubi publico lectisternio extructo clientularum sive nutricum loquacissimus chorus receptui canit, cum ego meique dormitorium cubiculum petierimus.
11 a cryptoporticu in hiemale triclinium venitur, quod arcuatili camino saepe ignis animatus pulla fuligine infecit. sed quid haec tibi, quem nunc ad focum minime invito?

---

1 pharos (h *eras.* C^2, *in ras. leg. in* P^1) *MCFP et s. l. add.* T^1, pos *T* charystos *L*, charistos *MCF*, caristos *TP* Proconnesos *Sirmondus*, proconysos *L*, proconissos *MTCFP* phriges *MTCFP* sparthiatae *TL*, sparciathae *C*, sparciatae *P* rapium C^1 2 abruta *CP* 3 conchilio *MTCFP* michi *C*, p *T* menciuntur *C* 4 *ante* tamen *alt.* tamen *in extr. versu eras.* L^2 turguria (*pr.* r *induxit* C^1) *C* mappalia *TF* 5 appendex *LMTCFP* 6 se F^1 grcari *C* complectitur *F* quid *L* 7 moeniorum *L* elautis *scripsi*, elutis *LMTCFP* e *om. Parisinus 2782 aliique, fort. recte* 8 arquata *LMP* sed *in ras.* P^1 columpnae *F* 9 purpuras *LMTFP*, absides ł piramides *C* nuncupare T^2 11 capitibus simulatis *T* 12 oeculorum *C* furores *om. spat. 5 litt. vac. L* cervicū (cū *in ras.* M^2) *M* imaginabunt *malim* 13 prae *LMTFP*, per *C* 14 vocum (c *in ras.* P^1) *P* vices (i *corr. ex* o P^1) *P* intelliguntur *MTCFP* 15 confabulabatur (ba *eras.* C^2) *C* ita ut F^1 16 fons T^2 17 lacū *corr. ex* lac' T^2 18 collyriis *LM*, colliriis *TCFP*, coluriis *Sirmondus* columpnis *F* invidiosa *s. l add.* T^2 monolithis *scripsi*, monobilibus *L*, monubilibus M^1, monubilibus *FP*, munibilibus *corr. ex* munubilibus C^2, volubilibus *T* 19 non *om. F*, ñ *s. l. add.* M^1 intpellata *T*, ł intpolata *s. l. add.* T^1 *post* quia *leg.* non *in CF*, non *add. s. l. ut v.* M^2 T^2 nichil *MC*, nl *F* 20 hipodromus *MCP*, hypodromus *T*, *fort. recte*, ypodromus *F* saltē *F* criptoporticus *MTCFP* michi *C* haec *LMTFP*, habet *C* 21 deābulacri (deā *in ras.* M^1) *M* defraudans (a *expunx.* P^2) *P* 22 lectisternio M^1 exstructo *TF* clientiarum *LMFP*, ł clientularū *s. l. add.* M^1 23 recentui *C* 24 a *LMCFP*, hac *T* criptoporticu (rticu *in ras.* P^1) *MTCFP* hiemale (hi *in ras.* P^1) *P* triclinium (cl *in ras.* P^1) *P* arquatili (*corr. in* arcuatili C^2) *LMCP*, aquili *F*, al arqtili *in marg. add.* F^2 25 infecit *praeter* in *in ras.* P^1

Digitized by Google

quin potius ad te tempusque pertinentia loquar. ex hoc triclinio fit in diaetam sive cenatiunculam transitus, cui fere totus lacus quaeque tota lacui patet. in hac stibadium et nitens abacus, in quorum aream sive suggestum a subiecta porticu sensim breviatis angustatisque gradibus escenditur. quo loci recumbens, si quid inter eden-
5 dum vacas, prospiciendi voluptatibus occuparis. iam si tibi ex illo conclamatissimo 12
fontium decocta referatur, videbis in calicibus repente perfusis nivalium maculas et frusta nebularum et illam lucem lubricam poculorum quadam quasi pinguedine subiti algoris hebetatam. tum respondentes poculis potiones, quarum rigentes cyathi siticuloso cuique, ne dicam tibi granditer abstemio, metuerentur. hinc iam spectabis, ut promoveat
10 alnum piscator in pelagus, ut stataria retia suberinis corticibus extendat aut signis per certa intervalla dispositis tractus funium librentur hamati, scilicet ut nocturnis per lacum excursibus rapacissimi salares in consanguineas agantur insidias: quid enim hinc congruentius dixerim, cum piscis pisce decipitur? edulibus terminatis excipiet te deversorium, 13
quia minime aestuosum, maxime aestivum. nam per hoc, quod in Aquilonem solum
15 patescit, habet diem, non habet solem, interiecto consistorio perangusto, ubi somnulentiae cubiculariorum dormitandi potius quam dormiendi locus est. hic iam quam volupe auri- 14
bus insonare cicadas meridie concrepantes, ranas crepusculo incumbente blaterantes, cygnos atque anseres concubia nocte clangentes, intempesta gallos gallinacios concinentes, oscines corvos voce triplicata puniceam surgentis Aurorae facem consalutantes,
20 diluculo autem Philomelam inter frutices sibilantem. Prognen inter asseres minurientem! cui concentui licebit adiungas fistulae septiforis armentalem Camenam, quam saepe nocturnis carminum certaminibus insomnes nostrorum montium Tityri exercent, inter greges tinnibulatos per depasta buceta reboantes. quae tamen varia vocum cantuumque modulamina profundius confovendo sopori tuo lenocinabuntur. porticibus egresso, 15
25 si portum litoris petas, in area virenti vulgare quamquam non procul nemus: ingentes tiliae duae conexis frondibus, fomitibus abiunctis unam umbram non una radice conficiunt. in cuius opacitate, cum me meus Ecdicius inlustrat, pilae vacamus, sed hoc eo usque, donec arborum imago contractior intra spatium ramorum recussa cohibeatur atque illic aleatorium lassis consumpto sphaeristerio faciat. sed quia tibi, sicut aedi- 16

---

1 pertinencia *C* 2 stipadium *LMTCFP* 3 habacus *LT* suggestum (gg *corr. ex* bi P^1) *P* porticu (cu *in ras.* M^2) *M* *post* sensim *leg.* non *in TCFP, s. l. add. in M* 4 ascenditur *MCFP*, scandit *T*, ł ascendit *s. l. add.* T^1 5 prospitiendi *F* occupatus *L* si *s. l. add.* M^1 conclamantissimo F^1 6 repenpe F^2 7 frustra *(alt. r eras.* C^2*) C* pplorum F^2 8 cyati *P*, ciathi *T*, chiati *F*, scyathi *C* 9 spectab•• *(duas litt. eras.* P^1*) P* proveat *F* 10 staria T^2 subberinis *F* extendat *in ras.* M^1 ut M^1, aud *C* 11 libentur (b *corr. in* br F^2) *F* p lacū *s. l. add.* T^2 12 angantur F^1 hic *F* 13 picis *P* hedulibus (h *eras.* P^2) *P* diversorium (er *in ras.* M^2) *MTCFP* 15 patescit *praeter* p *et* cit *in ras.* P^1 de consistorio *C* somnolentiae *(alt.* o *in ras.* M^2*) MTP*, sompnolentiae *CF* 16 *post* volupe *s. l.* ✠ *add.* M^1 T^2 volupe auribus *praeter* vol *et* aur *in ras.* P^1 17 cycadas *F* rhanas *LM*, ranas *P* incumbente (in *in ras.* M^1) *M*, incubante *F* blatterantes *TFP* 18 cignos *MTCFP* gallinaceos *T*, gallinatios *MCFP* concientes P^1 20 filo mellā *L* prognem *LCF* asseres *T*, ł passeres *s. l. add.* T^1, anseres (*corr. in* asseres M^2) *MCF* minurrientem *L* 21 fistile *corr. in* fist•le F^1 septiformis *C*, septiforis *T*, *sed* foris *expunx. et* formi *in marg. add.* T^2 22 insompnes *F* titiri *MP*, tytiri *TCF* 23 tintinnabulatos *T* *post* tamen *5 litt. eras.* P^1 25 littoris *MTCFP* virenti vulgare *praeter* v *prior. in ras.* P^1 ingentę stiliae *L* 26 adiunctis *T* 27 hecdicius *TP*, hecditius *F*, hęcditius *M*, haecdicius *C* illustrat *MTCFP* s; ł eousq; *om. T, add. in marg.* T^2 28 imago *spat. 5 litt. vac. om. L* spacium *C* cohibeatur (hibe *in ras.* P^1) *P* 29 illinc *Wilamowitzius* consumto *L* speristerio *F*, spheristorio (h *eras.* C^2) *MTCP*

Digitized by Google

ficium solvi, sic lacum debeo, quod restat agnosce. lacus in Eurum defluus meat, eiusque harenis fundamenta impressa domicilii ventis motantibus aestuans umectat alluvio. is quidem sane circa principia sui solo palustri voraginosus et vestigio inspectoris inadibilis: ita limi bibuli pinguedo coalescit ambientibus sese fontibus algidis, litoribus algosis. attamen pelagi mobilis campus cumbulis late secatur pervagabilibus, si flabra posuere: si turbo austrinus insorduit, immane turgescit, ita ut arborum
17 comis, quae margini insistunt, superiectae asperginis fragor impluat. ipse autem secundum mensuras quas ferunt nauticas in decem et septem stadia procedit, fluvio intratus, qui salebratim saxorum obicibus affractus spumoso canescit impulsu et nec longum scopulis praecipitibus exemptus lacu conditur; quem fors fuat an incurrat an faciat, praeterit certe, coactus per cola subterranea deliquari, non ut fluctibus, sed ut piscibus pauperaretur; qui repulsi in gurgitem pigriorem carnes rubras albis abdominibus extendunt: ita illis nec redire valentibus nec exire permissis quen-
18 dam vivum et circumlaticium carcerem corpulentia facit. lacus ipse, qua dexter, incisus flexuosus nemorosusque, qua laevus, patens herbosus aequalis. aequor ab Africo viridc per litus, quia in undam fronde porrecta ut glareas aqua, sic aquas umbra perfundit. huiusmodi colorem ab oriente par silvarum corona continuat. per Arctoum latus ut pelago natura, sic species. a Zephyro plebeius et tumultuarius frutex frequenterque lemborum superlabentum ponderibus inflexus; hunc circa lubrici scirporum cirri plicantur simulque pingues ulvarum paginae natant salicumque glaucarum fota
19 semper dulcibus aquis amaritudo. in medio profundi brevis insula, ubi supra molares naturaliter aggeratos per impactorum puncta remorum navalibus trita gyris meta protuberat, ad quam se iucunda ludentum naufragia collidunt. nam moris istic fuit senioribus nostris agonem Drepanitanum Troianae superstitionis imitari. iam vero ager ipse, quamquam hoc supra debitum, diffusus in silvis pictus in pratis, pecorosus in
20 pascuis in pastoribus peculiosus. sed non amplius moror, ne, si longior stilo terminus, relegentem te autumnus inveniat. proinde mihi tribue veniendi celeritatem (nam redeundi moram tibi ipse praestabis), daturus hinc veniam, quod brevitatem sibi debitam paulo scrupulosior epistula excessit, dum totum ruris situm sollicita rimatur: quae

---

1 lacum (cum *in ras.* P^1) *P* 2 arenis *LMCP* impressa *CP* humectat (c *s. l. add.* P^1) *MTCFP* 3 alluvio *in ras.* P^1 plalustri (*prior.* l *eras.* P^2) *P* 4 *post* inadibilis *s. l. add.* + M^1 T^2 limi *corr. ex* limu L^1 montibus *L* 5 littoribus *MTCP* pelegi *C* cymbulis *MTP*, cimbulis *F*, cimbalis *C* 6 sit (t *indurit* L^1) *L* flag *corr. in* flabra T^1 austerinus *C* inmane *F* 7 superiectae (ie *in ras. corr. ut v. ex* ue *et* ł ue *s. l. add.* M^2) *M* asparginis *T* aut̄ *corr. ex* aud T^2 8 decim & septim *L* 9 intratur M^1, intrat' *corr. in* intrat̄ T^2, intratur *CFP* efractus *F* spumosa (a *corr. in* o C^1, *idemque s. l. add.* C^2) *C* inpulsu *C* 10 exemtus *LT* quē *corr. ex* q T^2 forfuat *MCFP*, c̄fluat *T* 11 an faciat (at *in ras.* P^1) *P*, aut faciat *T* cola *s. l. add.* P^1, cola T^2 13 nec *s. l. add.* F^1 quemdam *T* 14 circumlatitium *MP*, circumlacticium *C* quas *L* 15 affrico *MTC* 16 perlutus (*prior.* u *corr. in* i P^1) *P* umbra *in ras.* M^2, *s. l. add.* T^2, unda *T* 17 arctoum (o *in ras.* M^1) *M* 18 zephiro *MTCFP*, zefiro *L* frutex F^2 19 superlabentium *TF* cyrporum *F* 21 morales *P* 22 inpactorum *TCP* punctarum orum *L* trita (*prior.* t *in ras.* P^1) *P* giris *MTCFP* moeta *C* 23 iocunda *MTCFP* naufragia ludentum *C* 24 dripanitanum *LMTCP*, dripanitanium *F* supersticionis *TCF* 25 pratis (t *in ras.* M^1) *M* 26 sed *corr. ex* sad C^1 ne si *LMTCP*, n *F* 27 autumpnus *F* michi *C* nā *M*, ł ñ *s. l. add.* M^2 redeudi *P* 28 hic C^1, hinc (n *in ras.* M^1) *M*, ł hic *s. l. add.* M^2 29 situm *LMTFP*, secum *C*

Digitized by Google

tamen summovendi fastidii studio nec cuncta perstrinxit. quapropter bonus arbiter et artifex lector non paginam, quae spatia describit, sed villam, quae spatiosa describitur, grandem pronuntiabunt. vale.

III.

SIDONIUS FELICI SUO SALUTEM.

5 Gaudeo te, domine maior, amplissimae dignitatis infulas consecutum. sed id 1
mihi ob hoc solum destinato tabellario nuntiatum non minus gaudeo. nam licet in praesentiarum sis potissimus magistratus et in Lares Philagrianos patricius apex tantis post saeculis tua tantum felicitate remeaverit, invenis tamen, vir amicitiarum servantissime, qualiter honorum tuorum crescat communione fastigium, raroque genere
10 exempli altitudinem tuam humilitate sublimas. sic quondam Quintum Fabium magistrum 2
equitum dictatorio rigori et Papirianae superbiae favor publicus praetulit; sic et Gnaeum Pompeium super aemulos extulit numquam fastidita popularitas; sic invidiam Tiberianam pressit universitatis amore Germanicus. quocirca nolo sibi de successibus tuis principalia beneficia plurimum blandiantur, quae nihil tibi amplius conferre potuerunt, quam
15 ut, si id noluissemus, transiremur inviti. illud peculiare tuum est, illud gratiae singularis, quod tam qui te aemulentur non habes quam non invenis qui sequantur. vale.

IV.

SIDONIUS SAGITTARIO SUO SALUTEM.

Vir clarissimus Proiectus, domi nobilis et patre patruoque spectabilibus, avo 1
etiam praestantissimo sacerdote conspicuus, amicitiarum tuarum, nisi respuis, avidissime
20 sinibus infertur, et cum illi familiae splendor probitas morum, patrimonii facultas iuventutis alacritas in omne decus pari lance conquadrent, ita demum sibi tamen videbitur ad arcem fastigatissimae felicitatis evectus, si gratiae tuae sodalitate potiatur. Optantii clarissimi viri nuper vita functi filiam, quod deo prosperante succedat, licet 2
a matre pupillae in coniugium petierit obtinueritque, parum tamen votorum suorum
25 promotum censet effectum, nisi assensum tuum super his omnibus seu sedulitate sua seu precatu nostrae intercessionis adipiscatur. namque ipse, quantum ad institutionem

---

1 submovendi *MCFP* nec cuncta *LMTCP*, n̄ oia *F* perstrixit *P*, perstrinxi *F* 2 spacia *C* spaciosa *C* 3 pronunciabunt *MC*, pro ∞ nuntiabunt (nun *ut v. in fine versus eras.* L^2) *L* vale *om. F* 4 felici *om. T* 5 to *om. F* *post* dignitatis *repetiri* te *T* consequutum *L* se F^2 6 michi *C* solum *LMCFP*, ipsū *T* nunciatum *MC* gaudebo F^1 7 presenciarum *C* filagrianos *LMTCF* 8 amiciciarum *CF* 9 communicione (ci *eras.* P^2) *P* raro qdē *F* 10 sullimas *F* fabium *om. C* 11 sic et *usque ad* popularitas *add. in marg.* P^1, *ita ut nunc quae uncis inclusi rescissa sint ex his* pō[peiū] ext[ulit] p[o]plaritas 12 gneum *LMCP*, geneiū *(pr. e expunx.* F^1*)* *TF* fastidia *L* tyberianam *TFP* 13 nullo *L* 14 nichil *MCP*, nl *F* 15 transiremus *TP* 16 quiete (e *eras.* C^2) *C* habes *LMTFP*, homines *C* vale *om. F* 17 Sagitario *P*, siagrio *C*, siargio *F* 18 avo *add. in marg.* M^1 19 amiciciarum *CF* respuis (uis *in ras.* P^1) *P* 21 parili *C* domum *C* sibi *om. F* 22 videbatur F^1 fastigatissimo (as *in ras.* P^1) *P* 23 obtantii *MCFP* viri clarissimi *F* quod deo prosperante *in ras.* P^1 24 in *s. l. add.* F^1 optinueritque *L* 26 praecatu *L* adipiscitur *LMPF* namque *M* institucionem *C*

Digitized by Google

spectat puellae, in locum mortui patris curarum participatione succedis, conferendo
3 virgini parentis affectum, patroni auctoritatem, tutoris officium. quocirca, quia dignus
es, ut domus tuae celeberrimam disciplinam etiam procul positorum petat ambitus,
sicut decet bonarum partium viros, benignitate responsi proci supplicis verecundiam
munerare et qui ita expetitus deberes illi expetere pollicendam, securus permitte pro- 5
missam; quia sic te condicioni huic meritorum ratio praefecit, ut nec superstiti Optantio
in liberos suos decuerit plus licere. vale.

V.

SIDONIUS PETRONIO SUO SALUTEM.

1 Iohannes familiaris meus inextricabilem labyrinthum negotii multiplicis incurrit et
donec suarum merita chartarum vel vestra scientia vel si qua est vestrae (si tamen 10
est ulla) similis inspexerit, quid respuat, quid optet ignorat. ita se quodammodo
bipertitae litis forma confundit, ut propositio sua quem actionis ordinem propugnatura,
2 quem sit impugnatura non noverit. pro quo precem sedulam fundo, ut perspectis
chartulis suis, si quid iure competit, instruatis, quae qualiterve sint obicienda, quae
refellenda monstrantes. non enim verebimur, quod causae istius cursus, si de vestr 15
manaverit fonte consilii, ulla contrastantum derivatione tenuetur. vale.

VI.

SIDONIUS PEGASIO SUO SALUTEM.

1 Proverbialiter celebre est saepe moram esse meliorem, sicuti et nunc expert
sumus. Menstruanus amicus tuus longo istic tempore inspectus meruit inter personas
nobis quoque caras devinctasque censeri, opportunus elegans, verecundus sobrius, 20
parcus religiosus et his morum dotibus praeditus, ut, quoticns in boni cuiusque ad-
2 scitur amicitias, non amplius consequatur beneficii ipse quam tribuat. haec tibi non
ut ignoranti, sed ut iudicio meo satisfacerem, scripsi. quam ob rem triplex causa
laetandi, tibi prima, cui amicos sic aut instituere aut eligere contingit: Arvernis secunda,
quibus hoc in eo placuisse confirmo, quod te probasse non ambigo; illi tertia, de quo 25
boni quique bona quaeque iudicaverunt. vale.

---

1 spectat *corr. ex* expectat M^2 5 promitte (*corr. in* pmitte M^2T^2) *LMT* 6 conditioni *F* *ante* ut *leg.* ita *in T* obtantio *MTCFP* 7 vale *om. F* 8 salutem *om. F* 9 labe rynthum *L*, laberinthum *F*, laberintum *TCP*, laberintum M^1 negocii *C* 10 cartarum *TCF* cartharum (cartha *in ras.* P^1) *MP* scientia *T*, *quo deleto* sētēcia *add. in marg.* T^2 ūrę *P* ūre T^2 ē *s. l. add.* M^2 11 quidve *C* obtet *corr. ex* obtat P^1 12 quū *C* 13 quem sit impugnatura *add. in marg.* P^1 inpugnatura *TC*, pugnatura F^1 14 cartulis (ar *in ras.* P^1) *TCFP* obitienda *F* 15 verebit *F* 16 fonte manaverit *F* contrastantium *T* vale *om. TF* 17 salutem *om. F* 18 & *s. l. add.* M^1 19 amicus tuus *om. LT, add. s. l.* T^2 20 karas *MP*, cartas *L* oportunus *LMTCFP* 21 relligiosus (*alt.* l *eras.* P^2) *P* quoties *LMT* a∘scitur (d *ut s. eras.* P^1) *P*, ascitur *MF*, adsciscitur *C* 22 amicicias *CF* tribuit *C* 23 ignoranti (ti *in ras.* M^1) *M* iuditio *C* scribsi *L* 24 *post* laetandi *s. l. add.* ÷ T^2 cui (c *in ras.* M^2) *M* aut *prior. s. l. add.* M^1 25 hoc *s. l. add.* P^1 *post* eo *unam litt. eras.* P^1 illi tertia *om. L* tercia *CF* 26 vale *om. F.*

Digitized by Google

VII.

SIDONIUS EXPLICIO SUO SALUTEM.

Quia iustitia vestra iure fit universitati per conplura recti experimenta venerabilis, idcirco singulas quasque personas id ipsum efflagitantes in examen vestrum libens et avidus emitto, quam primum ambiens me discussionis, illos simultatis onere laxari; quod demum ita sequetur, si non ex solido querimonias partium verecundus censor excludas: quamquam et hoc ipsum, quod copiam tui iurgantibus difficile concedis, indicium sit bene iudicaturi. quis enim se non ambiat arbitrum legi aut pretio aliquid indulturus aut gratiae? igitur ignosce ad tam sanctae conscientiae praerogativam raptim perniciterque properantibus, quandoquidem sententiam tuam nec victus ut stolidus accusat nec victor ut argutus inridet, veritatisque respectu dependunt tibi addicti reverentiam, gratiam liberati. proinde inpense obsecro, ut inter Alethium et Paulum quae veniunt in disceptationem, mox ut utrimque fuerint opposita, discingas. namque, ni fallor, supra decemvirales pontificalesque sententias aegritudini huius prope interminabilis iurgii sola morum tuorum temperantia solita iudicandi salubritate medicabitur. vale.

VIII.

SIDONIUS DESIDERATO SUO SALUTEM.

Maestissimus haec tibi nuntio. decessit nudius tertius non absque iustitio matrona Filimatia, morigera coniunx domina clemens, utilis mater pia filia, cui debuit domi forisque persona minor obsequium, maior officium, aequalis affectum. haec cum esset unica iam diu matris amissae (filia), facile diversis blandimentorum generibus effecerat, ne patri adhuc iuveni suboles sexus alterius desideraretur. nunc autem per subita suprema virum caelibatu, patrem orbitate confodit. his additur, quod quinque liberorum parens inmaturo exitu reddidit infortunatam fecunditatem. qui parvuli si matre sospite perdidissent iam diu debilem patrem, minus pupilli existimarentur. hanc tamen, si qui haud incassum honor cadaveribus impenditur, non vispillonum sandapilariorumque ministeria ominosa tumulavere; sed cum libitinam ipsam flentes omnes, externi quoque, prensitarent remorarentur exoscularentur, sacerdotum propin-

---

1 EXPLITIO *CP* salutem *om.* *F* 2 iusticia *CF* complura *MTCFP* 3 iccirco *F* afflagitantes *F* q *corr. ex* qs *T*¹ 4 simultatis (*post.* i *in ras.* *P*²) *P*, simulatis *L* 5 sequitur *L* 7 indicium *M*² ambigat *F*¹ aut *bis corr. ex* aud *C*¹ precio *MCF* 8 consciencias (*post.* s *eras.* *C*²) *C* 9 perniciter ppanīque properantibus *T* sentenciam *C* nec invictus (in *indaxit rubr.*) ń stolidus u accusat *F* 10 irridet *MTCFP* dependunt tibi *om.* *F* 11 *post* gratiam *leg.* perpendunt *in C*, tibi pdependebunt (eb *indaxit rubr.*) *in F* impense *MTCFP* 12 disceptacionem *C* utrinque *M* distingas *T* 13 nanque *M* decimvirales *L* sentencias *C* egritudini (*prim.* i *in ras.* *C*¹) *C* 14 mterminabilis *praeter* abilis *in ras.* *M*², interminabis *L* morum sola *C* temperancia *C* 15 vale *om.* *F* 16 DESIDERANTO *P* 17 nuncio *M* decedit *C* tercius *CF* iusticio *CF* 18 coniux *LP* debuit *Wilamowitzius*, debuerit *LMTCFP* 20 matri *MTCFP* filia *om.* *LMTCFP* 21 nec (c *eras.* *C*²) *C* iuvenis (s *eras.* *M*²) *M* subolis *L*, soboles *TCFP* alterius sexus *inv. ord.* *T* 23 liberorum *L et s. l. add.* *M*², liberum *MTCFP* immaturo *M* reddit *T*² *P*¹ inmatatā *T*, ł lfortunatam *s. l. add.* *T*² 24 existimarentur (x *corr. ex* st *F*¹) *F* 25 quis *MTCFP* haut *F* vispillonum (*alt.* l *corr. in* i *F*²) *F* 26 scandspilariorumque *P* hominosa (h *eras.* *C*²) *MCP* libithinam *MCPP* 27 exoscularentur *om.* *L*

Digitized by Google

quorumque manibus excepta perpetuis sedibus dormienti similior inlata est. post quae precatu parentis orbati neniam funebrem non per elegos sed per hendecasyllabos marmori incisam planctu prope calente dictavi. quam si non satis improbas, ceteris epigrammatum meorum voluminibus applicandam mercennarius bybliopola suscipiet: si
3 quid secus, sufficit saxo carmen saxeum contineri. hoc enim epitaphion est: 5

Occasu celeri feroque raptam
gnatis quinque patrique coniugique
hoc flentis patriae manus locarunt
matronam Filimatiam sepulchro.
5 o splendor generis, decus mariti,
prudens, casta, decens, severa, dulcis,
atque ipsis senioribus sequenda,
discordantia quae solent putari
morum commoditate copulasti:
10 nam vitae comites bonae fuerunt
libertas gravis et pudor facetus.
hinc est quod decimam tuae saluti
vix actam trieteridem dolemus
atque in temporibus vigentis aevi
15 iniuste tibi iusta persoluta.

Placeat carmen necne: tu propera civitatemque festinus invise. debes enim consolationis officium duorum civium domibus afflictis. quod ita solvas deum quaeso, ne umquam tibi redhibeatur. vale.

IX.

SIDONIUS DONIDIO SUO SALUTEM.

1 Quaeris, cur ipse iampridem Nemausum profectus vestra serum ob adventum 10
desideria producam. reddo causas reditus tardioris nec moras meas prodere moror, quia quae mihi dulcia sunt tibi quoque. inter agros amoenissimos humanissimos dominos, Ferreolum et Apollinarem, tempus voluptuosissimum exegi. praediorum his iura contermina, domicilia vicina, quibus interiecta gestatio peditem lassat neque sufficit equitaturo. colles aedibus superiores exercentur vinitori et olivitori: Ara- 15
cynthum et Nysam, celebrata poetarum carminibus iuga, censeas. uni domui in plana patentiaque, alteri in nemora prospectus, sed nihilominus dissimilis situs similiter
2 oblectat. quamquam de praediorum quid nunc amplius positione, cum restet hospi-

---

1 dormientis (s *eras.* C^2) *C* illata *MTCFP* 2 elegatos *C* per *om.* *C* endecasyllabos *L*, endecasillabos *MTCFP* 3 planctu *L* 4 epygrammatum *M* mercennarius *P* bibliopola *MTFP*, bibliopolam (m *eras.* C^2) *C* 5 epithaphion *L*, epytaphion *C*, epitafion *F*, epytafion *M* v. 2 natis *MTCP*, hatis (h *rubr.*) *corr. in* Natis F^2 patri que F^2 v. 3 munus *C* v. 4 filimaciam *C* sepulcro *CFP* v. 6 dulcis *add. s. l.* C^1, *corr. ex* dubihis *ut v.* P^1 v. 8 discordancia *C* 6 placea t M^1 *post* placeat *s. l. add.* tibi T^2 7 consolationis (*post.* s *corr. ex* b; P^1) *P*, consulationis *L* 8 redibeatur *MTCFP* vale *om.* *F* 9 Sidonius Desiderato suo *rubr. in F, sed* Sid. Donidio suo *idem add. in marg.* 10 ob (o *in ras.* P^2) *P* 11 nec *om.* *C* meas *om.* *P* 12 michi *C* 13 ferriolum *LMCFP* voluptuosissimum tempus *T* 14 conterminia (i *eras.* P^2) *P* 15 unitori C^1 ovilitori *MP*, i olivitori *add. in marg.* M^1 arachinthum *P*, arachintum *TF*, arathinthum (*corr. in* arachintum C^2) *MC* 16 nisam *CFP*. nisan *M* iu ga (*unam litt. eras.* C^1) *C* 17 patenciaque *C* nemoria (i *eras.* M^2) *M* nichilominus *MC*, nlominus *F* 18 restat *MTCFP*

Digitized by Google

talitatis ordo reserandus? iam primum sagacissimis in hoc exploratoribus destinatis, qui reditus nostri iter aucuparentur, domus utraque non solum tramites aggerum publicorum verum etiam calles compendiis tortuosos atque pastoria deverticula insedit, ne quo casu dispositis officiorum insidiis elaberemur. quas incidimus, fateor, sed minime
5 inviti iusque iurandum confestim praebere compulsi, ne priusquam septem dies evolverentur, quicquam de itineris nostri continuatione meditaremur. igitur mane cotidiano 3
partibus super hospite prima et grata contentio, quaenam potissimum anterius edulibus nostris culina fumaret; nec sane poterat ex aequo divisioni lancem ponere vicissitudo, licet uni domui mecum, alteri cum meis vinculum foret propinquitatis, quia Ferreolo
10 praefectorio viro praeter necessitudinem sibi debitam dabat aetas et dignitas primi invitatoris praerogativam. ilicet a deliciis in delicias rapiebamur. vix quodcumque 4
vestibulum intratum, et ecce hac sphaeristarum contrastantium paria inter rotatiles catastropharum gyros duplicabantur, hac inter aleatoriarum vocum competitiones frequens crepitantium fritillorum tesserarumque strepitus audiebatur; hac libri affatim in
15 promptu (videre te crederes aut grammaticales pluteos aut Athenaei cuneos aut armaria extructa bybliopolarum); sic tamen, quod qui inter matronarum cathedras codices erant, stilus his religiosus inveniebatur, qui vero per subsellia patrumfamilias, hi coturno Latiaris eloquii nobilitabantur; licet quaepiam volumina quorumpiam auctorum servarent in causis disparibus dicendi parilitatem: nam similis scientiae viri, hinc
20 Augustinus hinc Varro, hinc Horatius hinc Prudentius lectitabantur. quos inter 5
Adamantius Origenes Turranio Rufino interpretatus sedulo fidei nostrae lectoribus inspiciebatur; pariter et, prout singulis cordi, diversa censentes sermocinabamur, cur a quibusdam protomystarum tamquam scaevus cavendusque tractator improbaretur. quamquam sic esset ad verbum sententiamque translatus, ut nec Apuleius Phaedonem
25 sic Platonis neque Tullius Ctesiphontem sic Demosthenis in usum regulamque Romani sermonis exscripserint. studiis hisce dum nostrum singuli quique, prout libuerat, 6
occupabantur, ecce et ab archimagiro adventans, qui tempus instare curandi corpora moneret, quem quidem nuntium per spatia clepsydrae horarum incrementa servantem

---

1 beserandus *L*, servandus (v *corr. in* r F^1) F^2 distinatis *L* 2 reditus qui *C* 3 diverticula *MTCFP* 4 offitiorum studiis P^1 dilaberemur *T* 5 *ante* inviti *expunxit* ñ T^2 6 nostri ∘ (s *ut v. eras.* P^1) *P* cottidiano *P* 7 prima (a *in ras.* P^1) et grata ∘ ∘ (*duas litt. eras.* P^1) *P* alterius *F*, 3 anterius *T*, *fort. recte* edulibus (e *add. ut c.* M^2) *M* 8 eaquo *L* divisini F^2 9 foret *s. l. add.* T^2 ferriolo *LMCFP* 11 ilic& (& *in ras.* M^2) *M* 12 intractum F^1 hac *scripsi*, huc *LTCFP et corr. ex* hic M^2 spheristarum (h *eras.* C^2, *prior.* s *add.* M^2) *MCF*, speristarum (h *s. l. add.* P^1) *PT* contrastancium *C* 13 cathastropharum *P* giros *MTCFP* hac *scripsi*, huc *LMTCFP* competiciones *C* 14 crepitancium *C* tessararumque *C* hac *scripsi*, huc *LMTCFP* 15 promtu *LC* 16 exstructa *MC* bibliopolarum *MCF*, bibliopo ∘ ∘ larum (*duas litt. eras.* P^2) *P*, bilipolarum T^2 si F^2 17 codices *s. l. add.* T^2 relligiosus *P* patrumfamil *F* 18 ii *L*, hii *F* quempiam (m *eras.* C^2) *C* 19 viri *in ras.* F^1 20 oratius *CF* ‚pdentius *P* 21 turrannio *F* rufino (i *corr. ex* u F^2) *F*, rufino M^2, rufinio (nio *in ras.* P^1) *P* 22 inspitiebatur *F*, inspiciebantur (*post.* n *eras.* P^1) *P* et *corr. ex* at P^1 corde *F* semocinabamur P^1, sermocinabantur *TC* cur oss. *C* 23 protomistarum *L*, protomistarum M^2, prothomistarum *TCFP* scevus *C*, sinisī *s. l. add.* C^1 24 sentenciamque *C* apuleus C^1 phedronem (r *indux. m. rec. in M*) *MTCFP* 25 sic ctesiphontem *C* thesiphontem *TF*, tesiphontem *P* demostenis *TCF*, demonsthenis *M*, demonstenis P^1 26 exscripserint *corr. ex* exscripserunt C^1, excripserint *P* 27 archimagero (*corr. in* archimagiro M^2) *LM*, archimagyro *P*, archimachero *F* 28 nuncium *MC* spacia *C* clepsidrae *MCF* servantis *T*, l tē *add. in marg.* T^2

Digitized by Google

probabat competenter ingressum quinta digrediens. prandebamus breviter copiose. senatorium ad morem, quo insitum institutumque multas epulas paucis paropsidibus apponi, quamvis convivium per edulia nunc assa, nunc iurulenta varietur. inter bibendum narratiunculae, quarum cognitu hilararemur institueremur, quia eas bifariam orditas laetitia peritiaque comitabantur. quid multa? sancte pulchre abundanter 5
7 accipiebamur. inde surgentes, si Vorocingi eramus (hoc uni praedio nomen) ad sarcinas et devorsorium pedem referebamus: si Prusiani (sic fundus alter nuncupabatur), Tonantium cum fratribus, lectissimos aequaevorum nobilium principes, stratis suis eiciebamus, quia nec facile crebro cubilium nostrorum instrumenta circumferebantur. excusso torpore meridiano paulisper equitabamus, quo facilius pectora marcida cibis cenatoriae 10
8 fami exacueremus. balneas habebat in opere uterque hospes, in usu neuter: sed cum vel pauxillulum bibere desisset assecularum meorum famulorumque turba conpotrix, quorum cerebris hospitales craterae nimium inmersae dominabantur, vicina fonti aut fluvio raptim scrobis fodiebatur, in quam forte cum lapidum cumulus ambustus demitteretur, antro in hemisphaerii formam corylis flexibilibus intexto fossa inardescens 15 operiebatur, sic tamen, ut superiectis Cilicum velis patentia intervalla virgarum lumine excluso tenebrarentur, vaporem repulsura salientem, qui undae ferventis aspergine
9 flammatis silicibus excuditur. hic nobis trahebantur horae non absque sermonibus salsis iocularibusque; quos inter halitu nebulae stridentis oppletis involutisque saluberrimus sudor eliciebatur; quo, prout libuisset, effuso coctilibus aquis ingerebamur 20 harumque fotu cruditatem nostram tergente resoluti aut fontano deinceps frigore putealique aut fluviali copia solidabamur: siquidem domibus medius it Vardo fluvius, nisi cum deflua nive pastus inpalluit, flavis ruber glareis et per alveum perspicuus quietus
10 calculosusque neque ob hoc minus piscium ferax delicatorum. dicerem et cenas et quidem unctissimas, nisi terminum nostrae loquacitati, quem verecundia non adhibet, 25 charta posuisset; quarum quoque replicatio fieret amoena narratu, nisi epistulae tergum madidis sordidare calamis erubesceremus. sed quia et ipsi in procinctu sumus teque sub ope Christi actutum nobis invisere placet, expeditius tibi cenae amicorum in mea cena tuaque commemorabuntur, modo nos quam primum hebdomadis exactae spatia

---

2 insititum F^1 institutūque (tū *in ras.* M^2) *M* parapsidibus (*post.* a *in ras.* P^2) *TCFP*, parabsidibus *LM* 3 quanvis *M* variaretur *T*, *fort. recte* 4 bibentum *F* instrueremur *T* 5 leticia *F*, laetitias (s *eras.* P^1) *P* laeticia periciaque *C* pulcre *CF* habundanter *F* 6 voroangi T^1, voroangi *MCFP* 7 diversorium *MTCFP* nuncupatur (un *in ras.* P^2) *MCP* tonancium *C* 8 cum *s. l. add.* F^2 equorum C^1 eitiebamus *F* 9 cubiculū T^1 circumferebamur *T* torpore *in ras.* $F^1 P^1$ 10 qd *T* 11 exacueremus M^2, exacuaremus (*alt.* a *corr. in* e F^1) *F* habebat *praeter* hab *in ras.* M^1 usū *F* 12 paxillulum *F*, pausillulum *P* habere T^1 assaecularum *L*, aselarum F^2 compotrix *MTCFP* 13 crebris C^1 creterrae *L* inmersae *corr. ex* inmensae $T^2 P^1$, immersae *M* 14 scrobs *MTCFP* ambitus deprimeretur *T*, demitteretur *add. in marg.* T^2 15 emisphaerii *L*, emispherii (emis *in ras.* P^1) *MTCP* corilis *MTCFP* flexibus *L* inardenscens (n *eras.* P^1) operibatur *P* 16 cilium (*alt.* c *s. l. add.* F^2) *CF* patencia *C* 18 flammantis F^1 excluditur (l *ind.* C^1, *corr. in* exculditur P^1) *LCP* 19 iocularisque T^1 alitu *F*, habitu *C* stridentis oppletis *praeter* pletis *in ras.* P^2 20 pro quo ut T^2 ingrediebamur F^1 *post* ingerebamur *ut v.* Siquidem domibus medius *eras.* P^1 21 quarumque *L* crudelitatem F^1 tegente (*corr. in* tegente M^2) *MC* frontano *L* deincebs *C* 22 it *om. T, in ras.* M^1, & *L* nuardo *MTCFP* 23 impalluit *MTFP* rubens *C* 24 & quidem *corr. in* equidem C^2 25 uictissias *corr. ex* uictimas F^1 26 carta *TCF* 27 chalamis erubescerem (m *corr. in* m' F^1) *F* 28 nobis actutum *C* expedicius *C* 29 ebdomadis (b *corr. ex* p M^1) *LMTCFP* exhactae *C* spacia *C*

Digitized by Google

completa votivae restituant esuritioni, quia disruptum ganea stomachum nulla sarcire res melius quam parsimonia solet. vale.

X.

SIDONIUS HESPERIO SUO SALUTEM.

Amo in te quod litteras amas et usquequaque praeconiis cumulatissimis excolere 1
contendo tantae diligentiae generositatem, per quam nobis non solum initia tua verum etiam studia nostra commendas. nam cum videmus in huiusmodi disciplinam iuniorum ingenia succrescere, propter quam nos quoque subduximus ferulae manum, copiosissimum fructum nostri laboris adipiscimur. illud appone, quod tantum increbruit multitudo desidiosorum, ut, nisi vel paucissimi quique meram linguae Latiaris proprietatem de trivialium barbarismorum robigine vindicaveritis, eam brevi abolitam defleamus interemptamque; sic omnes nobilium sermonum purpurae per incuriam vulgi decolorabuntur. sed istinc alias: interea tu quod petis accipe. petis autem, ut si qui versi- 2
culi mihi fluxerint, postquam ab alterutro discessimus, hos tibi pro quadam morarum mercede pernumerem. dicto pareo; nam praeditus es quamquam iuvenis hac animi maturitate, ut tibi etiam natu priores gerere morem concupiscamus. ecclesia nuper exstructa Lugduni est, quae studio papae Patientis summum coepti operis accessit, viri sancti strenui, severi misericordis quique per uberem munificentiam in pauperes humanitatemque non minora bonae conscientiae culmina levet. huius igitur aedis extimis 3
rogatu praefati antistitis tumultuarium carmen inscripsi trochaeis triplicibus adhuc mihi iamque tibi perfamiliaribus. namque ab hexametris eminentium poetarum Constantii et Secundini vicinantia altari basilicae latera clarescunt, quos in hanc paginam admitti nostra quam maxume verecundia vetat, quam suas otiositates trepidanter edentem meliorum carminum comparatio premit. nam sicuti novam nuptam nihil minus quam 4
pulchrior pronuba decet, sicuti, si vestiatur albo, fuscus quisque fit nigrior, sic nostra, quantula est cumque, tubis circumfusa potioribus stipula vilescit. quam mediam loco, infimam merito despicabiliorem pronuntiari non imperitia modo sed et arrogantia facit. quapropter illorum iustius epigrammata micant quam istaec, quae imaginarie tantum

---

7 Iuvenal. sat. I, 15: et nos ergo manum ferulae subduximus.

1 restituent (e *post. in ras.* M^2, nt *in ras.* P^1) *MCFP* diruptum *F* stomacum *CFP* 2 vale *om.* *F* 4 in *s. l. add.* T^2 usq; *F* extollere *T*, *fort. recte* 5 non solum nobis *T* inicia *M* 6 disciplina *T* 7 succrescere *praeter* cere *in ras.* M^1 ferule subduximus *F* manum ferulae *C* 8 increbuit *TCF* 9 desidiorum M^1 lartiaris *P*, latialis *TF* 10 trivalium C^1 rubigine *MTCFP* obolitam *C* 11 interemptamque *Wouverenus*, interim tamque *L*, interitamque *MTCFP* per incuriam vulgi *om.* *T* 13 michi *CP* 14 ac *F* 15 morā gerere *T* 16 lugduni extructa *ord. mut. ut v.* P^1 extructa *TF* est lugduni *F* pacientis *C* 17 severi *praeter se in ras.* P^1 munificenciam *C*. miam *T*, magnificētiā *s. l. add.* T^2 18 *ante* culmina *duas litt. eras.* M^2 19 antistis *C* triplicibus *praeter* licibus *in ras.* M^1 michi *C* 20 exametris *LMTCFP* eminencium *C* constancii *C* 21 vicinancia *C*, vitinantia *F* altari *om.* *T* quos (o *in ras.* P^2) *P* ammitti *LT* 22 maxime *MTCFP* verecundia (a *in ras.* P^1) vetat (*prior.* t *in ras.* P^1) *P* ociositates *LMC* trepidanter ociositates *T* 23 conparatio *C* no ▫ vam (*unam litt. eras.* P^2) *P* nichil *MCF* 24 pulcrior *CF* *post* decet *leg.* et *in MTCFP* albo fuscus quisque si vestiatur *C* nigrior (rio *in ras.* P^1) *P* si *F* 25 cumque *corr. ex* dumque P^1 pocioribus *C* 26 dispicabiliorem (*corr. in* despicabiliorem C^1) *LC* pronunciari *MC* et *om.* *C* arrogancia *C* 27 ista ec *L*, ista haec *MTCFP* imaginaria (*post.* a *corr. in* e C^1) *C*, imaginarię *P*

Digitized by Google

et quodammodo umbratiliter effingimus. sed quorsum ista? quin potius paupertinus flagitatae cantilenae culmus immurmuret.

Quisquis pontificis patrisque nostri
conlaudas Patientis hic laborem,
voti compote supplicatione
concessum experiare quod rogabis.
aedes celsa nitet nec in sinistrum
aut dextrum trahitur, sed arce frontis
ortum prospicit aequinoctialem.
intus lux micat atque bratteatum
sol sic sollicitatur ad lacunar,
fulvo ut concolor erret in metallo.
distinctum vario nitore marmor
percurrit cameram solum fenestras,
ac sub versicoloribus figuris
vernans herbida crusta sapphiratos
flectit per prasinum vitrum lapillos.
huic est porticus applicata triplex
fulmentis Aquitanicis superba,
ad cuius specimen remotiora
claudunt atria porticus secundae,
et campum medium procul locatas
vestit saxea silva per columnas.
hinc agger sonat, hinc Arar resultat.
hinc sese pedes atque eques reflectit
stridentum et moderator essedorum,
curvorum hinc chorus helciariorum
responsantibus alleluia ripis
ad Christum levat amnicum celeuma.
sic, sic psallite, nauta vel viator;
namque iste est locus omnibus petendus,
omnes quo via ducit ad salutem.

Ecce parui tamquam iunior imperatis: tu modo fac memineris multiplicato me faenore remunerandum, quoque id facilius possis voluptuosiusque, opus est ut sine dissimulatione lectites, sine fine lecturias; neque patiaris, ut te ab hoc pro-

---

1 quodam M^2 cur sim *corr. in* qur sim C^2, cursi MFP, *sed* ł s; quorsū ista .s. dicam' *add. s. l.* M^2 pontius (n *eras.* C^2) C 2 flagitatae (ta *in ras.* M^2) M calamus F inmurmuret C v. 2 collaudas $MTFP$ paciencius (u *eras.* C^2) C v. 4 experiere M^2, experiere F, experire (*corr. in* experire P^1) CP v. 5 aedis L v. 6 traitur C *post* trahitur *induxit* frontis F^1 v. 8 bratheatum TP, bratheatum M^1, bratheatum F, brathearum C v. 14 sapphyratos M *et praeter* sapp *in ras.* P^1, saphiratos CF, safphyratos L v. 15 prasinum (ra *in ras.* P^1) P v. 18 specim̄ M, ł speciē *s. l. add.* M^2, specimem *praeter* spe *in ras.* P^1 remociora C, remotiores M^2, remotiores (es *in ras.* P^1) LP, *quo probato in v. seq.* secunda *coni. Leo* v. 20 captū C v. 21 columpnas F v. 22 ara (*corr. in* arar M^2) LM v. 24 stridentium F metator C essedorum *praeter* esse *in ras.* M^1, essedarum F v. 25 corus C elchiariorum F v. 26 alle T v. 27 amnicum (*prior.* m *in ras.* P^2) P, annicum T v. 28 *ante* nauta *eras.* o M^1 v. 29 nanque M petendus (*prior.* e *in ras.* P^1, us *in ras.* C^1) CP v. 30 omnis L 4 me *om.* T foenore TC 5 paciaris C te ut F

Digitized by Google

posito propediem coniunx domum feliciter ducenda deflectat, sisque oppido meminens, quod olim Marcia Hortensio, Terentia Tullio, Calpurnia Plinio, Pudentilla Apuleio, Rusticiana Symmacho legentibus meditantibusque candelas et candelabra tenuerunt. certe si praeter oratoriam contubernio feminarum poeticum ingenium 6
et oris tui limam frequentium studiorum cotibus expolitam quereris obtundi, reminiscere, quod saepe versum Corinna cum suo Nasone complevit, Lesbia cum Catullo, Caesennia cum Gaetulico, Argentaria cum Lucano, Cynthia cum Propertio, Delia cum Tibullo. proinde liquido claret studentibus discendi per nuptias occasionem tribui, desidibus excusationem. igitur incumbe, neque apud te litterariam curam turba depretiet imperitorum, quia natura comparatum est, ut in omnibus artibus hoc sit scientiae pretiosior pompa, quo rarior. vale.

XI.

SIDONIUS RUSTICO SUO SALUTEM.

Si nobis pro situ spatiisque regionum vicinaremur nec a se praesentia mutua 1
vasti itineris longinquitate discriminaretur, nihil apicum raritati licere in coeptae familiaritatis officia permitterem neque iam semel missa fundamenta certantis amicitiae diversis honorum generibus extruere cessarem, sed animorum coniunctioni separata utrimque porrectioribus terminis obsistit habitatio, equidem semel devinctis parum nocitura pectoribus. sed tamen ex ipsa communium municipiorum discretione procedit. 2
quod, cum amicissimi simus, raritatem colloquii de prolixa terrarum interiectione venientem in reatum volumus transferre communem, cum de naturalium rerum difficultate nec culpa nos debeat manere nec venia. domine inlustris, gerulos litterarum de disciplinae tuae institutione formatos et morum erilium verecundiam praeferentes opportune admisi, patienter audivi, competenter explicui. vale.

XII.

SIDONIUS AGRICOLAE SUO SALUTEM.

Misisti tu quidem lembum mobilem solidum lecti capacem iamque cum piscibus: 1
tum praeterea gubernatorem longe peritum, remiges etiam robustos expeditosque, qui

---

1 coniuncx (c *eras.* C^2) *C*, coniux *LP* 2 martia *M*, martina *F* ortensio *F* terrentia (*alt.* r *eras.* P^2) *FP*, terencia *C* 3 apuleo *P* rustitiana *P* simmacho *CFP*, simacho *T*, simaco *M* 4 *post* praeter *leg.* rem *in MTCFP* *an* oratorium? 5 *post* limam *leg.* 3 *in T* optundi *L* 6 corinnaticum F^1 7 istulico *P* argentearia *F* lucano *praeter* luc *in ras.* L^1 cinthia *MTCFP* propercio *C* 8 tribullo F^1 9 aput *F* te *in ras.* M^1 10 depreciet *MCF* imperiturum *L* quia *in ras.* P^2 comparatum (r *in ras.* P^1) *P* 11 preciosior *MCF* q *corr. ex* qm F^1 vale *om.* *F* 12 RVSTICIO *L* suo salutem *om.* *F* 13 vincinaremur F^1 14 nichil *M*, nl *F*, nil *C* raritate *C* 15 certantis *in ras.* M^1 amicicie *CF* 16 exstruere *C* sed *LMTCF*, si *P* 17 utrinque *M*, utrique P^1, utrique *LT* habitacio *C* se F^2 nocitoria *corr. in* nocitor a M^1, nociturna F^1 18 sed *LMTCF*, si *P* 19 raritate *C* 20 difficultate *C* 21 illustris (*post.* i *in ras.* M^1) *MTCFP* 22 herilium *MTCFP* 23 oportune *LMTCFP* ammisi *L* pacienter *C* vale *om.* *F* 24 Sidonius *et* salutem *om.* *F* 25 quidem *om.* *F* iamque *om.* *F* 26 etiam *om.* *F* robustos (*post.* o *in ras.* M^1) *M*

scilicet ea rapiditate praetervolant amnis adversi terga, qua deflui. sed dabis veniam, quod invitanti tibi in piscationem comes venire dissimulo; namque me multo decumbentibus nostris validiora macroris retia tenent, quae sunt amicis quoque et externis indolescenda. unde te quoque puto, si rite germano moveris affectu, quo temporis puncto
2 paginam hanc sumpseris, de reditu potius cogitaturum. Severiana, sollicitudo communis, inquietata primum lentae tussis impulsu febribus quoque iam fatigatur, hisque per noctes ingravescentibus; propter quod optat exire in suburbanum; litteras tuas denique cum sumeremus, egredi ad villulam iam parabamus. quocirca tu seu venias seu moreris, preces nostras orationibus iuva, ut ruris auram desideranti salubriter cedat ipsa vegetatio. certe ego vel tua soror inter spem metumque suspensi credidi-
3 mus eius taedium augendum, si voluntati iacentis obstitissemus. igitur ardori civitatis atque torpori tam nos quam domum totam praevio Christo pariter eximimus simulque medicorum consilia vitamus assidentum dissidentumque, qui parum docti et satis seduli languidos multos officiosissime occidunt. sane contubernio nostro iure amicitiae Iustus adhibebitur, quem, si iocari liberet in tristibus, facile convincerem Chironica magis institutum arte quam Machaonica. quo diligentius postulandus est Christus obsecrandusque, ut valetudini, cuius curationem cura nostra non invenit, potentia superna medeatur. vale.

XIII.

SIDONIUS SERRANO SUO SALUTEM.

1 Epistulam tuam nobis Marcellinus togatus exhibuit, homo peritus virque amicorum. quae primoribus verbis salutatione libata reliquo sui tractu, qui quidem grandis est, patroni tui Petronii Maximi imperatoris laudes habebat; quem tamen tu pertinacius aut amabilius quam rectius veriusque felicissimum appellas, propter hoc quippe, cur per amplissimos fascium titulos fuerit evectus usque ad imperium. sed sententiae tali numquam ego assentior, ut fortunatos putem qui reipublicae praecipitibus ac
2 lubricis culminibus insistunt. nam dici nequit, quantum per horas fert in hac vita miseriarum vita felicium istorum, si tamen sic sunt pronuntiandi qui sibi hoc nomen ut Sylla praesumunt, nimirum qui supergressi ius fasque commune summam beatitudinem existimant summam potestatem, hoc ipso satis miseriores, quod parum intellegunt inquietissimo se subiacere famulatui. nam sicut hominibus reges, ita regibus
3 dominandi desideria dominantur. hic si omittamus antecedentium principum casus vel

---

1 ea rapiditate *corr. ex* eā rapiditatē P^2 amnis (m *in ras.* P^2) *P*, annis *T* adversitate T^1 qm *F*, quā *P* defluit *MCFP* 2 nanque *M* 3 quaeque *L*, quoque (o *in ras.*, e *s. l. add.* M^2) *M* et *om. T, fort. recte* 5 sumseris *LP* pocius *C* 6 inequitata F^1 8 cum denique *F* parabamur *F* seu tu (seu *s. l. add.* F^2, tu *s. l. add.* M^2) *MCFP* 9 se F^2 10 vegetacio *C* metum (*om.* que) *C* 12 pariter *om. T* 13 consilia (ia *in ras.* P^1) *P* assidentum F^2 14 amicicias *C* 15 vocari *C* 16 machaonica M^2, mechaonica P^1, mechaonica (o *in ras.* C^2) *CF* qd *T* diligencius *C* 17 valitudini *MCFP* potencia *C* 18 vale *om. MF* 19 Sidonius *et* salutem *om. F* SVO SALVTEM *om. L* 20 exibuit *CF* 21 salutacione *C*, salute *T* 22 pertinatius *F* 23 apellas *C* quippe cur *LMCFP*, qd *T* 24 sentenciae *C* 25 assencior *C* reipublicae *praeter* rei *s. l. add.* P^1 ac *LMTCP*, aut *F* 26 nequid *C* 27 pronunciandi *MC* 28 silla *TFP* praesumut C^1 *ante* nimirum *eras.* q P^1 29 intelligunt *MTCFP* 30 inquietissimo (o *i ras.* P^2) *P* subiacere se *F* *post* subiacere *eras.* se P^1 31 antecedencium *C*

Digitized by Google

subsecutorum, solus iste peculiaris tuus Maximus maximo nobis documento poterit
esse, qui quamquam in arcem praefectoriam patriciam consularemque intrepidus ascen-
derat eosque quos gesserat magistratus ceu recurrentibus orbitis inexpletus iteraverat,
cum tamen venit omnibus viribus ad principalis apicis abruptum, quandam potestatis
5 inmensae vertiginem sub corona patiebatur nec sustinebat dominus esse, qui non
sustinuerat esse sub domino. denique require in supradicto vitae prioris gratiam 4
potentiam diuturnitatem eque diverso principatus paulo amplius quam bimenstris ori-
ginem turbinem finem: profecto invenies hominem beatiorem prius fuisse quam bea-
tissimus nominaretur. igitur ille, cuius anterius epulae mores, pecuniae pompae, litterae
10 fasces, patrimonia patrocinia florebant, cuius ipsa sic denique spatia vitae custodiebantur,
ut per horarum disposita clepsydras explicarentur, is nuncupatus Augustus ac sub hac
specie Palatinis liminibus inclusus ante crepusculum ingemuit, quod ad vota per-
venerat. cumque mole curarum pristinae quietis tenere dimensum prohiberetur, veteris
actutum regulae legibus renuntiavit atque perspexit pariter ire non posse negotium
15 principis et otium senatoris. nec fefellerunt futura maerentem; namque cum ceteros 5
aulicos honores tranquillissime percurrisset, ipsam aulam turbulentissime rexit inter
tumultus militum popularium foederatorum: quod et exitus prodidit novus celer acerbus,
quem cruentavit Fortunae diu lenocinantis perfidus finis, quae virum ut scorpius ultima
sui parte percussit. dicere solebat vir litteratus atque ob ingenii merita quaestorius,
20 partium certe bonarum pars magna, Fulgentius ore se ex eius frequenter audisse, cum
perosus pondus imperii veterem securitatem desideraret: 'felicem te, Damocles, qui
non uno longius prandio regni necessitatem toleravisti.' iste enim, ut legimus, Damocles 6
provincia Siculus, urbe Syracusanus, familiaris tyranno Dionysio fuit. qui cum nimiis
laudibus bona patroni ut cetera scilicet inexpertus efferret: 'vis', inquit Dionysius,
25 'hodie saltim in hac mensa bonis meis pariter ac malis uti?' 'libenter', inquit. tunc
ille confestim laetum clientem quamquam et attonitum plebeio tegmine erepto muricis
Tyrii seu Tarentini conchyliato ditat indutu et renidentem gemmis margaritisque
aureo lecto sericatoque toreumati imponit. cumque pransuro Sardanapallicum in 7
morem panis daretur e Leontina segete confectus, insuper dapes cultae ferculis cul-
30 tioribus apponerentur, spumarent Falerno gemmae capaces inque crystallis calerent
unguenta glacialibus, hinc suffita cinnamo ac ture cenatio spargeret peregrinos naribus

---

1 secutorum *MTPP*, sequutorum *L* peculiaris est (est *indavit* P^2) iste tuus (tuus *s. l. add.* P^2) *P* nobis documento *s. l. add.* P^2 *post* nobis *leg.* ad isto *in L*, ad ista *add. s. l.* M^2 2 quamquae *corr. in* quamque C^2 patritiam M^2 3 ceserat *L* expletus P^2 T^2 4 virib; (b; *in ras.* M^2) *M* ad *LMCPP*, sub *C* principale *C* apicō P^2 quendam *M*, q̃ndam *TP*, quōdam *P* 5 immensae *MP* paciebatur *C* 6 *ex* sustinuerat *in fine vers.* erat *add.* C^2 7 potenciam *C* In tistris *C* 8 profecto *s. l. add.* T^2 fuisse prius *T* 9 ille *s. l. add.* C^1 10 faces *P* spacia *C* 11 orarum *C* disposita T^2, dispositas *MCPP* clepsidras *MTCPP* 12 liminibus (li *corr. ex* lu M^2) *M* 14 renunciavit *MC* negocium *C* 15 ocium *C* namque *M* 16 tranquillisime (e *in ras.* M^2) *M* 18 ut scorpius *s. l. add.* T^2 scorpius *L* 19 sui ultima *C* 20 fulgencius *C* frequenter *LMCPP*, sepe *T* 21 *post* se *add.* sit T^2 22 necessitate *corr. ex* necessitates P^1 dauocles provincia *P* 23 siracusanus *MTCPP* diuinis tirannus *T* tiranno *M* dionisio *MTCPB* nimi *corr. ex* nim' T^2, nimis P^2 24 diuinisius *MTCP* 25 hodie dionysius *L* hodie *s. l. add.* T^2 ac malis pariter *P* inquit *C*, inquam *L* 26 quamquam *L* tecmine *L* 27 tirii *MC* tarentini *P* conchiliato *MCP* renidentem *P* 28 thoreumati *P* 29 cultoribus *P* 30 cristallis *TPP*, christallis *C*, chrystallo *M* 31 unguenta *LTC* glacialibus *P* hinc *L* thure *MTCPP*

Digitized by Google

odores et madescentes nardo capillos circumfusa florum serta siccarent, coepit supra tergum sic recumbentis repente vibrari mucro destrictus e lacunaribus, qui videbatur in iugulum purpurati iam iamque ruiturus; nam filo equinae saetae ligatus et ita pondere minax ut acumine gulam formidolosi Tantaleo frenabat exemplo, ne cibi ingressi
8 per ora per vulnera exirent. unde post mixtas fletibus preces atque multimoda suspiria vix absolutus emicatimque prosiliens illa refugit celeritate divitias deliciasque regales, qua solent appeti, reductus ad desideria mediocrium timore summorum et satis cavens, ne beatum ultra diceret duceretque qui saeptus armis ac satellitibus et per hoc raptis incubans opibus ferro pressus premeret aurum. quapropter ad statum huiusmodi, domine frater, nescio an constet tendere beatos, patet certe miseros pervenire. vale.

XIV.

SIDONIUS MAURUSIO SUO SALUTEM.

1 Audio industriae tuae votisque communibus uberiore proventu, quam minabatur sterilis annus, respondere vindemiam. unde et in pago Vialoscensi, qui Martialis aetate citeriore vocitatus est propter hiberna legionum Iulianarum, suspicor diuturnius te moraturum; quo loci tibi cum ferax vinea est, tum praeter ipsam praedium magno non minus domino, quod te tuosque plurifaria frugum mansionumque dote remoretur.
2 ilicet si horreis apothecisque seu penu impleta destinas illic usque ad adventum hirundineum vel ciconinum Iani Numaeque ninguidos menses in otio fuliginoso sive tunicata quiete transmittere, nobis quoque parum in oppido fructuosae protinus amputabuntur causae morarum, ut, dum ipse nimirum frueris rure, nos te fruamur, quibus, ut recognoscis, non magis cordi est aut voluptati ager cum reditibus amplis, quam vicinus aequalis cum bonis moribus. vale.

---

1 *ante* circumfusa *leg.* & *in L* 2 vibrare *F* districtus *MTCFP* lucanaribus *C* 3 filio (*post.* l *eras.* C^1) *C* 4 ut *s. l. add.* M^2 culmine *F*[a] tantalio *M*[l leo], tantalio *FP* cybi *F* 5 exirent per vulnera *C* p' T^1 6 divicias *CP* delitias *F* 7 regales (a *et post.* e *in ras.* M^2) *M* appeti (i *in ras.* M^1) *M* 8 diceret ultra *F* 10 an *s. l. add.* T^1 constaret *C* 11 vale *om. F* 13 votisque *LMTFP*, et votis *C* minatur *F* 14 sterilis minabatur *T* violoscensi *T* marcialis *MC* 15 citeriore *LMCFP*, supiori *T* te diuturnius *T* 16 loco *M*[l ci], loco *CFP* praeterea ipsū (*corr. in* praeter ipsū M^2, *in* praeterea ipsū T^2) *MTC*, praeter ipsū *in ras.* P^1 praesidium T^2 18 poenu *F* destinans (*post.* n *eras.* C^2, *expunxit* F^1) *CF*, distinas *L* hirundineum *om. LM*, *add. in marg.* M^1, hyrundineum *F* 19 ul *s. l. add.* M^1 ianinumque *T* numaeque (nu *in ras.* M^1) *M* 21 frueris (*prior.* r *in ras.* P^1) *P* nos *in ras.* P^1 22 agger (*post.* g *eras.* C^2) *C* 23 vale *om. F* C̄. SOLLII. APOLLINARIS. LIBER. SECVNDVS. EXPLICIT. INCIPIT. LIBER. TERTIVS. *partim rubro partim nigro atram. subscr. in L*, Ḡ SOLLII APOLLINARIS LIB̄ .II. EXPLICIT. INCIPIT LIB .III. *M*, 8. LIB̄. EXPLICIT. INCIPIT TERCI' *T*, GAI. SOLLII. APOLLINARIS. MODESTI. SIDONII LIBER .II. EXPL̄. INCIP̄ .III. *subscr. rubricator in C*, Sidon̄ eplarum lib̄ Seds explicit. Incipit tercius *subscr. rubr. in F*, LIBER SECVNDVS FINIT. INCIPIT. III. *P*

Digitized by Google

GAI SOLLII
APOLLINARIS SIDONII
EPISTULARUM
LIBER TERTIUS.

I.

SIDONIUS AVITO SUO SALUTEM.

Multis quidem vinculis caritatis ab ineunte pueritia quicquid venimus in iuventutem gratiae sese mutuae cura nexuerat, primum, quia matribus nostris summa sanguinis iuncti necessitudo; dein, quod ipsi isdem temporibus nati magistris usi, artibus instituti lusibus otiati, principibus evecti stipendiis perfuncti sumus; et, quod est ad amicitias ampliandas his validius efficaciusque, in singulis quibusque personis vel expetendis aequaliter vel cavendis iudicii parilitate certavimus. propter quae omnia praeter conscientiam, quae interius tibi longe praestantior eminentiorque, multum voluntates nostras copulaverat decursarum forinsecus actionum similitudo. sed, quod fatendum est, diu erectis utrimque amoris machinis ipse culmina pretiosa posuisti ecclesiam Arverni municipioli, cui praepositus. etsi inmerito, videor, peropportuna oblatione locupletando; cuius possessioni plurimum contulisti Cuticiacensis praedii suburbanitate, non minus nostrae professionis fraternitatem loci proximitate dignatus ditare quam reditu. et licet sororiae hereditatis duo consortes esse videamini, exemplo tamen fidei tuae superstes germana commota est ad boni operis imitationem. itaque tibi caelitus iure redhibetur tui facti meritum, alieni incitamentum. quo fit, ut reperiare dignissimus, quem divinitas inusitato successuum genere sublimet, quae tamen nec diu distulit religiosam devotionem centuplicatis opulentare muneribus quaeque, ut confidimus, nihilo segnius caelestia largietur, cum terrena iam solverit. Nicetiana namque, si nescis, hereditas

---

1 salutem *om.* *F* 2 . ultis *C* karitatis *C* puericia *CF*, pueri cia *M*[1] 3 cura (a *in ras.* *M*[1]) *M* 4 hisdem *LTF* 5 ociati *CF* *et in ras.* *M*[1] amicicias *C*, amicicias *F*[2] 6 efficatiusque *MF* 8 praestancior eminenciorque *C*, praestantiorem inventiorq; *L* 9 multitudo *L* 10 utrinque (*corr.* ex utrimque *P*[2]) *MFP*, utrique (i *corr.* in I *T*[2]) *T* preciosa *MCF* municipioli (li *eras.* *C*[2]) *C* 11 inmerito *MTFP* peroportuna *LMTCFP* oblacione *C* 13 loci ¸pximitate *s. l. add.* *T*[2] 14 tamen *LMTFP*, & non *C* 15 ab omi *F* operis *om.* *C* imitacionem *C*, imitatione *F* redibetur *MCFP* 16 repperiare *L* 17 successionum *MCFP*, ł sorū ł suū *s. l. add.* *M*[2] 18 devocionem *C* nichilo *MCF* 19 niceciana *CF* nanque *M*, namque (nam *in ras.* *P*[1]) *P*

Digitized by Google

4 Cuticiaci supernum pretium fuit. quod restat exposcimus, ut sicut ecclesiae nostrae ita etiam civitatis aeque tibi sit cura communis, quae cum olim, tum debebit ex hoc praecipue tempore ad tuum patrocinium vel ob tuum patrimonium pertinere. quod cuius meriti esse possit, quippe si vestra crebro illud praesentia invisat, vel Gothis credite, qui saepenumero etiam Septimaniam suam fastidiunt vel refundunt, modo
5 invidiosi huius anguli etiam desolata proprietate potiantur. sed fas est praesule deo vobis inter eos et rempublicam mediis animo quietiora concipere, quia, etsi illi veterum finium limitibus effractis omni vel virtute vel mole possessionis turbidae metas in Rhodanum Ligerimque proterminant, vestra tamen auctoritas pro dignitate sententiae sic partem utramque moderabitur, ut et nostra discat quid debeat negare, cum petitur, et poscere adversa desinat, cum negatur. vale.

II.

SIDONIUS CONSTANTIO SUO SALUTEM.

1 Salutat populus Arvernus, cuius parva tuguria magnus hospes implesti, non ambitiosus comitatu sed ambiendus affectu. deus bone, quod gaudium fuit laboriosis, cum tu sanctum pedem semirutis moenibus intulisti! quam tu ab omni ordine sexu aetate stipatissimus ambiebare! quae salsi erga singulos libra sermonis! quam te blandum pueri, comem iuvenes, gravem senes meticbantur! quas tu lacrimas ut parens omnium super aedes incendio prorutas et domicilia semiusta fudisti! quantum doluisti campos sepultos ossibus insepultis! quae tua deinceps exhortatio, quae repa-
2 rationem suadentis animositas! his adicitur, quod, cum inveneris civitatem non minus civica simultate quam barbarica incursione vacuatam, pacem omnibus suadens caritatem illis, illos patriae reddidisti. quibus tuo monitu non minus in unum consilium quam in unum oppidum revertentibus muri tibi debent plebem reductam, plebs reducta concordiam. quocirca satis te toti suum, satis se toti tuos aestimant: et, quae gloria tua
3 maxima est, minime falluntur. obversatur etenim per dies mentibus singulorum, quod persona aetate gravis infirmitate fragilis, nobilitate sublimis religione venerabilis solius dilectionis obtentu abrupisti tot repagula, tot obiectas veniendi difficultates, itinerum videlicet longitudinem brevitatem dierum, nivium copiam penuriam pabulorum, latitudines solitudinum angustias mansionum, viarum voragines aut umore imbrium putres aut frigorum siccitate tribulosas, ad hoc aut aggeres saxis asperos aut fluvios gelu lubricos aut colles ascensu salebrosos aut valles lapsuum assiduitate † derasas; per quae omnia incommoda, quia non privatum commodum requirebas, amorem publicum rettulisti.

---

1 cuticiani *F*, cuticiacini (ni *eras.* P^1) *P* precium *MCF* 2 sit tibi *T* tum *om.* *F* 3 vel ob tuum *in ras.* P^1, vel obtutum *L* 4 crebro vestra *T* praesencia *C* tuam M^1, tuam *L* vel *om.* *C* 6 desoluta *s. l. add.* T^2 pociantur *C* 7 quiora *T* concipere *in ras.* P^1, repetere *Parisinus* 2782 9 rodanum *CF* ligeremque (*corr. in* ligerimque M^2) *LM* vestra *in ras.* P^1 sentenciae *C* 10 *ante* nostra *expunxit* illa T^1 11 adversa poscere *T* definiat *C* vale *om.* *F* 12 salutem *om.* *F* 13 *post* salutat *leg.* to *in TF et s. l. in* C^1 ospes *C* 14 ābicios' *M et in marg.* ł ambit' *add.* M^1, ābit' *T*, ł ābitios' *s. l. add.* T^2 15 semirutis (r *corr. ex* t F^1) *F* omni *s. l. add.* P^1 16 salsi *corr. ex* falsi P^2 18 proruptas *F* simiiusta *F* 19 deinceps *C* exhortacio *C* 20 suadens *F* aditiur *F* 21 ł vacuatā vastatā *T* 23 optimum *F* 24 satis te toti suum *om.* *C* se *LMTCP*, te *F* 25 obversatur *praeter* ob *in ras.* P^1, observatur *C* etenim *s. l. add.* T^2 27 dileccionis *C* optentu *M* 29 humore *MTCF et praeter* hum *in ras.* P^1 putes C^1 30 aspersos (*post.* s *expunxit* C^3) *CF* 31 salebros *C* labsuum *L* *an* ruderatas? taediosas *Wilamowitzius* 32 qui *F* retulisti *MTCFP*

Digitized by Google

quod restat, deum precamur, ut aevi metis secundum vota promotis bonorum amicitias 4
indefessim expetas capias referas sequaturque te affectio, quam relinquis, et initiatae
per te ubicumque gratiae longum tibi redhibeantur quam fundamenta tam culmina. vale.

III.

SIDONIUS ECDICIO SUO SALUTEM.

Si quando, nunc maxume Arvernis meis desideraris, quibus dilectio tui immane 1
dominatur, et quidem multiplicibus ex causis: primum quod summas in affectu partes
iure sibi usurpat terra quae genuit; dein quod saeculo tuo solus ferme mortalium es,
qui patriae non minus desiderii nasciturus quam gaudii natus feceris; astipulantur
assertis materni quondam puerperii tempora, quae proficiente conceptu concordantibus
civium votis numerabantur. omitto illa communia quidem sed quae non mediocria 2
caritatis incitamenta sunt, istius tibi reptatas caespitis glaebas. praetereo quod haec
primum gramina incessu, flumina natatu, venatu nemora fregisti. omitto quod hic
primum tibi pila pyrgus, accipiter canis, equus arcus ludo fuere. mitto istic ob gratiam
pueritiae tuae undique gentium confluxisse studia litterarum tuaeque personae quondam
debitum, quod sermonis Celtici squamam depositura nobilitas nunc oratorio stilo, nunc
etiam Camenalibus modis imbuebatur. illud in te affectum principaliter universitatis 3
accendit, quod quos olim Latinos fieri exegeras barbaros deinceps esse vetuisti. non
enim potest umquam civicis pectoribus elabi, quem te quantumque nuper omnis aetas
ordo sexus e semirutis murorum aggeribus conspicabantur, cum interiectis aequoribus
in adversum perambulatis et vix duodeviginti equitum sodalitate comitatus aliquot
milia Gothorum non minus die quam campo medio, quod difficile sit posteritas credi-
tura, transisti. ad nominis tui rumorem personaeque conspectum exercitum exercita- 4
tissimum stupor obruit ita, ut prae admiratione nescirent duces partis inimicae, quam
se multi quamque te pauci comitarentur. subducta est tota protinus acies in super-
cilium collis abrupti, quae cum prius applicata esset oppugnationi, te viso non est
explicata congressui. interea tu caesis quibusque optimis, quos novissimos agmini
non ignavia sed audacia fecerat, nullis tuorum certamine ex tanto desideratis solus
planitie quam patentissima potiebare, cum tibi non daret tot pugna socios, quot solet

---

1 secdm (e *eras.* P^2) *P* votũ *T* amicicias *CF* 2 indefessi' *F*, indefessisimo *T* aequaturque *L* affeccio *C* iniciatae *MC* 3 redibeantur *MTCFP* vale *om.* *F* 4 HECDICIO *TC*, hęcdicio *M*, hec dictio *F*, hęcdictio *P* salutem *om.* *F* 5 maxime *MTCFP* desideratis (t *corr. in* r F^1) F^2 inmane *C* 8 adstipulantur *C* 9 quondam *in ras.* P^1 11 iustius *LT*, ł isti' *add. in marg.* T^2 reptatas *praeter* rept *in ras.* M^1, ,reptatas (c *ut v. eras.* C^1) *C* cespitis *in ras.* P^1 glebas (a *in ras.* M^1) *M* 12 *ante* flumina *rubr.* querit *induxit in F* 13 tibi primum *T* pirgus *F* equs *T* 14 puericiae *MC* tuae *praeter* t *in ras.* L^1 gencium *C*, gentium *praeter* ge *in ras.* P^1 con fluxisse T^2 15 *ante* celtici *leg.* gallici *in P* celiti *C* scamam *P* 16 in te illud *C* 17 exæggeras F^1 esse deinceps *F* deinceps *C* 18 civib' *T*, civicis *add. in marg.* T^2 *ante* aetas *leg.* & *in C* 19 conspicabatur *MCFP* 20 soliditate *C* 22 transisti (isti *in ras.* P^1) *P* exercitatissimum exercitum stupor *C*, stupor exercitum exercitatissimum *P* 23 admiratione (d *in ras.* P^1) *P*, ammiratione *LMT* 24 quamque (e *in ras.* L^1) *L* comittarentur *C* 25 abruti p C^1 oppugnationi (oppu *in ras.* P^1) *P* 26 explicata est *F* obtimis *M* novissimus *L* 27 audatia *MC* nullis *corr. ex* nullus P^1, nulli *L*, nullo *T* toto *F* desiderato *T* 28 planitiae *L*, planicie (e *corr. ex* ę C^2) *MC* potiabare *F* sotios *F*

Digitized by Google

5 mensa convivas. hinc iam per otium in urbem reduci quid tibi obviam processerit officiorum plausuum, fletuum gaudiorum magis temptant vota conicere quam verba reserare. siquidem cernere erat refertis capacissimae domus atriis illam ipsam felicissimam stipati reditus tui ovationem, dum alii osculis pulverem tuum rapiunt, alii sanguine ac spumis pinguia frena suscipiunt, alii sellarum equestrium madefacta sudoribus fulcra resupinant. alii de concavo tibi cassidis exituro flexilium lamminarum vincla diffibulant, alii explicandis ocrearum nexibus implicantur, alii hebetatorum caede gladiorum latera dentata pernumerant, alii caesim atque punctim foraminatos circulos loricarum digitis livescentibus
6 metiuntur. hic licet multi complexibus tuorum tripudiantes adhaerescerent, in te maximus tamen laetitiae popularis impetus congerebatur; tandemque in turbam inermem quidem veneras sed de qua te nec armatus evolveres; ferebasque nimirum eleganter ineptias gratulantum et, dum inruentum tumultuoso diriperis amplexu, eo condicionis accesseras piissimus publici amoris interpres, ut necesse esset illi uberiorem referre te gratiam.
7 qui tibi liberiorem fecisset iniuriam. taceo deinceps collegisse te privatis viribus publici exercitus speciem parvis extrinsecus maiorum opibus adiutum et infrenes hostium ante discursus castigatis cohercuisse populatibus. taceo te aliquot superventibus cuneos mactasse turmales e numero tuorum vix binis ternisve post proelium desideratis et tantum calamitatis adversae parti inopinatis certaminibus inflictum, ut occulere caesorum numerositatem consilio deformiore meditarentur. siquidem quos humari nox succincta prohibuerat decervicatis liquere cadaveribus, tamquam minoris
8 indicii foret quem nolles agnosci crinitum dimisisse truncatum. qui postquam luce revoluta intellexerunt furtum ruinae suae crudeli vilitate patuisse, tum demum palam officiis exequialibus occupabantur, non magis cladem fraude quam fraudem festinatione celantes; sic tamen, quod nec ossa tumultuarii caespitis mole tumulabant, quibus nec elutis vestimenta nec vestitis sepulchra tribuebant, iuste sic mortuis talia iusta solventes. iacebant corpora undique locorum plaustris convecta rorantibus, quae, quoniam perculsis indesinenter incumberes, raptim succensis conclusa domiciliis culminum superlabentum rogalibus fragmentis funerabantur. sed quid ego istaec iusto plusculum garrio, qui laborum tuorum non ex asse historiam texere sed pro parte memoriam facere praesumpsi, quo magis crederes votis tuorum, quorum expectationi aegrescenti nulla salubrius ociusque quam tui adventus remedia medicabuntur? igitur, si quid nostratium precatibus adquiescis, actutum in patriam receptui canere festina et assiduitatem tuam periculosae regum familiaritati celer eximo, quorum consuetudinem

---

1 convivas *LMTCP*, paonas *F* urbe *C* processerit obviam *C* 2 temtant *L* 3 ecernere (e *eras.* C^1) *C* 5 fulchra *LT* 6 concavis *F* lacrimarum vincula *F* 7 ebetatorum *CF* ębetatorum *MP* latera (era in *ras.* P^1) *P* 8 liviscentibus *L* 10 leticiae *CF* tandem (*om.* que) *F* inhermem (h *eras.* M^2) *M* 11 nimium *C* 12 irruentum *MTCFP* diriperis *T* conditionis *MTCFP* accessuras *T* 14 taceo *usque ad* 28 funerabantur *om.* *LT* deinceps *C* 15 infrenes *Buecheler*, inferiores *MCFP* 16 decursus (e *corr. in* is F^1) *F* coercuisse P^1, coercuisse *C* 17 ex *P* terciisq; *C* 18 parti *Mohrius*, partis *MCFP* contaminibus *C* 19 oculere *C* deformosiore *MFP* 20 licere (c *corr. in* q F^2) *F* 21 quem nolles *scripsi*, quam villis *CFP*, quā (ā *in ras.* M^2) villis *M* dimississe *M* 22 vilitate P^1 23 frudem *M* 24 more *F* 25 sepulcra *C* 26 palustris *corr. in* plaustris F^1 27 superlabentium *MF* 28 quid *LMCFP*, cur *T* istec *CP*, ista haec *MTF* iustoto *L* pl • usculum (*unam litt. eras.* P^1) *P*, plusculo T^1 29 historiam texere *praeter* xere *in ras.* P^1 30 praesumsi *L* expectacioni *C* 31 otiusque *MCF* igitur *in ras.* P^1 32 nostratum *F* 33 familiaritate *F* eximie *F*

Digitized by Google

expertissimus quisque flammarum naturae bene comparat, quae sicut paululum a se remota inluminant, ita satis sibi admota comburunt. vale.

IV.

SIDONIUS FELICI SUO SALUTEM.

Gozolas natione Iudaeus, cliens culminis tui, cuius mihi quoque esset persona 1
cordi, si non esset secta despectui, defert litteras meas, quas granditer anxius exaravi. oppidum siquidem nostrum quasi quandam sui limitis obicem circumfusarum nobis gentium arma terrificant. sic aemulorum sibi in medio positi lacrimabilis praeda populorum, suspecti Burgundionibus, proximi Gothis, nec inpugnantum ira nec propugnantum caremus invidia. sed istinc alias. interea, si vel penes vos recta sunt, 2
bene est. neque enim huiusmodi pectore sumus, ut, licet apertis ipsi poenis propter criminum occulta plectamur, non agi prospere vel ubicumque velimus. nam certum est non minus vitiorum quam hostium esse captivum, qui non etiam inter mala tempora bona vota servaverit. vale.

V.

SIDONIUS HYPATIO SUO SALUTEM.

Si vir spectabilis morumque vestrorum suspector admiratorque Donidius solam 1
rationem domesticae utilitatis habuisset, satis abundeque sufficeret fides vestra commodis suis, etsi nullus intercessor accederet. sed amore meo ductus est, ut quod ipse per se impetraverat me faceret postulare. itaque nunc honori vestro hic quoque cumulus accrescit, quod duo efficimur debitores, cum tamen unus e nobis beneficium consequatur. Eborolacensis praedii etiam ante barbaros desolatam medietatem, 2
quae domus patriciae iura modo respicit, suffragio vestro iuri suo optat adiungi. neque ad hanc nundinationem stimulo cupiditatis sed respectu avitae recordationis adducitur. siquidem fundi istius integritas familiae suae dominium usque in obitum vitrici nuper vita decedentis aspexit; nunc autem vir alieni non appetens, sui parcus possessionis antiquae a se alienatae non tam damno angitur quam pudore; quam ut redimere conetur, non avaritiae vitio sed verecundiae necessitate compellitur. tribuere 3
dignare votis suis, precibus meis, moribus tuis, ut ad soliditatem ruris istius te patrocinante perveniat, cui rem parentum sibique non solum notam verum etiam inter lactantis infantiae rudimenta reptatam sicut recepisse parum fructuosum, sic non eme-

---

1 expertissimus *Leo*, spectatissimus *LMTCFP* nature *s. l. add.* T^2 2 illuminant *MTCFP* ammota *L* vale *om.* *F* 3 felicio *F* salutem *om.* *F* 4 michi *C* 5 dispectui *L* graviter *T* 6 quendam *MTCFP* sui limitis *in marg. add.* T^2 8 proximis (s *eras.* M^2) *M* inpugnantum *C* 9 poenas (a *corr. in* e P^1) *P* suos (uos ....) T^2 10 enim *om.* *T* ipsi apertis *T* 11 occulta criminum *F* velimus (l *in ras.* P^1, i *corr. ut v. ex* n M^2) *MP*, vellimus *L* 12 viciorum *C* 13 vale *om.* *F* 14 *totam ep. V om.* *T* *inscriptionem uno versu vac. om.* *L*, sidoñ ypatio suo sal *add. in marg. ut v.* M^1 hipatio *F*, ypatio *P* salutem *om.* *F* 15 ammirator *LM* 16 habundeque (h *eras.* M^2) *MCF* 17 etsi *LMCP*, si *F* 18 huic F^1 23 istius *scripsi*, ipsius *LMCFP* dam̃ *C* 25 antiq; *CF* dampno *CF* 26 avariciae *M* vicio *MC* *post* tribuere 7 *litt. eras.* P^1 27 suqis F^1 patrocinante *F* 28 sibi (*om.* que) *F* actiam *C* 29 recipisse *L*

Digitized by Google

ruisse nimis videtur ignavum. ego vero tantum obstringar indultis, ac si meae proficiat peculiariter proprietati quicquid meus aetate frater professione filius, loco civis fide amicus acceperit. vale.

VI.

SIDONIUS EUTROPIO SUO SALUTEM.

1 Si veteris commilitii, si deinceps innovatae per dies gratiae bene in praesentiarum fides vestra reminiscitur, profecto intellegitis ut vos ad dignitatum sic nos ad desideriorum culmina ascendere. ita namque fascibus vestris gratamur omnes, ut erectam per illos non magis vestram domum quam nostram amicitiam censeamus. testis est ille tractatus, in quo exhortationis meae non minimum incitamenta valuerunt.
2 quibus vix potuistis adduci, ut praefecturam philosophiae iungeretis, cum vos consectanei vestri Plotini dogmatibus inhaerentes ad profundum intempestivae quietis otium Platonicorum palaestra rapuisset, cuius disciplinae tunc fore adstruxi liberam professionem, cum nil familiae debuisses. porro autem desidiae vicinior putabatur contemptus ille militiae, ad quam iactitant lividi bonarum partium viros non posse
3 potius quam nolle conscendere. igitur, quod loco primore fieri par est, agimus gratias uberes Christo, qui statum celsitudinis tuae ut hactenus parentum nobilitate decorabat, ita iam nunc titulorum parilitate fastigat; simul et animorum spebus erectis fas est de cetero sperare meliora. certe creber provincialium sermo est: annum bonum de magnis non tam fructibus quam potestatibus existimandum. qua de re vestrum est, domine maior, exspectationem nostram competentibus dispositionibus munerari. nam memor originis tuae nobilium sibi persuasit universitas, quamdiu nos Sabini familia rexerit, Sabiniani familiam non timendam. vale.

VII.

SIDONIUS FELICI SUO SALUTEM.

1 Longum a litteris temperatis. igitur utrique nostrum mos suus agitur: ego garrio, vos tacetis. unde etiam, vir ad reliqua fidei officia insignis, genus reor esse virtutis tanto te otio non posse lassari. ecquid numquam nec respectu movebere familiaritatis antiquae, ut tandem a continuandi silentii proposito pedem referas? aut nescis, quia garrulo non respondere convicium est? tu retices vel bybliothecarum medius vel

---

1 obstrigar *L* 2 quidquid *F* 3 vale *om. F* 4 *totam ep. VI om. T* *inscriptionem uno versu vac. om. L* salutem *om. F* 5 commilicii *MF* deinceps *C* coinnovate F^1 praesenciarum *C* 6 intelligitis *MCFP* 7 nanque *M* 8 amiciciam *CF* 9 exortacionis *C* 10 vix (ix *in ras.* P^1) *P* philosofie *F* consentanei F^1 12 astruxi *MCFP* 13 debuisses M^2, debuisset *CF* 14 contemtus *L* miliciae *MCF* 15 fierri (*alt. r eras.* C^1) *C* 17 iam *LMFP*, ętiam *C* speebus *F* 18 creb C^1 provintialium *F* 20 expectationem *MFP*, expectacionem *C* numerari *CF* 21 quandiu *M* familia rexerit sabiniani *om. C* 22 rexerit *in ras.* P^1 *ante* timendam *leg.* ee *in C* vale *om. F* 23 *totam ep. VII om. T* *inscriptionem uno versu vac. om. LF* 24 .ongum *F* 26 et quid *F*, ęcquid *P*, Aecquid *C*, hęcquid (*corr. in* ecquid M^2) *M*, *var. lect. s. l. add. eras.* M^2 numquam nec *scripsi*, nūquam ne. (*unam litt. eras.* P^1) *P*, numquamne *LMC*, nūquam (*om.* ne) *F* 27 antiq; (*corr. in* antiquę P^1) id tandem *P* continuati *MCFP*, ł continuandi melius *add. s. l.* M^2 28 non *s. l. add.* F^2 convitium *MF* bibliothecarum *MC*, bibliotecarum *F*, bibliothecharum *P*

Digitized by Google

togarum et a me officium paupertini sermonis expectas, cui scribendi, si bene perspicis, magis est facilitas quam facultas. certe vel metus noster materiam stilo tuo 2
faciat, mementoque viatorum manus gravare chartis, quatenus amicorum cura relevetur, et indicare festina, si quam praevio deo quaestor Licinianus trepidationi mutuae
5 ianuam securitatis aperuerit. persona siquidem est, ut perhibent, magna expectatione maior adventu, relatu sublimis inspectione sublimior, et ob omnia felicitatis naturaeque dona monstrabilis. summa censura, par comitas et prudentia fidesque misso mittenti- 3
que conveniens; nihil affectatum simulatumque ponderique sermonum vera potius severitas quam severitatis imitatio; et nec, ut plurimi, qui cum credita diffidenter
10 allegant, volunt videri egisse [se] cautius. sed neque ex illo, ut ferunt, numero, qui secreta dirigentum principum venditantes ambiunt a barbaris bene agi cum legato potius quam cum legatione. hunc nobis morum viri tenorem secundus rumor invexit. 4
mandate perniciter, si vero dicta conquadrant, ut tantisper a pervigili statione respirent quos a muralibus excubiis non dies ninguidus, non nox inlunis et turbida receptui
15 canere persuadent; quia, etsi barbarus in hiberna concedat, mage differunt quam relinquunt semel radicatam corda formidinem. palpate nos prosperis, quia nostra non tam procul est a vobis causa quam patria. vale.

VIII.

SIDONIUS EUCHERIO SUO SALUTEM.

Veneror antiquos, non tamen ita, ut utique aequaevorum meorum virtutes aut 1
20 merita postponam. neque si Romana respublica in haec miseriarum extrema defluxit, ut studiosos sui numquam remuneretur, non idcirco Brutos Torquatosque non pariunt saecula mea. quorsum istaec, inquis? de te mihi ad te sermo est, vir efficacissime, cui debet respublica quod supra dictis solutum laudat historia. quapropter ignari 2
rerum temeraria iudicia suspendant nec perseverent satis aut suspicere praeteritos aut
25 despicere praesentes; quandoquidem facile clarescit rempublicam morari beneficia, vos mereri. quamquam mirandum granditer non sit, natione foederatorum non solum inciviliter Romanas vires administrante verum etiam fundamentaliter eruente si nobilium virorum militariumque et supra vel spem nostrae vel opinionem partis adversae bellicosorum non tam defuerunt facta quam praemia. vale.

---

1 cuius *MCFP* si bene *in ras.* P^1 2 facultas *in ras.* M^1 matheriam (h *in ras.* P^1) *MCP* 3 *post* mementoque *3 litt. eras.* P^1 carthis *L* quatinus (i *corr. in* e C^1) *LCF* reveletur *C* 5 aperuit *F* expectacioni *C* 6 sullimis *F* dona naturaeque *C* naturaeq; ∘ ∘ (q; *corr. ex* quae P^2) *P* 7 & *in ras.* M^2 8 nichil *MCF* 10 se *seclusi* illorum ferunt *C* 11 dirigentium *MCP* 12 cū *s. l. add.* M^1 14 illunis *MCFP* 16 relinquunt *scripsi*, relinquant *LMC*, reliquant *P*, relinquent *F* 17 est *om. F* vale *om. F* 18 *totam ep. VIII om. T* *inscriptionem uno versu vac. om. L* euchirio *F* salutem *om. F* 19 utique *Leo*, qui *LMCFP* ut coaequaevorum *Wouwerenus* 20 republica *C* 21 icoirco *F* torquatos que F^1 22 mea scla *C* ista haec *MCFP* michi *C* vir *s. l. add.* F^2 23 republica *C* *quae post* historia *leg. in cod. Nonii et cod. optimo Wouwereni vide in praef.* ignari *corr. ex* ignavi F^1 24 iuditia *C* p̄teritos *in ras.* M^1 25 dispicere *L* *ante* facile *7 litt. quarum extr. erant* tis (*an* p̄sentis?) *eras.* P^1 republica *C* morari (*prior.* r *in ras.* (*corr. ex* d?) M^1) *M*, l morari *s. l. add.* M^1, moderari *C* 26 quanquam (*corr. ex* quamquam P^2) *LMFP*, quamq; *C* feneratorum *M*, feneratorum *CFP* 27 amministrante *LM* eruente (*prior.* e *corr. ex* c, *alt. in ras.* P^1) *P* 29 defuerint *MCFP* valeas *C*, *om. F*

Digitized by Google

IX.

SIDONIUS RIOTHAMO SUO SALUTEM.

1 Servatur nostri consuetudo sermonis; namque miscemus cum salutatione querimoniam, non omnino huic rei studentes, ut stilus noster sit officiosus in titulis, asper in paginis, sed quod ea semper eveniunt, de quibus loci mei aut ordinis hominem constat inconciliari, si loquatur, peccare, si taceat. sed et ipsi sarcinam vestri pudoris inspicimus, cuius haec semper verecundia fuit, ut pro culpis erubesceretis alienis.
2 gerulus epistularum humilis obscurus despicabilisque etiam usque ad damnum innocentis ignaviae mancipia sua Britannis clam sollicitantibus abducta deplorat. incertum mihi est an sit certa causatio; sed si inter coram positos aequanimiter obiecta discingitis, arbitror hunc laboriosum posse probare quod obicit, si tamen inter argutos armatos tumultuosos, virtute numero contubernio contumaces, poterit ex aequo et bono solus inermis, abiectus rusticus, peregrinus pauper audiri. vale.

X.

SIDONIUS TETRADIO SUO SALUTEM.

1 Plurimum laudis iuvenes nostri moribus suis applicant, quotiens de negotiorum meritis ambigentes ad peritorum consilia decurrunt, sicuti nunc vir clarissimus Theodorus, domi quidem nobilis, sed modestissimae conversationis opinione generosior, qui per litteras meas ad tuas litteras id est ad meracissimum scientiae fontem laudabili aviditate proficiscitur, non modo reperturus illic ipse quod discat sed et forsitan rela-
2 turus inde quod doceat. cui contra potentes factiososque, si vestra peritia non abundanter opitularetur, prudentia consulta sufficeret. respondete, obsecramus, nisi vobis tamen utriusque nostrum sociae preces oneri fastidiove reputabuntur, iudicio suo, testimonio meo et substantiam causamque supplicis fluctuantem medicabilis responsi salubritate fulcite. vale.

XI.

SIDONIUS SIMPLICIO SUO SALUTEM.

1 Etsi desiderium nostrum sinisteritas tanta comitatur, ut etiam nunc nostris invidearis obtutibus, non ideirco is es, virorum optime, de cuius nos moribus lateant

1 *inscriptionem uno versu vac. om. L* riotamo *MTFP* salutem *om. F* 2 nanque *M*, nam (*om.* quu) *F* salutacione *C* 4 qd *expunxit T²* *ante* semper *s. l. add.* q *T²* *ante* hominem 3 *litt. eras. P¹* 5 nri *C* 6 erubescetis *T²* 7 dispicabilisque *L* dampnum *MCF* 8 brittannis (*prior.* t *eras. M²*) *M* 9 michi *C* coram *in ras. P¹* 10 discingetis *Lco* 11 potuerit *T* 12 valeas *C, om. F* 13 *inscriptionem uno versu vac. om. L* Sidonius *et* suo salutem *om. T* 14 quoties (o *corr. in* ē *M²*) *LMTC*, quocies *P¹* negociorum *C* *post* negotiorum *leg.* suor̄ *in T, fort. recte* 15 decurrent *M¹* vir *om. MTCFP* 16 quidem *om. F* nobilis (s *in ras. M¹*) *M* 17 *ante* meas 5 *litt. eras. P¹* litteras tuas *transposuit P¹*, litteras tuas *T* 18 illic *s. l. add. T²* 19 *ante* peritia 7 *litt.* (*ut v.* peritia) *eras. P¹* habundanter *F* 20 nobis *F* 21 sotio *F* iuditio *CF* 22 et substantiam *in marg. add. T¹* substanciam *C* supplicis (*alt.* i *eras. C¹²*) *C* 23 valeas *C, om. F* 24 *inscriptionem uno versu vac. om. L* salutem om. *F* 25 et (*om.* si) *L* *ante* nostrum 3 *litt. eras. P¹* tanta sinisteritas *C* 26 optutibus *L* iccirco *F*

Digitized by Google

celsa memoratu. ita cuncti nostrates idemque summates viri optimarum te exactissimarumque partium praestantissimum patremfamilias consono praeconio prosequuntur. adstipulatur huic de te sententiae bonorum vel sic electus gener vel educta sic filia; 2
in quorum copula tam felicem tibi controversiam vota pepererunt, ut ambigas utrum
5 iudicio an institutione superaveris. sed tamen hinc vel maxume, parentes ambo venerabiles, este securi: idcirco ceteros vincitis, quod vos filii transierunt. igitur dona venia litteras primas, quas ut necdum mittere desidia fuerat, ita vereor ne sit misisse garrulitas. carebit sane nostrum naevo loquacitatis officium, si exemplo recursantis alloquii impudentiam paginae praesentis absolveris. vale.

XII.

10 ## SIDONIUS SECUNDO SUO SALUTEM.

Avi mei, proavi tui tumulum hesterno (pro dolor!) die paene manus profana 1
temeraverat; sed deus affuit, ne nefas tantum perpetraretur. campus autem ipse dudum refertus tam bustualibus favillis quam cadaveribus nullam iam diu scrobem recipiebat; sed iam tellus humatis quae superducitur redierat in pristinam distenta
15 planitiem pondere nivali seu diuturno imbrium fluxu sidentibus acervis. quae fuit causa, ut locum auderent tamquam vacantem corporum baiuli rastris funebribus impiare. quid plura? iam niger caespes ex viridi, iam supra antiquum sepulchrum 2
glaebae recentes, cum forte pergens urbem ad Arvernam publicum scelus e supercilio vicini collis aspexi meque equo effuso tam per aequata quam per abrupta pro-
20 ripiens et morae exiguae sic quoque inpatiens, antequam pervenirem, facinus audax praevio clamore compescui. dum dubitant in crimine reperti dilaberentur an starent, superveni. confiteor errorem, supplicia captorum differre non potui, sed supra senis nostri ipsum opertorium torsi latrones, quantum sufficere posset superstitum curae, mortuorum securitati. ceterum nostro quod sacerdoti nil reservavi meae causae suae- 3
25 que personae praescius, in commune consului, ne vel haec iusto clementius vindicaretur vel illa iusto severius vindicaret. cui cum tamen totum ordinem rei ut satisfaciens ex itinere mandassem, vir sanctus et iustus iracundiae meae dedit gloriam, cum nil amplius ego venia postularem, pronuntians more maiorum reos tantae temeritatis iure caesos videri. sed ne quid in posterum casibus liceat, quos ab exemplo 4

1 *post* ita *leg.* te *in T* sumates *C*, sumantes F^1 2 *post* praestantissimum *leg.* te *in T* patrem famil *F* prosecuntur *F* 3 astipulatur *MTCFP* erudita sic *T*, sic educata *F* 4 *post.* copula *unam litt. eras.* F^1 voto *F* 5 iuditio *C* institucione *C* hic *P* maxime *TCF* 6 iccirco *F* vicitis M^2 7 quas *corr. ex* quae P^1 dum (*om.* nec) mitere *C* fuerit *C* 8 nevo (vo *in ras.* P^1) loquacitatis (ci *in ras.* P^1) *P* recusantis P^1, recursantis *T*, ł recu *add. in marg.* T^2 9 valeas *C*, *om. MF* 10 *inscriptionem uno versu vac. om. L* salutem *om. F* 11 pro P^1, proh *MC* prophana *F* 12 nephas *F* 13 bustualibus (*alt.* u *eras.* C^2) *C*, bustialibus *T* setobem (t *corr. in* r F^1) *F* 14 iam *scripsi*, tamen *LMTCFP* 15 planicicum *MC* se *L* acervis *praeter* a *in ras.* P^1 16 tanquam *LF*, tam (*om.* quam) *C* funeribus *C*, funibus F^1 17 sepulcrum *CF*, sepulerum P^1 18 ad arvernam urbem *F* 19 abruta *C* proripiens *praeter* pro *in ras.* M^1 20 sic qq; impatiens *praeter* tiens *in ras.* M^1 impatiens *MFP* 21 conpescui *C* 22 *ante* superveni *leg.* et *in LCFP et in ras. in* M^1 superveni (su *in ras.* M^1) *M* 23 possit *L*, posse *C* 24 nihil *M*, nl *F* 25 clemencius vindicarentur (*post.* n *inducit* C^1) *C* 26 ordinem (ł *eras.* C^2) *C* 28 pronuncians *MC* maiore (ai *eras.* C^1) *C* 29 videri *praeter* vi *def. in T*

Digitized by Google

vitare debemus, posco, ut actutum me quoque absente tua cura sed meo sumptu resurgat in molem sparsa congeries, quam levigata pagina tegat. ego venerabili Gaudentio reliqui pretium lapidis operisque mercedem. carmen hoc sane, quod consequetur, nocte proxima feci, non expolitum, credo, quod viae non parum intentus. quod peto ut tabulae, quantulumcumque est, celeriter indatur; sed vide, ut vitium non faciat in marmore lapidicida; quod factum sive ab industria seu per incuriam mihi magis quam quadratario lividus lector adscribet. ego vero, si pio studio rogata curaveris, sic agam gratias, quasi nil tibi quoque laudis aut gloriae accedat, quem patruo tuo remoto solida praesentis officii sollicitudo mansisset pro gradu seminis.

Serum post patruos patremque carmen
haud indignus avo nepos dicavi,
ne fors tempore postumo, viator,
ignorans reverentiam sepulti
tellurem tereres inaggeratam.
praefectus iacet hic Apollinaris
post praetoria recta Galliarum
maerentis patriae sinu receptus,
consultissimus utilissimusque
ruris militiae forique cultor,
exemploque aliis periculoso
liber sub dominantibus tyrannis.
haec sed maxima dignitas probatur,
quod frontem cruce, membra fonte purgans
primus de numero patrum suorum
sacris sacrilegis renuntiavit.
hoc primum est decus, haec superba virtus,
spe praecedere quos honore iungas
quique hic sunt titulis pares parentes,
hos illic meritis supervenire.

Novi quidem auctoris nostri non respondere doctrinae epitaphii qualitatem, sed anima perita musicas non refutat inferias. tibi quoque non decet tardum videri quod heres tertius quartusque dependimus, cum tot annorum gyro voluto magnum Alexandrum parentasse manibus Achillis et Iulium Caesarem Hectori ut suo iusta solvisse didicerimus. vale.

---

1 vitare *s. l. add.* T^2 sumtu *L* 3 precium (cium *in ras.* P^1) *MCFP* sequetur *F* 4 crebro *F* 5 quantumcumque (*om.* est) *F* celerit̃ (t̃ *corr. in* ĩ C^1) *C* vicium *C* 6 p industriã *T* 7 magis michi *C* quadratorio (*corr. in* quadratario M^2P^1) *MTCFP* ascribet *MCF et corr. ex* ascriberet P^1, asscribet *T* curaveris rogata *F* 8 gre *T*, ꝑ gle *s. l. add.* T^2 *post* patruo tuo *quod leg.* vel me *in LTCF*, id est me *in P*, id ÷ me (id ÷ *in ras.* M^2) *in M delevi* 9 mansisset pro gradu seminis *in ras.* P^1 *post* seminis *leg.* vale *in T carmini* EPITAPHIVM APOLLINARIS *inscripsit rubric. in C* v. 1 carmen *in ras.* P^1 v. 2 nepus *L* v. 3 postume *L*, posthumo *MCFP* v. 5 terres *L* v. 10 iurisq; (i *rubr.*) F^1 miliciae *M* v. 12 tirannis *CF*, tyrannus (u *corr. in* i M^2) *M* v. 13 sed *s. l. add.* F^1 v. 14 membra *M* purgat *L* v. 15 parentum *F* v. 16 renunciavit *MC* v. 17 decus *in ras.* P^1 v. 18 spem (m *eras.* C^1) *C* iunguas T^2 v. 19 hic (c *in ras.* M^2) *M* 10 epytaphii *C* 11 rufutat *C* debet *T, fort. recte* 12 tercius *CF* giro *MCF* 13 haectori *L*, hęctori *M* 14 vale *om.* *F*

Digitized by Google

XIII.

SIDONIUS APOLLINARI SUO SALUTEM.

Unice probo gaudeo admiror, quod castitatis affectu contubernia fugis impudi- 1
corum, praesertim quibus nihil pensi, nihil sancti est in appetendis garriendisque
turpitudinibus quique quod verbis inverecundis aurium publicarum reverentiam incestant,
5 granditer sibi videntur facetiari. cuius vilitatis esse signiferum Gnathonem patriae
nostrae vel maxumum intellege. est enim hic gurges de sutoribus fabularum, de con- 2
cinnatoribus criminum, de sinistrarum opinionum duplicatoribus, loquax ipse nec dicax
ridiculusque nec laetus arrogansque nec constans curiosusque nec perspicax atque
indecenter affectato lepore plus rusticus: tempora praesentia colens, praeterita carpens,
10 futura fastidiens: beneficii, si rogaturus est, inportunus petendi derogator negati,
aemulator accepti callidus reformandi, querulus flagitati garrulus restituti; at si rogandus,
simulator parati dissimulator petiti, venditor praestiti publicator occulti, calumniator
morati infitiator soluti; osor iciuniorum, sectator epularum; laudabilem proferens non 3
de bene vivente sed de bene pascente sententiam: inter haec tamen ipse avarissimus
15 quemque non pascit tam panis bonus quam panis alienus, hoc solum comedens domi,
si quid e raptis inter alaparum procellas praemisit obsoniis. sed nec est sane praedi-
cabilis viri in totum silendi frugalitas: iciunat, quotiens non vocatur; sed sic quoque
levitate parasitica, si invitetur, excusans; si vitetur, explorans; si excludatur, expro-
brans; si admittatur, exultans; si verberetur, exspectans. cum discubuerit, fertur 4
20 actutum, si tarde comedat, in rapinas; si cito saturetur, in lacrimas; si sitiat, in que-
relas; si inebrietur, in vomicas; si fatiget, in contumelias; si fatigetur, in furias; faecu-
lentiae omnino par cloacali, quae quo plus commota, plus fetida est. ita vivens paucis
voluptati, nullis amori, omnibus risui, vesicarum ruptor fractorque ferularum, bibendi
avidus, avidior detrahendi, rabido pariter ore spirans caenum, spumans vinum, loquens
25 venenum, facit ambigi putidior, temulentior an facinorosior existimetur. sed dicis: 5
'animi probra vultus colorat et deprecatur ineptias mentis qualitas corporis: elegans
videlicet homo pervenustusque cuiusque sit spectabilis persona visentibus.' enimvero
ille sordidior est atque deformior cadavere rogali, quod facibus admotis semicombustum
moxque sidente struc torrium devolutum reddere pyrae iam fastidiosus pollinctor exhorret.
30 praeter hoc lumina gerit idem lumine carentia, quae Stygiae vice paludis volvunt
lacrimas per tenebras. gerit et aures immanitate barrinas, quarum fistulam biforem 6

1 *inscriptionem uno versu vac. om. L* *post* APOLLINARI *leg.* FILIO *in T* salutem *om. F* 2 ammiror *MCF* 3 qb; *corr. ut v. ex* qd F^1 nichil *bis MC*, nl *bis F* 4 qui (*om.* que) *F* reverentiam *praeter* reve *in ras.* P^1 5 faceciari *F* signiferunt *L* gnatonem *MCFP*, natonem *T* 6 maximum *MTCFP* intellige *MTCFP* 7 dupplicatoribus *F* 10 importunus *MTCFP* 12 calumpniator *CF* 13 inficiator *MCF* 14 pascente *in ras.* P^1 16 alparum F^1 ,pmisit (,p *corr. in* p̄ F^1) *F* p̄misit obsoniis *praeter* misit ob *in ras.* M^1 17 silendi *scripsi*, silenda *LMTCFP* quoties *LM* 18 exprobans M^2 19 amittatur M^2, ammittatur *L* expectans *MCFP* 20 sciat *C* querellas *L*, quirerelas (i *corr. in* e C^1, *alt.* re *eras.* C^2) *C* 21 fagigetur (*pr.* g *corr. in* t F^1) *F* *post* furias, *quod est in ras.*, rias *eras.* P^1 22 omnino *om. F* fastida *L*, fętida *C*, fœkida *P* 24 rapido (p *corr. in* b P^1) *P* 25 ac *F* existimetur (is *in ras.* P^1) *P* 26 vultus *scripsi*, vultu *LMTCFP* colorat *LMTFP*, decorat *C* ineptiam *L*, *fort. recte* 28 ille *scripsi*, illa *LMTCFP* ammotis *L* 29 sidentes *L* pirae *MCF* fastidiosud (d *corr. in* s C^2) *C*, fastidios' *add. in marg.* C^1 pollinctor (*prior.* l *eras.* C^2) *C*, pollintor *MP* 30 haec *TC* idē *corr. in* idem P^1, id est *C* stigie *MCP*, stige F^1 31 barinnas *F* biformę F^1

Digitized by Google

pellis ulcerosa circumvenit saxeis nodis et tofosis umore verrucis per marginem curvum protuberantibus. portat et nasum, qui cum sit amplus in foraminibus et strictus in spina, sic patescit horrori, quod angustatur olfactui. praetendit os etiam labris plumbeum rictu ferinum, gingivis purulentum dentibus buxeum, quod spurcat frequenter exhalatus e concavo molarium conputrescentum mephiticus odor, quem supercumulat esculenta ructatio de dapibus hesternis et redundantum sentina cenarum.
7 promit et frontem, quae foedissimo gestu cutem plicat supercilia distendit. nutrit et barbam, quae iam senectute canescens fit tamen morbo nigra Syllano. tota denique est misero facies ita pallida, veluti per horas umbris maestificata larvalibus. taceo reliquam sui molem vinctam podagra pinguedine solutam. taceo cerebrum crebra vibice peraratum, quod parum amplius tegi constat capillis quam cicatricibus. taceo
8 pro brevitate cervicis occipiti supinato scapularum adhaerere confinia. taceo, quia decidit honor umeris, decor brachiis, robur lacertis. taceo chiragricas manus unctis cataplasmatum pannis tamquam caestibus involutas. taceo, quod alarum specubus hircosis atque acescentibus latera captiva vallatus nares circumsedentum ventilata duplicis Ampsancti peste funestat. taceo fractas pondere arvinae iacere mammas quasque foedum esset in pectore virili vel prominere, has ut ubera materna cecidisse. taceo ventris inflexi pendulos casses parti genitalium, quia debili, bis pudendae turpibus rugis
9 turpius praebere velamen. iam quid hic tergum spinamque commemorem? de cuius licet internodiorum fomitibus erumpens aream pectoris texat curvatura costarum, tota nihilominus haec ossium ramosa compago sub uno velut exundantis abdominis pelago latet. taceo lumborum corpulentiam cluniumque, cui crassitudini comparata censetur alvus exilis. taceo femur aridum ac pandum, genua vasta poplites delicatos, crura cornea vitreos talos, parvos digitos pedes grandes. cumque distortis horreat ita liniamentis perque multiplicem pestilentiam exsanguis semivivusque nec portatus sedeat
10 nec sustentatus incedat, verbis tamen est ille quam membris execrabilior. nam quamquam pruritu laborat sermonis inhonesti, tamen patronorum est praecipue cavendus arcanis, quorum est laudator in prosperis, delator in dubiis: et si ad occulta familiarium publicanda temporis ratio sollicitet, mox per hunc Spartacum quaecumque sunt clausa

---

1 humore *MTCFP* 2 corvum *LM*, l curvum *add. in marg.* M^1, curuum F^1, corium *TCP* amplius (i *eras.* M^2) *M* 3 strictus (stri *in ras.* P^1) *P* spina *praeter* a *in ras.* L^1 olfactui (c *eras.* M^2) *M*, olfatui *CP* 4 prurulentum (*prior.* r *eras.* C^2, l pu *s. l. add.* M^2) *MCP* · spurgat *L* 5 exalatus *MCF* computrescentum *MTC*, computrescentium *FP* mēphiticus *T*, mēfiticus *F* 6 ructuatio *MP*, ructuacio *C* lapibus (l *eras.* C^2) C^1 redundantia F^1 8 sillano *MTCFP* 10 iunctam *F* 11 vivifice *L* peraratium (i *eras.* C^2) *C*, patū *F* 12 prae *MTFP* occipyti *L* suppinato *FP* 13 humeris *MTCFP* ciragricas *F* 14 tanquam *LMF* ••cestibus (ce *corr. ut v. ex* cele P^1) *P*, cestibus T^2 halarum *L* hyrcosis *M*, hirchosis *F* 15 ascentibus F^2 circumsedentium (*prior.* e *corr. in* i M^2) *M*, circumsidentium *P*, circumsidentum *C*, circumcidentium *F* ventilata• (*unam litt. eras.* C^2) *C* dupplicis ampsanti *F*, duplici sampsanti *T* 17 vel *s. l. add.* M^1, *om.* *P* cecidisse C^1 18 partim *MCP*, partī (*sed virg. add.* T^2) *T*, parū F^1 debili bis *L*, debilibus *MTCFP* 20 arcam *C*, *fort. recte* nichilominus *MC*, nlominus *F* 21 ossuum *MT* com•••pago (3 *litt. eras.* P^1) *P* velud *F* 23 avus F^1 ac *LTCFP*; et *M* 24 talos (os *in ras.* M^2) *M* distortis (*post.* s *in ras.* M^2) *M* ita horreat *T* 25 exanguis *TCFP* semivusque *F* sedeat *scripsi*, sentiat *LMTFP*, senciat *C* 26 membris *F* exsecrabilior *M* quanquam *M* 27 pluritu *L* tñ *sed ita ut dubites* tum *an* tamen *legatur in F*, tum *LMTCP* 28 archanis *MCF* laudator est *F* et *scripsi*, at *LMTCFP* 29 hinc *L* sparthacum *LMTCFP* clausa sunt *F*

Digitized by Google

franguntur quaeque obserata reserantur; ita, quod quas domorum nequiverit machinis apertae simultatis impetere, cuniculis clandestinae proditionis impugnat. hoc fabricatu Daedalus noster amicitiarum culmen aedificat, qui sicut sodalibus velut Theseus inter secunda sociatur, sic ab his postmodum velut Proteus inter adversa dilabitur. igitur 11
5 ex voto meo feceris, si talium sodalitati ne congressu quidem primore sociere, maxume illorum, quorum sermonibus prostitutis ac theatralibus nullas habenas, nulla praemittit repagula pudor. nam quibus citra honestatis nitorem iactitabundis loquacis facce petulantiae lingua polluitur infrenis, his conscientia quoque sordidatissima est. denique facilius obtingit, ut quispiam seria loquens vivat obscene, quam valeat ostendi
10 qui pariter existat improbus dictis et probus moribus. vale.

XIV.

SIDONIUS PLACIDO SUO SALUTEM.

Quamquam te tua tenet Gratianopolis, comperi tamen hospitum veterum fido 1
relatu, quod meas nugas sive confectas opere prosario seu poetarum stilo cantilenosas plus voluminum lectione dignere repositorum. gaudeo hoc ipso, quod recognovi char-
15 tulis occupari nostris otium tuum; sed probe intellego, quod moribus tuis hanc voluntatem non operis effectus excudit sed auctoris affectus, ideoque plus debeo, quia gloriae punctum, quod dictioni negares, das amicitiae. de ceteris vero studii nostri dero- 2
gatoribus quid ex asse pronuntiem necdum deliberavi. nam qui maxume doctus sibi videtur, dictionem sanam et insanam ferme appetitu pari revolvit, non amplius con-
20 cupiscens erecta quae laudet quam despecta quae rideat. atque in hunc modum scientia pompa proprietas linguae Latinae iudiciis otiosorum maximo spretui est, quorum scurrilitati neglegentia comes hoc volens tantum legere, quod carpat, sic non utitur litteris, quod abutitur. vale.

---

1 quaecque *T*, *fort. recte* obscurata L^1 2 simulatis *C* 3 amiciciarum *F* velud *F* *ante* theseus *induxit* ,p C^1 4 sotiatur *F* his *LMTFP*, illis *C* velud *F* protheus *MTCFP* 5 nec *T* sotiere *F*, sociare *P* maxime *TCF* 6 theathralibus (*post*, h *eras.* P^2) *P* pmittit M^2, pmittit *T* 7 morem *corr. in* nlorem F^1 8 petulanciae *C* sordidatissa *C* 9 optingit *LMT*, obtingit *corr. ex* attingit F^1 10 inprobus *C* vale *om. F* 11 *inscriptionem uno versu vac. om. L* salutem *om. F* 12 quanquam *LM* gratiannopolis *F* 13 seu *LMCFP*, sive *T* 14 digne *C* repositorum T^2 carthulis *L*, cartulis *F* 15 intelligo *MTCFP* volũtatem *man. pr. in Vaticano 3421*, voluptatem *LMTCFP* 17 dilectioni F^1 amicicie *F* 18 quod *C* pronunciem *MC* nondum *C* maxime *TCF* 19 appetitu (ti *in ras.* P^1) *P* 20 dispecta *L* 21 proprietas linguae latinae pompa *C* ociosorum *MC* spretui (re *in ras.* M^2) *M*, sp̄ ∘ ∘ tui (2 *litt. eras.* P^1) *P* 22 scurilitati *F* negligentia *MTFP* si F^2 *post subscriptionem nigro atram. exaratam* G. SOLLII. APOLLINARIS. SIDONII. EPISTVLARVM. LIBER. TERTIVS. EXPLICIT. *tres versus vac. in L*, G. SOLLII APOLLINARIS SIDONII EPLARV LIB .III. EXPLICIT. INCIPIT .IIII. *M*, S. LIB TCI' EXPLICIT. INCIPIT QVARTVS *T*, Gai Sollii Apollinaris modesti Sidonii lib. III. expl. Incip. IIII. *subscr. rubric. in C*, Gaii Sollii apollinaris Sid eplarum lib III' explic. Incipit Qrtus *F*, G. SOLLII. APOLLINARIS. SIDONII. EPISTOLARV. LIBER. III. EXPLICIT. INCIPIT. IIII. *P*

Digitized by Google

GAI SOLLII
APOLLINARIS SIDONII
EPISTULARUM
LIBER QUARTUS.

I.

SIDONIUS PROBO SUO SALUTEM.

1 Soror mihi quae uxor tibi: hinc inter nos summa et principalis necessitudo, et ea quidem patruelis, non germana fraternitas, quae plerumque se purius fortius meracius amat. nam facultatum inter germanos prius lite sopita iam qui nascuntur ex fratribus nihil invicem controversantur, et hinc saepe caritas in patruelibus maior, quia desistit simultas a divisione nec cessat affectus a semine. secundus nobis animorum nexus accessit de studiorum parilitate, quia idem sentimus culpamus laudamus in litteris et aeque nobis quaelibet dictio placet improbaturque.
2 quamquam mihi nimis arrogo iudicium meum conferens tuo. quis enim iuvenum nesciat seniorumque te mihi magistrum fuisse proprium, cum videremur habere communem, et si quid heroicus arduum comicus lepidum, lyricus cantilenosum orator declamatorium, historicus verum satiricus figuratum, grammaticus regulare panegyrista plausibile, sophista serium epigrammatista lascivum, commentator lucidum iurisconsultus obscurum multifariam condiderunt, id te omnifariam singulis, nisi cui ingenium sibique quis defuit, tradidisse? deus bone! quam sibi hinc patres nostri gratulabantur, cum viderent sub ope Christi te docere posse, me discere, et non solum te facere quod posses sed et velle quod faceres ideoque te bonum non minus quam peritum pronuntiari! et vere intra Eusebianos Lares talium te quaedam moneta susceperat disci-

---

1 *inscriptionem spat. vac. om. L, in marg. add. rubr. in F* 2 .oror michi *C* 4 meratius (e *corr. ex* i *F*[1]) *CF* 5 nichil *MC*, nl *F* 9 quanquam *LM* michi *C* iuditium *C* iuvenem *L* 10 nesciat iuvenum *T* michi *C* 11 quis *C* liricus *CF* orator declamatorium *Leo*, oratorq; maturum *LMTCFP* 12 satyricus *LMF* panugerista (u *corr. in* i *C*[2]) *C*, panagirista (*alt.* a *in ras. M*[1], *post.* a *in ras. P*[1]) *MFP*, panycirista *L*, panigerista *T* 13 epigrammatista *scripsi*, epigrammista *LMTCFP* 14 multiphariam *F* omniphariam *F* 15 gratulabantur *scripsi*, gloriabantur (*post.* a *in ras. P*[1]) *LMTCFP* 17 possis *L* quod faceres velle *C* pronunciari *MC* 18 contra *corr. in* coiutra *F*[1] taliũ *T*; l talē *add. in marg. T*[2]

Digitized by Google

plinarum, cuius philosophica incude formatus nunc varias nobis rerum sermonumque rationes ipso etiam qui docuerat probante pandebas, nunc ut Platon discipulus iam prope potior sub Socrate, sic iam tu sub Eusebio nostro inter Aristotelicas categorias artifex dialecticus atticissabas, cum ille adhuc aetatulam nostram mobilem teneram crudam modo castigatoria severitate decoqueret, modo mandatorum salubritate condiret. at qualium, deus bone, quamque pretiosorum, quae si quis deportaret philosophaturus 4
aut ad paludicolas Sygambros aut ad Caucasigenas Alanos aut ad equimulgas Gelonos, bestialium rigidarumque nationum corda cornea fibraeque glaciales procul dubio emollirentur egelidarentur neque illorum ferociam stoliditatemque, quae secundum beluas ineptit brutescit accenditur, rideremus contemneremus pertimesceremus. igitur quia 5
nos ut affinitas, ita studia iunxerunt, precor, quoquo loci es, amicitiae iura inconcussa custodias longumque tibi etsi sede absumus, adsimus affectu; cuius intemeratae partes, quantum spectat ad vos, a nobis in aevum, si quod est vitae reliquum, perennabuntur. vale.

II.

CLAUDIANUS SIDONIO PAPAE SALUTEM.

Si possibile factu esset, ut te, dominum meum, vel aliquotiens aliquantulum 1
convenirem, non undeunde quarumpiam personarum aut voluntates aut necessitates anquirerem, quae in rem debiti mei usui mihi esse possent. quippe revisionis potestas multimodis et miseris perinde causis intercluditur. enimvero scribendi facultas aut raro idonea suppetit aut nec suppetit. istaec eadem remissibilia sint necne, tute iudicaveris. porro autem vero, quod saepenumero scriptis vestris alii inpertiuntur, qui 2
id ipsum nec ambiunt quam egomet forsan nec merentur amplius, non arbitror amicitiae legibus inpune committi. illud etiamnum dolenter faxo tacitum, quod libellos illos, quos tuo nomine nobilitari non abnuis, nullo umquam inpertivisti rescripto.

---

1 phylosica C^2, philosofica F 2 pendebas P 3 aristhotelicas L cathegorias MFP, cathegoricas (*post.* c *eras.* C^2) C, cathagorias L 4 dialeticus CF atticissabas M^1 nostram *in ras.* P^1 5 crudem L *post* crudam (am *in ras.* P^1) *repet.* mobilē *in* P castigoria L severitatem (m *indux.* C^1) C dequoqueret LM 6 *ante* bone 4 *litt. eras.* P^1 quanque M practiosorum L, preciosorum MC phylosophaturus C, philosofaturus LT 7 aut *in ras.* P^1 ad *om.* F, *s. l. add.* M^1 plaudicolas F sycambros (y *corr. ex* i P^1) MCP, sicambros TF ad *s. l. add.* F^1 *post* causasigenas *repet.* ad *in* C caucasigenas (*post.* ca *in ras.* M^1) M halanos $LMTCFP$ gelenos C 8 glatiales CF procul dubio *om.* F 9 ferotiam F 10 contempneremus MC, contepneremus F pertimisceremus L 11 iunexerunt C, iunxerint F^1 quoq; (q; *corr. in* q̃ P^1) CP amiciciae CF 12 *ante* absumus 6 *litt.* (*ut v.* absumus) *eras.* P^1 assimus MCF affectum F^1 intemitate F^1 13 ad vos, a nobis *scripsi*, ad nos (*om.* a vobis) F, a nobis (*om.* ad vos) $LMTCP$ quid MTF perbennabuntur CF 14 vale *om.* F 15 *inscriptionem uno versu vac. om.* L, DN̄O PAPAE SIDONIO CLAVDIAN' SALVTEM *in ras. nigro atram. add.* C^1 salutem *om.* F 16 eet factu *transp.* P^1 facto LT aliquoties P^1, quoties (*om.* ali) L 17 unde (*om. alt.* unde) LF 18 inquirerem $MTCFP$ quae L, sed quae $MTCFP$ possint L visionis T 19 multimodis P^2, multis modis $LMTCF$ 20 aut nec *usque ad* sint *in marg. add.* P^1, sint *in textu eras.* P^1 ista haec $MTFP$, ita haec C tu iudicaberis L, tute iudicaris $MTCFP$ 21 vero $LMTCP$, ut F scriptis L impertiuntur $MTCFP$ 22 amiciciae CF 23 impune $MTCFP$ etiamnum (et *in ras.* L^1, num *in ras.* P^1) LP, aetiamnum C, etiamñ T 24 ęquos tuos (ę *et post.* s *eras.* P^1) P amnuis L, annuis (*prior.* n *in ras.* M^2) MCP, annuis T^2 impertivisti MFP, impdtivisti (d *indux.* C^1) C rescribto L

Digitized by Google

sed vacuum forte non suppetit, quod tute modicum magnae admodum impendas ami-
3 citiae. ecquo tumet occupatu umquam uspiamve implicabere, quin illud in aliorum commoda revergat? cum precatu deum placas, eundem non modo amicis sed ignotis quoque concilias. cum scripturarum caelestium mysteria rimaris, quo te studiosius imbuis, eo doctrinam ceteris copiosius infundis. cum tuas opes in usus inopum pro- 5 digis, tibi quidem maxume, sed aliis quoque consultum facis. proinde nihil videlicet, profecto nihil est tam infecundum actionum tuarum omnium, quod tibi uni soli tantum
4 et non aliis quoque multis tecum uberem fructum ferat. nulla igitur cuiusquam praepedimenti occasio praetendi vel falso potest, cur egomet specialis atque intumus (tuus) nihil ab speciali meo fructi feram, a quo ignoti quoque multum capiant plurimi. sed, 10 uti ego autumo, iuxta formam euangelici largitoris quod non das amico esurienti dabis improbo pulsatori. porro si etiamnum solito obdurueris, faxim egomet quod tete paenitebit, quoniam, si peccabis ultra reticendo, ego protinus ulciscar scribendo. porro enim ambiguo caret tam te puniendum scripto meo, quam punior egomet silentio tuo. vale. 15

III.

SIDONIUS CLAUDIANO SUO SALUTEM.

1 Committi, domine maior, in necessitudinis iura pronuntias, cur quod ad salve tibi debitum spectat a stilo et pugillaribus diu temperem quodque deinceps nullas viantum volas mea papyrus oneraverit, quae vos cultu sedulae sospitatis impertiat. praeter aequum ista coniectas, si reare mortalium quempiam, cui tamen sermocinari 20 Latialiter cordi est, non pavere, cum in examen aurium tuarum quippe scriptus adducitur; tuarum, inquam, aurium, quarum peritiae, si me decursorum ad hoc aevi temporum praerogativa non obruat, nec Frontonianae gravitatis aut ponderis Apuleiani fulmen aequiperem, cui Varrones, vel Atacinus vel Terentius, Plinii, vel avunculus vel
2 Secundus, compositi in praesentiarum rusticabuntur. adstipulatur iudicio meo volumen 25 illud, quod tute super statu animae rerum verborumque scientia divitissimus propalavisti. in quo dum ad meum nomen prooemiaris, hoc munus potissimum cepi, ut meae fama personae, quam operae pretium non erat librorum suorum titulis inclarescere,

---

1 ammodum *L* amicicie *F* 2 ecquo tum & *L*, ecquo tam ex *F*, Hecquo tam ex *P*, ł ec Hęcquo (ł ec *s. l. add. M*²) tam ex *M*, haecquo (ha *eras. C*²) ex *C*, ecquo tam *T* occupatu (a *in ras. M*²) *M* occupatuum quam *C* illuddin (*post.* d *eras. L*¹) *L* 3 praecatu *L* eun ‖ eundem (eun *eras. C*²) *C* 4 scribturarum *L* misteria *CF*, secreta *T* 5 usū *F* inopum *LMCFP*, paupū *T* 6 maxime *TCF* quoque *oss. F* nichil *bis MC*, nl *bis F* 7 accionum *C* soli uni *F* 8 uberiorem *C* 9 spetialis *F* intimus *MTCFP* tuus *vulgo add.*, *om. LMTCFP* 10 nichil *MC*, nl *F* a *F* spetiali *CF* fruct' *F* 11 utiq; *F* euuangelici *M* 12 impbo *F* etiamnunc *TC*, etiam ñ *FP* silentio *Leo* te (*om. alt.* te) *LT* 13 peccaris *P fort. recte*, peccatis *MCF* 14 scribto *L* 15 vale *om. F* 16 *inscriptionem uno versu vac. om. L* suo salutem *om. F* 17 pronuncias *MC* cur *om. C* 18 diu *s. l. add. T*² teperem *M* deinceps *C* 19 papirus *MCF* *an* sodalitatis? imperciat *C* 20 praeterea *T*² quemquam *F* 21 lacialiter *MF* scribtus *L* addicitur *F*¹ 22 quarum *LMTFP*, quam *C* 23 frontiniane *F* appuleani *F*¹ 24 flumen *MTP*, ł fulm̄ *add. s. l. M*² atacinius *LT*, attacinius *F* terrentin (*post.* n *ut v. add. M*¹) *M*, terentinus *F*, terrentinus *CP* 25 composti imprae-sentiarum *F* astipulator *F*¹, adstipulatur *T* inditio *F* 26 tutu *corr. in* tute *F*¹ statū *T* divitisimus *C*¹ 27 prohoemiaris *LF*, prohemiaris *MTCP* potissim' *F* coepi *LC*, cępi (i *corr. ex* e *P*¹) *MP* 28 precium *MCF*

Digitized by Google

tuorum beneficio perpetuaretur. at quod, deus magne, quantumque opus illud est, materia clausum declamatione conspicuum, propositione obstructum disputatione reseratum, et quamquam propter hamata syllogismorum puncta tribulosum, vernantis tamen eloquii flore mollitum! nova ibi verba, quia vetusta, quibusque conlatus merito etiam antiquarum litterarum stilus antiquaretur; quodque pretiosius, tota illa dictio sic caesuratim succincta, quod profluens; quam rebus amplam strictamque sententiis sentias plus docere quam dicere. denique et quondam, nec iniuria, haec principalis facundia computabatur, cui paucis multa cohibenti curae fuit causam potius implere quam paginam. at vero in libris tuis iam illud quale est, quod et teneritudinem quamquam continuata maturitas admittit interseritque tempestivam censura dulcedinem, ut lectoris intentionem per eventilata disciplinarum philosophiae membra lassatam repente voluptuosis excessibus quasi quibusdam pelagi sui portibus foveat? o liber multifariam pollens, o eloquium non exilis sed subtilis ingenii, quod nec per scaturrigines hyperbolicas intumescit nec per tapinomata depressa tenuatur! ad hoc unica singularisque doctrina et in diversarum rerum assertione monstrabilis, cui moris est de singulis artibus cum singulis artificibus philosophari, quaeque, si fors exigit, tenere non abnuit cum Orpheo plectrum cum Aesculapio baculum, cum Archimede radium cum Euphrate horoscopium, cum Perdice circinum cum Vitruvio perpendiculum quaeque numquam investigare destiterit cum Thalete tempora, cum Atlante sidera, cum † Zeto pondera, cum Chrysippo numeros, cum Euclide mensuras. ad extremum nemo saeculo meo quae voluit affirmare sic valuit. siquidem dum sese adversus eum, quem contra loquitur, exertat, morum ac studiorum linguae utriusque symbolam iure sibi vindicat. sentit ut Pythagoras dividit ut Socrates, explicat ut Platon implicat ut Aristoteles, ut Aeschines blanditur ut Demosthenes irascitur, vernat ut Hortensius aestuat ut Cethegus, incitat ut Curio moratur ut Fabius, simulat ut Crassus dissimulat ut Caesar, suadet ut Cato dissuadet ut Appius persuadet ut Tullius. iam si ad sacrosanctos patres pro comparatione veniatur, instruit ut Hieronymus destruit ut Lactantius adstruit ut Augustinus, attollitur ut Hilarius summittitur ut Iohannes, ut Basilius corripit ut Gregorius consolatur, ut Orosius affluit ut Rufinus stringitur, ut Eusebius narrat ut Eucherius sollicitat, ut Paulinus provocat ut Ambrosius perseverat. iam vero de hymno tuo si

---

1 benefitio *F* quatumque *C*[1], quantum (*om.* que) *T* matheria *MCP* 3 amata *M*[2] sillogismorum *MCF* 4 mollitum *T*[2] collatus *MTCFP* literarum *C* 5 preciosius *MC* 6 sententiis *C* sencias *C*, sentias (a *corr. ex* i *P*[1]) *P*, sententias *L* 7 cui *LMTCP*, c̃ *F* 8 quale illud *T* est *om. L* 9 quasquam *L*, quampiam *Wilamowitzius* amittit *M*[2], ammittit *L* 10 disciplinarum eventilata *F* 11 menbra *M* qb;dam *s. l. add. M*[1] 12 portubus *CFP* multiphariam *F* 13 scaturrigines (*prior.* r *eras. P*[2]) *P*, scaturigines *MF*, caturigines *C* yperbolicas *LMP*, yperbolicos *C* per taminomata *C*, per tapynomata *MTF et in ras. P*[1] despressa *F* 14 assercione *C* 15 filosophari *F* 16 exigit (xi *in ras. P*[1]) *P* tenere plectrum non abnuit cum orpheo baculum cum esculapio *C* amnuit *L* 17 eufrate *LMTFP*, escufrate *C* horoscopum *L* circinum (*post.* ci *in ras. P*[1]) *P* vetruvio (et *corr. in* it *M*[2]) *LMT* 18 cũ talete tẽpa *s. l. add. T*[2] talete *MCF* atlante *M*[1], athlante *LTCP* 19 crysippo *LT*, crisippo *MCFP* 20 meo sclo *C* siquidem usque *ad* quem *in ras. P*[1] 21 utriusque *in ras. P*[1] simbolam (a *corr. in* u *C*[2]) *MTCFP* vendicat *F* 22 pitagoras *MCF* plato *MTCFP* aristotheles *L*, aristotiles *F* 23 demonsthenes *M*, demonstenes *TFP* vernat *in mary. add. P*[1] caethogus *C*, cętegus *M* 25 apius *F* sacrossanctos *FP*, sanctos (*om.* sacro) *T* 26 hieronimus *LMTC*, iheronimus *P*, ieronimus *F* distruit *L* lactancius *C*, luctantius *L*, lactaneeus (ce *corr. in* ti *P*[2]) *P*, iactantius *F* astruit *MCF* 27 hylarius *M*, ylarius *C* iohs *in ras. P*[1] corripit (pit *in ras. M*[2]) *M*, corrigit *L* consulatur *L* 29 ynno *MCP*

Digitized by Google

percontere quid sentiam, commaticus est copiosus, dulcis elatus, et quoslibet lyricos dithyrambos amoenitate poetica et historica veritate supereminet. idque tuum in illo peculiare, quod servatis metrorum pedibus pedum syllabis syllabarumque naturis intra spatii sui terminum verba ditia versus pauper includit nec artati carminis brevitas longitudinem phalerati sermonis eliminat; ita tibi facile factu est minutis trochaeis minutioribusque pyrrhichiis non solum molossicas anapaesticasque ternarias sed epi-
9 tritorum etiam paeonumque quaternatas supervenire iuncturas. excrescit amplitudo proloquii angustias regulares et tamquam parvo auro grandis gemma vix capitur emicatque ut equi potentis animositas, cui frementi, si inter tesqua vel confraga frenorum lege teneatur, intellegis non tam cursum deesse quam campum. quid multis? arbitro me in utroque genere dicendi nec Athenae sic Atticae nec Musae sic musicae iudicabuntur, si modo mihi vel censendi copiam desidia longior non ademit. nam dum inpactae professionis obtentu novum scribendi morem gradatim appeto et veterem saltuatim dedisco, de bono oratore nil amplius habeo quam quod malus poeta esse
10 plus coepi. proin, quaeso, delicti huius mihi gratiam facias, quod aliquantisper mei meminens arentem venulam rarius flumini tuo misceo. tuam tubam totus qua patet orbis iure venerabitur, quam constat geminata felicitate cecinisse, quando nec aemulum repperit nec aequalem, cum pridem aures et ora populorum me etiam circumferente pervagaretur. nobis autem grandis audacia, si vel apud municipales et cathedrarios oratores aut forenses rabulas garriamus, qui etiam cum perorant, salva pace potiorum, turba numerosior illitteratissimis litteris vacant. nam te, cui, seu liberum seu ligatum placeat alternare sermonem, intonare ambifariam suppetit, pauci, quos aequus amavit, imitabuntur. vale.

IV.

SIDONIUS SIMPLICIO ET APOLLINARI SUIS SALUTEM.

1 Eccum vel tandem adest promissio mea, expectatio vestra, Faustinus, pater familias domi nobilis et inter maxima patriae iam mihi sibique communis ornamenta numerandus. hic meus frater natalium parilitate, amicus animorum similitudine: saepe

---

22 Vergil. Aen. VI, 129.

1 percuntere *F*, percunctere *P* comaticus *T* liricos *CF* 2 dityrambos *M*, ditirambos *CF* historica (ca *in ras.* M^2) *M*, istorica *C* 3 servatis (tis *in ras.* M^1) *M* sillabis sillabarumque *MCF* 4 tui *F* 5 falerati *MTCFP* *post* ita *leg.* ut *in F* et minutioribus (*om.* que) *C* 6 pyrrichiis *L* pirrhichiis (*prior.* i *corr. in* y P^1) *P*, pirrichiis *TCF* mollosicas *F*, molossicas (*prior.* s *eras.* M^2) *M*, molosicas *C* *post* s; *leg.* 3 *in T* epitretorum *L* 7 quaternas *MTCFP* 8 tanquam *MCF* 9 frementis (s *eras.* L^1) *L* tesqua (tes *in ras.* M^1) *M* 10 intelligis *MTCFP* cursum cursum *L* 11 discendi *F* athenae (h *ut v. eras.* C^2) *C* athicae *C*, athice *MP* nec muse tā musice iudicabuntur si modo (mihi *om.*) vel cecēdi copiam desidia longior non ademit *praeter* mit *in ras.* F^1 12 michi *C* 13 inpactae *MCF* optentu *L* 14 nl *F* 15 plus esse *T* proinde *TC* michi *C* 16 meminens (ns *in ras.* P^1) *P* patuit *LMCFP*, patuerit *Wilamowitzius* 17 nec *in ras.* P^1 18 pridē *M*, ī primū *s. l. add.* M^1, primū *T* 19 audatia *MCF* aput *F* 20 ravulas *LMCFP*, ravulas T^2 21 illitteratissimis (il *in ras.* M^1) *M* intonare ambifariam s'tinet nam te ī seu liberum seu ligatum placet alternare sermonem pauci quos equus amavit imitabuntur (vale *om.*) *in ras.* F^1 24 *inscriptionem uno versu vac. om. L* SVO *P* 25 expectacio *C* 26 michi *C* sibi F^2

Digitized by Google

cum hoc seria, saepe etiam ioca miscui; cumque abhinc retro iuvenes eramus, in pila in tesseris, saltibus cursu, venatu natatu sancta semper ambobus, quia manente caritate, contentio. mihi quidem maior hic natu, tantum tamen, ut cum non tam honorari necesse esset quam delectaret imitari: simul et ipse hinc amplius capiebatur, 5 quod se diligi magis quam quasi coli intellegebat. sed provectu aetatis et militia clericali, cum esset amabilis prius, coepit modo esse venerabilis. per hunc salutem dico, 2 videre vos sub ope Christi quam maturissime, si per statum publicum liceat, cupiens. quocirca, nisi desiderium meum videtur onerosum, remeante praefato fiam locorum vestrorum et temporum gnarus. stat sententia eluctari oppositas privatarum occu- 10 pationum difficultates et conplectendis pectoribus vestris quamlibet longum officium deputare, si tamen, quod etiam nunc veremur, non vis maior disposita confundat. quae vos quoque non perindignum est cum fratre Faustino, prout tempora monent, 3 tractatu communicato deliberare. quem ego quia diligo, tamquam qui me diligat misi: si respondet iudicio meo, gratias ago; porro autem cum vir bonus ab omnibus con- 15 seatur, non est homo peior, si non est optimus. valete.

V.

SIDONIUS FELICI SUO SALUTEM.

Iterat portitorem salutationis iteratio: Gozolas vester, deus tribuat ut noster, 1 apicum meorum secundo gerulus efficitur. igitur verecundiam utrique eximite communem; nam si etiamnum silere meditemini, omnes et me cui et illum per quem 20 scribere debebas indignum arbitrabuntur. de temporum statu iam nihil ut prius con- 2 sulo, ne sit moribus tuis oneri, si adversa significes, cum prospera non sequantur. nam cum te non deceat falsa mandare atque item ***cum sint votiva memoratu, fugio quicquid illud mali est per bonorum indicia cognoscere. vale.

VI.

SIDONIUS APOLLINARI SUO SALUTEM.

25 Per Faustinum antistitem non minus mihi veteris contubernii sodalitate quam 1 novae professionis communione devinctum verbo quaepiam cavenda mandaveram: dicto paruisse vos gaudeo. siquidem prudentibus cordacitus insitum est vitare fortuita, sicut

---

2 thesseris *F* venatu *om. LMP, s. l. add. T²* 3 contencio *C* michi *C* hic maior *transpos. T¹* 4 hoñari *corr. in* honari *F²*, venerari *C* 5 qui *s. l. add. M¹* intelligebat *MTCFP* & *L*, ex *MTCFP* milicia *MF* 6 ee *in ras. M¹* 10 complectendis *MTCFP* 11 nc *corr. ex* ñ *F²* 13 tractu *L*, tractu *T²* q *s. l. add. M² T²*, *om. L* 14 respodet iuditio *C¹* 15 vale *MTCP*, *om. F* 16 *inscriptionem uno versu vac. om. L* 17 salutacionis *C* *ante* vester *leg.* ff *in F* 18 comunem *M* 19 etiam si 3 nc *T* etiamnum *in ras. P¹*, etiamnunc *F* 20 scribere debeatis *in ras. P* debeatis *MTCF* nil iam *C* nichil *M*, nl *F* 21 significis *L* 22 mandare (*post.* a *corr. ex* e *C¹*) *C* itim *L* *deest velut* ancipitis, ambigua cum sint *L*, desint *MTCP*, desinit *F¹* 23 illud *om. C* iudicia *L* vale *om. F* 24 *inscriptionem uno versu vac. om. L* salutem *om. F* 25 michi *C* soli..tate *corr. ut v. ex* soliditate *M¹* 26 cōmunione *s. l. add. M¹* verba quempiam (*prior.* m *eras. C²*) *C* 27 cordacitus (a *corr. in* i *M² T²*) *LMT*, cordicitus *CFP*

Digitized by Google

itidem absurdum, si coeptis audacibus adversetur eventus, consurgere in querimonias et inconsultarum dispositionum culpabiles exitus ad infamanda casuum incerta con-
2 vertere. 'quorsum istaec?' ais. fateor me nimis veritum, ne tempore timoris publici non timeres et solidae domus ad hoc aevi inconcussa securitas ad tempestuosos hostium incursus pro intempestiva devotione trepidaret inchoaretque apud animorum matronalium teneritudinem sollemnitas expetita ⟨valescere, itineris difficultas despecta⟩ vilescere: quamquam in pectoribus earundem ita sibi sit genuina sanctitas peculiare metata domicilium, ut, si quid secus viantibus accidisset, laetaturae fuerint quoddam se pro martyre tolerasse martyrium. ast ego, cui maiorem diffidentiam minor innocentia facit, super hoc ambiguo sententiae cautiori libentius adhaeresco nec difficulter
3 applicor etiam tuta metuentibus. proinde factum bene est, quod anceps iter salubriter distulistis neque intra iactum tantae aleae status tantae familiae fuit. et licet inchoata via potuerit prosperari, ego tamen huiusmodi consilio album calculum minime apponam, cuius temeritas absolvi nequit nisi beneficio felicitatis. dabit quidem talia vota divinitas dignis successibus promoveri licebitque adhuc horumce terrorum sub pacis amoenitate
4 meminisse; sed praesentia faciunt cautos quos videbunt futura securos. interim ad praesens apicum oblator damna sibi quaepiam per Genesium vestrum inflicta suspirat. si perspicis a vero non discrepare querimoniam, tribue, quaeso, convincenti reformationem, peregrino celeritatem. si vero calumniam plectibili sufflammat invidia, in eo iam praecessit vindicta pulsati, quod procax petitor sumptu et itinere confectus temere propositae litis exsudat incommoda, atque hoc in maximo hiemis accentu summisque cumulis nivium crustisque glacierum; quod tempus, quantum ad sectatores litium spectat, breve quidem saepe est audientiae sed diuturnum semper iniuriae. vale.

VII.

SIDONIUS SIMPLICIO SUO SALUTEM.

1 Solet dicere 'currentem mones' qui rogatur, ut faciat quod facturus fuerat etiam non rogatus. percontere forsitan, quo spectet ista praemitti. baiulus apicum sedulo precatur, ut ad vos a me litteras ferat, cuius a nobis itinere comperto id ipsum erat utique, si tacuisset, orandus; namque hoc officium vester potius amor quam geruli respectus elicuit. ceterum hic ipse beneficium se computat meruisse, qui

---

1 aeventus *corr. ex* adventus F^1 3 ista haec *MTFP*, haec (*om.* ista) *C* bublici *C* 4 timeretis *F* *fort. recte* sollitas *T*, l secitas *s. l. add.* T^2 5 hominum *F* devocione *C* trepidaret (*post.* r *in ras. corr. ut v. ex* ss M^2) *M* apt *F* 6 sollempnitas *MC*, sollenpnitas *F* valescere itineris difficultas despecta *addidi Wilamowitzio hiatum monstrante in LMTCFP* 7 quanquam *F* earumdem *F* 8 domicilium metata *F* 9 se *s. l. add.* M^2 martire *MC* martirium *C*, martyrum *T* innocencia *C* 10 hoc *s. l. add.* P^1 ambiguo (i *corr. ex* u M^2) *M* 13 licemi *F* cauculum *C* minime *s. l. add.* T^2 15 libebitque *LFP et praeter* li *in ras.* M^1 horunce *L* *post* horumce *leg.* taliū *in T* 16 sed *LMTFP*, si *C* 17 dampna *MCF* quempiam (*prior.* m *eras.* C^2) *C* nostrum (*corr. in* vrm M^2 T^2) *LMTC* 18 perspcis (p *corr. in* p M^2) *M* querimoniam *LMTCP*, calumpniā *F* tribui P^2, tribui *LMTCF* 19 calumpniam *MCF* subflammat *T* 20 sumtu *L* 21 exudat *MTFP* in hoc *transp.* L^1, in hoc *T* hyemis *F* 22 glatierum *CF* 23 sepe *s. l. add.* T^2 diuturnium (*post.* i *eras.* C^2) *C* vale *om.* *TF* 24 *inscriptionem uno versu vac. om.* *L* 26 percuntere *F* spectat *T* 28 nanque *M* 29 computat (*post.* t *in ras.* C^1) *C*

Digitized by Google

praestitit, quamquam identidem quod poposcit acceperit, sed quae nobis amicitiarum iura minime agnoscens. unde quamquam absens facile coniecto, quo repente stupore 2 feriatur, cum intuitu nostri dignanter admissus intellexerit se paginam meam magis otiose flagitasse quam tradere. videre mihi videor, ut homini non usque ad invidiam perfaceto nova erunt omnia, cum invitabitur peregrinus ad domicilium, trepidus ad conloquium, rusticus ad laetitiam, pauper ad mensam, et cum apud crudos caeparumque crapulis esculentos hic agat vulgus, illic ea comitate tractabitur, ac si inter Apicios epulones et Byzantinos chironomuntas hucusque ructaverit. attamen qualis 3 ipse quantusque est, percopiose me officii votivi compotem fecit. sed quamquam huiuscemodi saepe personae despicabiles ferme sunt, in sodalibus tamen per litteras excolendis dispendii multum caritas sustinet, si ab usu frequentioris alloquii portitorum vilitate revocetur. vale.

VIII.

SIDONIUS EUODIO SUO SALUTEM.

Cum tabellarius mihi litteras tuas reddidit, qui te Tolosam rege mandante mox 1 profecturum certis amicis confitebatur, nos quoque ex oppido longe remotum rus petebamus. me quidem mane primo remoratum vix e tenaci caterva prosecutorum paginae tuae occasio excussit, ut satisfacere mandato saltim viator, saltim eques possem. ceterum diluculo familia praecesserat ad duodeviginti milia passuum fixura 2 tentorium, quo quidem loci sarcinulis relaxandis multa succedunt conducibilia, fons gelidus in colle nemoroso, subditus ager herbis abundans, fluvius ante oculos avibus ac pisce multo refertus, praeter haec iunctam habens ripae domum novam vetus amicus, cuius inmensae humanitati nec si adquiescas nec si recuses modum ponas. igitur huc nostris antecedentibus, cum tui causa substitissemus, quo puer ocius vel e 3 capite vici remitteretur, iam duae secundae facile processerant, iam sol adultus roscidae noctis umorem radio crescente sorbuerat: aestus ac sitis invalescebant eratque in profunda serenitate contra calorem sola quae tegeret nebula de pulvere, tum longinquitas viae per virens aequor campi patentis exposita visentibus, quippe ob hoc ipsum sero pransuris, ingemebatur: nam viaturos etsi nondum terebat labore, iam tamen

---

1 pritit̃it F^1 quanquam *LM* accepit (p *corr. in* p T^2) *T* set *C* amiciciarum *CF* 2 intelligens *T*, ł agnoscens *s. l. add.* T^1 3 admissus (u *corr. ex* a C^1) *C*, ammissus *L* meam *LMCFP*, n̄ram *T* 4 ociose *C* michi *C* 6 colloquium *MTCFP*, *post* colloq̄ *spat. 7 litt. vac. in T*, c̄viviū *add. in marg.* T^1 laeticiam *CF* aput *CF* crudes *C* 7 vulgas *L* retractabitur (re *eras.* C^2) *LMTCFP* hac *C* 8 apicios (os *ita, ut* o *ex alia litt. correcta videatur, add.* M^2) *M* bizantinos *MTCP* chironomontas *MCFP* 9 *an* quantusque cumque est? ₒ votivi (*unam litt. eras.* L^1) *L* sed *praeter* s *in ras.* C^1 quanquam *LMF* 10 dispicabiles ferme sunt *LT*, despicabilos sunt ferme *C*, despicabiles (*corr. in* despicabilis M^2) sunt ferme (*corr. in* formę *varia lect. erasa* M^2) M^1, despicabil sunt forme (e *corr. in* ę P^2) *FP* 12 vale *om. F* 13 *inscriptionem uno versu vac. om. L* euuodio *MCP* salutem *om. F* 14 michi *C* tholosam *F* 15 certis *T*, ł cẽtis *add. in marg.* T^2 16 moratum M^1, moratum *L* 17 ocasio *C* satisfacerem F^1 18 possim *LC* 20 subditus *s. l. add.* T^2 agger *C*, aer *L* habundans *F* 21 multo pisce *T* refertur *C*, refert *corr. in* refert' T^2 22 immensae *M* recusis *L* 23 substitissemus F^1 otius *MCF* 24 facile *om. L* 25 humorem *MCF* *post* crescente *indurit* noctis humorē T^2 ac *LMCFP*, 3 *T* eratque *scripsi*, atque *LMTCFP* 26 tate contra *usque ad* tum *2 litt. in textu eras. add. in marg.* P^1 tegerat (a *corr. in* e C^1) *C* de *T*, ł sub *add. in marg.* T^2 28 ingemebatur *M*, ł ingerebatur *s. l. add.* M^1, ingerebatur *F* labore terebat *C*

Digitized by Google

4 expectatione terrebat. quae cuncta praemissa, domine frater, huc tendunt, ut tibi probem neque animo vacasse me multum neque corpore neque tempore, cum postulatis obtemperavi. ilicet, ut ad epistulae vestrae tenorem iam revertamur, post verba, quae primum salve ferebant, hoc poposcisti, ut epigramma transmitterem duodecim versibus terminatum, quod posset aptari conchae capaci, quae per ansarum 5
5 latus utrumque in extimum gyri a rota fundi senis cavatur striaturis. quarum puto destinas vel ventribus pandis singulos versus vel curvis meliore consilio, si id magis deceat, capitibus inscribere; istoque cultu expolitam reginae Ragnahildae disponis offerre, votis nimirum tuis pariter atque actibus patrocinium invictum praeparaturus. famulor iniunctis quomodocumque, non ut volebam; sed tuae culpae primus ignosce, 10 qui spatii plus praestitisti argentario quam poetae, cum procul dubio non te lateret intra officinam litteratorum carminis si quid incus metrica produxerit non minus forti et asprata lima poliri. sed ista vel similia quorsum? ecce iam canta.

Pistrigero quae concha vehit Tritone Cytheren
hac sibi conlata cedere non dubitet.
poscimus, inclina paulisper culmen erile
et munus parvum magna patrona cape
5 Euodiumque libens non aspernare clientem,
quem faciens grandem tu quoque maior eris.
sic tibi, cui rex est genitor, socer atque maritus,
gnatus rex quoque sit cum patre postque patrem.
felices lymphae, clausae quae luce metalli
10 ora tamen dominae lucidiora fovent!
nam cum dignatur regina hinc tinguere vultus,
candor in argentum mittitur e facie.

si tantum amore nostro teneris, ut scribere has nugas non erubescas, occule auctorem, de tua rectius parte securus. namque in foro tali sive Athenaeo plus charta vestra 15 quam nostra scriptura laudabitur. vale.

IX.

SIDONIUS INDUSTRIO SUO SALUTEM.

1 Interveni proxime Vectio inlustri viro et actiones eius cotidianas penitissime et veluti ex otio inspexi. quas quoniam dignas cognitu inveni, non indignas relatu

1 terebat *C* huc *in ras. add.* M^2, *om.* *C* 2 me vacasse *MCFP* cum *Leo*, quo *LMTCFP* *i. e.* quom 3 postulastis *T* optemperavi *L* epistolae *L* revertebamur *F* 4 epygramma *M*, epygrammata *T* 5 possit *LMF* *an* praeter? 6 extremum giri *MTCFP* histriaturis *LMTCFP* 8 regnahilde F^2, ragnachilde *T* 9 pariterque (*om.* at) *T* praeparatur' *T*, l ris *add. in marg.* T^2 10 famulorum (rum *corr. in* r C^2) *C* 11 spacii *MC* praestiti T^2 *post* praestitisti *expunxit* pl' F^1 12 litteratorū M^1 13 aspata *F*, aspratili *T* poliri *LMTCP*, formari *F* *an* canto? v. 1 Pistrigero *T*, l pstigero *s. l. add.* T^1, pistigero *F* citheren *TC*, cither n (o *ut v. eras.* M^2) M^1, cytheron *F* v. 2 collata *MTCFP* v. 3 in culmen (in *indux.* C^1) *C* herile *MCF* v. 5 euodiumque *LMCP*, Quodiumque (Q. *rubr.*) *F* v. 6 grandem *LMTFP*, magnum *C* v. 7 sit *F* cui *s. l. add.* C^1 v. 8 gnatus (g *eras.* C^2) *C*, natus *TF* v. 9 limphae *CF* v. 11 hic *T*, hic *LMCFP* tingere *T* v. 12 a *T* 14 tenereris *T* ocule *C*, ocle *F* 15 rectis C^1 carta *CF*, cartha *LM* 16 vale *om.* *MF* 17 *inscriptionem uno versu vac. om.* *L* INDUSTRI *P* salutem *om.* *F* 18 vettio *L*, vectioni *C* illustri *MTCFP* cotidianas *s. l. add.* M^1 19 revelatu *C*

Digitized by Google

existimavi. primore loco, quod iure ceteris laudibus anteponemus, servat inlaesam domino domus par pudicitiam; servi utiles (rustici morigeri, urbani amici) oboedientes patronoque contenti; mensa non minus pascens hospitem quam clientem; humanitas grandis grandiorque sobrietas. illa leviora, quod ipse, quem loquimur, in equis canibus 2
accipitribus instituendis spectandis circumferendis nulli secundus; summus nitor in vestibus, cultus in cingulis, splendor in phaleris: pomposus incessus, animus serius (iste publicam fidem, ille privatam asserit dignitatem); remissio non vitians, correptio non cruentans, et severitas eius temperamenti, quae non sit taetra sed tetrica. inter 3
haec sacrorum voluminum lectio frequens, per quam inter edendum saepius sumit animae cibum: psalmos crebro lectitat, crebrius cantat; novoque genere vivendi monachum complet non sub palliolo sed sub paludamento; ferarum carnibus abstinet, cursibus adquiescit: itaque occulte delicateque religiosus venatu utitur nec utitur venatione. filiam unicam parvam post obitum uxoris relictam solacio caelibatus alit 4
avita teneritudine, materna diligentia, paterna benignitate; erga familiam suam nec in proferendo alloquio minax nec in admittendo consilio spernax nec in reatu investigando persequax; subiectorum statum condicionemque non dominio sed iudicio regit: putes eum propriam domum non possidere sed potius administrare. qua industria 5
viri ac temperantia inspecta ad reliquorum quoque censui pertinere informationem, si vel summotenus vita ceteris talis publicaretur, ad quam sequendam praeter habitum, quo interim praesenti saeculo imponitur, omnes nostrae professionis homines utilissime incitarentur, quia, quod pace ordinis mei dixerim, si tantum bona singula in singulis erunt, plus ego admiror sacerdotalem virum quam sacerdotem. vale.

X.

SIDONIUS FELICI SUO SALUTEM.

Erumpo in salutationem licet seram, domine meus, annis ipse iam multis insalu- 1
tatus, frequentiam veteris officii servare non audens, postquam me soli patrii finibus eliminatum peregrinationis adversa fregerunt. quapropter vos quoque ignoscere decet erubescentibus, siquidem convenit humiliatos humilia sectari neque cum illis parem familiaritatis tenere constantiam, quibus forte sit improbum plus amoris quam reverentiae impendere. propter hoc denique iam diu taceo vosque tacuisse, cum filius meus Heliodorus huc venit, magis toleranter quam libenter accepi. sed dicere solebas, 2
quamquam fatigans, quod meam quasi facundiam vererere. excusatio istaec, etiamsi fuisset vera, transierat, quia post terminatum libellum, qui parum cultior est, reliquas

1 ceteris *om.* *C* laudabim' *C* illaesam *MTCFP* 2 dominus *L* pudiciciam *CF* *post* rustici 8 *litt. eras.* P^1 3 patronumque *L* 5 expectandis *L* 6 faleris *C* incensus *P* 7 ille *LMTCP*, iste *F* remissio (io *in ras.* P^1) *P* vicians *MC* 8 temperamentis (s *eras.* C^2) *C* 9 voluminum (*post.* u *corr. ex* a C^1) *C* 10 novo C^1 12 oculte C^1 13 venacione *C* solatio *MCF* 15 ammittendo *L* 16 conditionemque *CF* iuditio *F* 17 eiii *corr. ex* eni F^1 amministrare *MC* quia *L* 19 abitum *F* 20 imponit *L* 21 inci o tarentur (n *ut v. eras.* C^2) *C* mei ordinis *MCP* 22 ammiror *LM* sacerdotem F^2 vale *om.* *F* 23 *inscriptionem uno versu rec. om.* *L* salutem *om.* *F* 25 offitii *F* 28 si F^1 30 *post* magis 4 *litt. eras.* P^1 31 quanquam *LM* quasi *s. l. add.* T^2 verere M^1, verere *T* excusabo *T*, 1 excusatio *add. in marg.* T^2 ista haec *MTCFP* 32 qui *LT*, qua *CF*, aliq ex pte *in marg. add.* F^1, quo (o *in ras.* P^1) *P*, quo (in *s. l. add. et* o *in ras. corr.* M^2, *varia etiam quam s. l. add.* M^1 *lectione erasa*) *M* cultior est *LMTCP*, cultiore *F* an [qui] parum cultiorem? reliquas denuo litteras *om.* *T*

Digitized by Google

denuo litteras usuali, licet accuratus mihi melior non sit, sermone contexo: non enim tanti est poliri formulas editione carituras. ceterum si caritatis tuae morem pristino colloquiorum cursui reddis, et nos vetustae loquacitatis orbitas recurremus, praeter haec avide praevio Christo, sicubi ***culorum fueritis, modo redux patronus indulgeat, advolaturi, ut rebus amicitia vegetetur, quae verbis infrequentata torpuerat. vale.

XI.

SIDONIUS PETREIO SUO SALUTEM.

1 Angit me nimis damnum saeculi mei nuper erepto avunculo tuo Claudiano oculis nostris, ambigo an quempiam deinceps parem conspicaturis. vir siquidem fuit providus prudens, doctus eloquens, acer et hominum aevi loci populi sui ingeniosissimus quique indesinenter salva religione philosopharetur; et licet crinem barbamque non pasceret, pallium et clavam nunc inrideret, nunc etiam execraretur, a collegio
2 tamen conplatonicorum solo habitu ac fide dissociabatur. deus bone, quid erat illud, quotiens ad eum [sola] consultationis gratia conveniebamus! quam ille omnibus statum totum non dubitans, non fastidiens aperiebat, voluptuosissimum reputans, si forte oborta quarumpiam quaestionum insolubilitate labyrinthica scientiae suae thesauri eventilarentur. iam si frequentes consederamus, officium audiendi omnibus (iniungebat), uni solum quem forsitan elegissemus deputans ius loquendi, viritim vicissimque, non tumultuatim nec sine schematis cuiuspiam gestu artificioso doctrinae suae opes ero-
3 gaturus. dein quaecumque dixisset protinus reluctantium syllogismorum contrarietatibus excipiebamus; sed repellebat omnium nostrum temerarias oppositiones: itaque nihil non perpensum probatumque recipiebatur. hinc etiam illi apud nos maxima reverentia fuit, quod non satis ferebat aegre pigram in quibuspiam sequacitatem. haec apud eum culpa veniabilis erat: quo fiebat esset ut nobis patientia eiusdem sine imitatione laudabilis. quis enim virum super abditis consuleret invitus, a cuius disputationis
4 communione ne idiotarum quidem imperitorumque sciscitatio repudiabatur? haec pauca de studiis. ceterum cetera quis competenti praeconio extollat, quod condicionis humanae per omnia memor clericos opere sermone populares, exhortatione maerentes destitutos solacio, captivos pretio iciunos cibo nudos operimento consolabatur? pariter et super his plura replicare superforaneum statuo. nam merita sua, quibus divitem conscientiam censu pauperatus locupletavit, spe futurae retributionis celare plus studuit.

---

1 michi *C* contexo (l to) *M*[2] 4 sicubiculorum *L*, sicubi locorum *MTCFP* 5 amicicia *CF* 6 vale *om.* *F* 7 *inscriptionem uno versu vac. om.* *L* peīcio *F* 8 dampnum *MCF* 9 occulis (*prior.* o *eras.* *C*[2]) *C* ambigo ambigo *L* deinceps *C* fuit *s. l. add.* *P*[1] 11 philosofaretur *LF* 12 nc̄ *corr. ex* n̄ *F*[2] irrideret *MTCFP* 13 tamen *LMTCP*, & *F* complatonicorum *MTCFP* 14 quoties *LM* sola *om.* *F*, *seclusi* statū (ū *corr. in* 1 *simulque variam lect., quam s. l. add.* *M*[1], *eras.* *M*[2]) *M*, statim *LTCFP* 16 aborta *F* laberinthica *MCF*, laberintica (h) *P*[1], laberintica *T*, laberynthica *L* 17 freqtes *T*, l queren *s. l. add.* *T*[2] consederamus (*prior.* e *in ras.* *M*[1]) *M*, consideramus *P* iniungebat *addidi, om.* *LMTCFP* 18 eligissemus *M* 19 tumultuatl (*var. lect., quam ad* l *s. l. add.* *M*[1], *eras.* *M*[2]) *M* scematis *MCF* 20 deiñ *F* reluctancium *C*, reluctantum *T* sillogismorum *MCF* 21 ita (*om.* que) *F* nichil *MC*, nl (l) *F* 22 apt̄ *F* maxima *LMCFP*, sūma *T* reventia (er) *M*[1] 23 erat *T*, l fuit *s. l. add.* *T*[1] aput *F* 24 venialis *F* pacientia *MC* 25 quisve *L* disputacionis *C* 26 commune *L* sciscitacio *C* repudiaretur *MTCFP* 27 conditionis *CF* 28 populares sermone merentes exhortatione *C* 29 solatio *MF* precio *MCF* consulabatur *L* 31 sensu (*prior.* s *corr. in* c *in ras.* *P*[2]) *P* spe *M*. l spē *add. in marg.* *M*[2]

Digitized by Google

*** episcopum fratrem maiorem natu affectuosissime observans, quem diligebat ut filium, 5
cum tamquam patrem veneraretur. sed et ille suspiciebat hunc granditer, habens in
eo consiliarium in iudiciis vicarium in ecclesiis, procuratorem in negotiis vilicum in
praediis, tabularium in tributis in lectionibus comitem, in expositionibus interpretem
5 in itineribus contubernalem. sic utrique ab alterutro usque ad invidiam exempli
mutua fide germanitatis officia restituebantur. sed quid dolorem nostrum moderaturi 6
causis potius doloris fomenta sufficimus? ergo, ut dicere institueramus, huic iam, ut
est illud Maronianum, cineri ingrato id est gratiam non relaturo neniam condidimus
tristem luctuosamque propemodum laboriose, quia faceret dictandi desuetudo difficul-
10 tatem, nisi quod animum natura desidiosissimum dolor fletu gravidus accendit. eius
hoc carmen est:

Germani decus et dolor Mamerti,
mirantum unica pompa episcoporum,
hoc dat caespite membra Claudianus.
triplex bybliotheca quo magistro,
5 Romana, Attica, Christiana, fulsit:
quam totam monachus virente in aevo
secreta bibit institutione,
orator, dialecticus, poeta,
tractator, geometra, musicusque,
10 doctus solvere vincla quaestionum
et verbi gladio secare sectas,
si quae catholicam fidem lacessunt.
psalmorum hic modulator et phonascus
ante altaria fratre gratulante
15 instructas docuit sonare classes.
hic sollemnibus annuis paravit
quae quo tempore lecta convenirent.
antistes fuit ordine in secundo,
fratrem fasce levans episcopali.
20 nam de pontificis tenore summi
ille insignia sumpsit, hic laborem.
at tu, quisque doles, amice lector,
de tanto quasi nil viro supersit,
udis parce genis rigare marmor:
25 mens et gloria non queunt humari.

---

8 Vergil. Aen. VI. 213.

1 *initium sententiae deesse vidit Leo* 2 tanquam *LMF* et *om. C* suspiciebat (*var. lect., quam ad* pic *s. l. add. M*[1], *eras. M*[2]) *M*, suscipiebat *F*[2] habens *LMTFP*, hominis *C* 3 negociis *C* villicum *MTCFP* 4 lecciionibus *C* 5 utique *M*[2] 6 fidaegermanitatis *L* 7 doloris *s. l. add. T*[2] ergo ut *LMTFP*, ergone *C* *ad* iã *var. lect. s. l. add. M*[1], *eras. M*[2], ꝫ *F* 8 id est *s. l. add. P*[1] 9 laboriose (*var. lect., quam ad* e *s. l. add. M*[1], *eras. M*[2]) *M*, laboriosã *F* 10 *ad* eius *s. l. add.* neuie *ut v. M*[2] 11 carmens *F*[1] v. 3 membra *MF* v. 4 bibliotheca *MTCFP* vv. 7 9 11 14 16 18 20 *in ras. exaravit C*[1] v. 7 institucione *C* v. 8 dialeticus *C* v. 9 geometer *C* v. 12 siq; chatolicam *C* · q; *corr. in* q̃ *F*[2] lacessunt (*var. lect. ad* u *s. l. add. M*[1], *eras. M*[2]) *M*, lacessint *L*, lacescunt *F* v. 13 phonaschus *M* v. 14 *bis exaravit C, sed priore loco induxit C*[1] ante *F*[1] v. 16 sollempuibus *MC*, sollempnis *F*[2] v. 21 sumsit *L* v. 24 memor *P*

Digitized by Google

7 Ecce quod carmen, cum primum affui, super unanimi fratris ossa conscripsi. namque tunc afui, cum funerarentur; nec ob hoc tamen perdidi in totum desideratissimam flendi occasionem. nam dum forte meditarer, lacrimis habenas anima parturiente laxavi fecique ad epitaphium quod alii fecerunt ad sepulchrum. haec ergo scripsimus tibi, ne forsitan arbitrarere solam nos colere vivorum sodalitatem reique tuo iudicio essemus, nisi amicorum vita carentum semper aeque ut incolumium reminisceremur. namque et ex hoc, quod vix reservatur imaginaria fides vel superstitibus, non praeter aequum opinabere, si perpaucos esse conicias, qui mortuos ament. vale.

XII.

SIDONIUS SIMPLICIO ET APOLLINARI SUIS SALUTEM.

1 Deus bone, quantum naufragioso pelago conformis est motus animorum, quippe cum nuntiorum turbinibus adversis quasi propria tempestate confundimur! nuper ego filiusque communis Terentianae Hecyrae sales ruminabamus; studenti assidebam naturae meminens et professionis oblitus quoque absolutius rhythmos comicos incitata docilitate sequeretur, ipse etiam fabulam similis argumenti id est Epitrepontem Menandri in 2 manibus habebam. legebamus pariter laudabamus iocabamurque et, quae vota communia sunt, illum lectio, me ille capiebat, cum repente puer familiaris adstitit vultuosus. cui nos: 'quid ita?' et ille: 'lectorem', inquit, 'Constantem nomine pro foribus vidi a dominis Simplicio et Apollinare redeuntem; dedit quidem litteras quas acceperat 3 sed perdidit quas recepit'. quibus agnitis serenitas laetitiae meae confestim nubilo superducti maeroris insorduit tantamque mihi bilem nuntii huiusce contrarietas excitavit, ut per plurimos dies illum ipsum hermam stolidissimum venire ante oculos meos inexoratus arcuerim, laturus aegre, si mihi apices aut quoscumque aut quorumcumque non redderet, taceam vestros, qui mihi, dum recti compos animus durat, minime fre- 4 quentes maxime desiderabiles iudicabuntur. at postquam nostra sensim temporis intervallo ira defremuit, percontor admissum, num verbo quippiam praeterea detulisset. respondit ipse, quamquam esset trepidus et sternax et prae reatu balbutiret ore, caecutiret intuitu, totum quo instrui, quo delectari valerem, paginis quae intercidissent fuisse mandatum. quocirca recurrite ad pugillares, replicate membranas et scripta

---

1 conscribsi *L* 2 nanque *M* affui *TCFP* cum *s. l. add. T* funeraretur *MTCFP* in *s. l. add.* P^1 desiderantissimam (u *eras.* M^2) *MC* 3 cum *F* 4 ępitafium *MF* sepulcrum *TCF*, spulcrum P^1 scripsim ergo *transp.* P^2 5 iuditio *CF* 6 incolomium *C* 7 nanque *M* 8 conitias *CF* vale *om. F* 9 *inscriptionem uno versu vac. om. L* SIMPLICIO ET APOLLINARI SIDONIVS SALVTEM DICIT SVIS *C* 11 nunciorum (uci *in ras.* P^1) *MCP* confundimur *scripsi*, confunditur (i *in ras.* M^1) *LMTCFP*, *an* confunduntur? 12 terentino *LMCFP* haecyrę *L*, hechyrae *M*, hechirae *C*, echyre *F*, hecthyrę *P* sales *praeter* sa *in ras.* P^2 13 rythmos *L*, rithmos *MTCFP* 14 fabulam *om. L* epitrepontem M^1, ephitrepontem *CFP* in *om. F* 16 leccio *C* ille *corr. ex* illū C^2 astitit *MTCFP* 17 inquid *C* 18 appollinare *F* quidem *LMCFP*, inquit *T*, *sed ante hoc* qd *add.* T^2 accepit *F* 19 leticie *CF* nebulo *C* 20 mer∘ oris (*unam litt. eras.* C^2) *C* michi *C* nuncii *MC* 21 stolidissima (a *corr. in* ū C^1) *C* occulos *CP* 22 arguerim *T* michi *C* 23 taceo (o *corr. in* a P^1) *P* michi *C* 25 percuntor *T*, percunctor *F* ammissum *L*, *om. MTCFP* ñ *T* quidpiam *C* 26 quanquam *LM* balbuttiret *L* 27 caecuttiret (2 *litt. eras.* cut *in ras.* P^1) *LMTP* q; *corr. in* q̄ F^2 28 menbranas *M* scribta *L*

Digitized by Google

rescribite. tamdiu enim aequanimiter admitto, ut desiderio meo sinister eventus officiat, donec ad vos nostro sermone perveniat ad nos vestrum non pervenisse sermonem. valete.

XIII.

SIDONIUS VECTIO SUO SALUTEM.

Nuper rogatu Germanici spectabilis viri Cantillensem ecclesiam inspexi. est 1
ipse loco sitorum facile primus quique post tergum cum iam duodecim lustra transmittat, cotidie tamen habitu cultuque conspicuo non iuvenescit solum sed quodammodo repuerascit. enimvero vestis adstricta, tensus coturnus, crinis in rotae specimen accisus, barba intra rugarum latebras mersis ad cutem secta forcipibus. ad hoc et 2
munere superno membrorum solida coniunctio, integer visus, amplus in celeri gressus incessu, incorruptae lactea dentium compage gingivae. non illi stomachus nauseat, non vena flammatur, non cor incutitur, non pulmo suspirat, non riget lumbus, non iecur turget, non mollescit manus, non spina curvatur, sed praeditus sanitate iuvenali solam sibi vindicat de senectute reverentiam. propter quae beneficia peculiaria dei, quoniam 3
vobis iura amicitiae grandia vigent, quippe vicinis, obsecro ac moneo, ut consilio tuo, cui sequendo per conscientiam magnam maximam tribuis auctoritatem, non multum fidat ambiguis nec nimis nimiae credat incolumitati, sed tandem professione religionis arrepta viribus potius resurgentis innocentiae convalescat, faciat se vetustus annis meritis novum. et quoniam nemo ferme est, qui plectibilibus careat occultis, ipse 4
super his, quae clam commissa reminiscitur, palam fusa satisfactione solvatur. nam sacerdotis pater filiusque pontificis, nisi sanctus est, rubo similis efficitur, quem de rosis natum rosasque parientem et genitis gignentibusque floribus medium pungentibus comparanda peccatis dumorum vallat asperitas. vale.

XIV.

SIDONIUS POLEMIO SUO SALUTEM.

Gaius Tacitus unus e maioribus tuis, Ulpianorum temporum consularis, sub verbis 1
cuiuspiam Germanici ducis in historia sua rettulit dicens: 'cum Vespasiano mihi vetus amicitia; et, dum privatus esset, amici vocabamur.' 'quo respicit', ais,

---

25 Tacit. hist. V, 26: erga Vespasianum vetus mihi observantia; et, cum privatus esset, amici vocabamur.

1 tandiu *M* ammitto (ā *corr. in* a *M*¹) *LM* 2 *post* perveniat *quod repetitum est* ad vos nro sermone perveniat *eras. C*¹ 3 vale *LMCP, om. F* 4 *inscriptionem uno versu vac. om. L* vectitio *P* 5 cantilensem *M*¹ 6 postergum *C* 7 cottidie *P* habitu tamen *C* 8 astricta *MTCFP* conturnus *F* 9 forpicibus (pici *in ras. M*¹) *MTCFP* 10 meubrorum *M* solida *s. l. add. P*¹ coniuncio *C* 11 denclum *C* stomacus *M*¹, stomacus *TCP* 12 incutatur *L* plumbo *F*¹ 13 peditus (pe *corr. in* ꝑ. *P*²) *P* iuvenili *TCF* 14 vindicat *corr. in* vendicat *F*¹ 15 amiciciae *CF* 18 aprepta *P* se uāstus *praeter* ustus *in ras. M*² vetustū *T* anis *L* 19 plectilibus *F*² 20 quedam *corr. in* que clam *C*² clam *in ras. P*¹ palam fusa satisfactione solvatur *om. L* satisfaccione *C* 21 quem de rosis *praeter* sis *in ras. P*¹ 22 parientemque rosas *C* gignentibus *F*² 23 vale *om. F* 24 *inscriptionem uno versu vac. om. L* POLLEMIO *MP* 25 tacius corneli *P* e *in ras. M*¹, de *T* 26 retulit *MTCFP* michi *C* 27 amiciciа *CF* esset privatus *T* respicis (*post.* s *corr. in* t *C*¹) *CF* ait *F*

Digitized by Google

'ista praefari'? ut scilicet memineris eo tempore, quo personam publicam portas, gratiae te privatae memorem semper esse oportere. biennium prope clauditur, quod te praefectum praetorio Galliarum non nova vestra dignatione sed nostro affectu adhuc vetere gaudemus, qui, si Romanarum rerum sineret adversitas, aegre toleraremus, nisi singulae personae, non dicam provinciae, variis per te beneficiis amplificarentur.
2 et nunc, cum id, quod possibilitas tua non habet, verecundia non petatur, dicas velim, qualiter futurus fueris humanus in factis, qui perduras avarus in verbis. nam tuorum peritiae comparatus non solum Cornelios oratores sed Ausonios quoque poetas vincere potes. si te hactenus philosophantem nova subito ob iurisdictionem gloria capit: et
3 nos aliquod nomenque decusque gessimus. at si videtur humilitas nostrae professionis habenda contemptui, quia Christo res humanas vitasque medicaturo putrium conscientiarum ultro squalens ulcus aperimus, quod in nostri ordinis viris, etsi adhuc aliquid de neglegentia fetet, iam tamen nihil de superbia tumet, noveris volo non, ut est apud praesulem fori, sic esse apud iudicem mundi. namque ut is, qui propria vobis non tacuerit flagitia, damnatur, ita nobiscum qui eadem deo fuerit confessus absolvitur. unde liquido patet incongrue a partibus vestris nimis reum pronuntiari cuius
4 causa plus spectat tribunal alienum. quapropter imminentem querelam nostri doloris nequaquam valebis ulterius effundere, quia, succedentibus prosperis sive obliviscare seu neglegas gratiam antiquam, iuxta est acerbum. proinde si futura magni pensitas, scribe clerico, si praesentia, scribe collegae: et hanc in te ipse virtutem, si naturalis est, excole, si minus, ut insiticiam apponc, qua sodales vetustos numquam pro consequentum novitate fastidias. porro autem videbere sic amicis uti quasi floribus, tamdiu gratis, donec recentibus. vale.

XV.

SIDONIUS ELAPHIO SUO SALUTEM.

1 Epulum multiplex et capacissima lectisternia para: plurimis viis, pluribus turbis (ita bonorum contubernio sedit) ad te venitur, quippe postquam omnibus tempus futurae dedicationis inclaruit. nam baptisterium, quod olim fabricabamini, scribitis posse iam consecrari. ad quae festa vos voti nos ministerii, officii multos fidei totos

9 Vergil. Aen. II, 90 sq.

2 *post* gratiae *leg.* tuę *in C* esse semper *transpos. L*[1] 3 non *LMTCF*, in *P* 5 psone *add. in marg. T*[2] provintie *F* 6 qd possibilitas tua cū id *corr. F*[2] tuas (s *induz. C*[1]) *C* petat *Leo* 7 fueris futurus *C* 8 periciae *C*, avaricie *corr. in* avapicie *F*[1] *pro* peritiae *quod om. leg.* scilicet romanor de qr gne exort' es *in T* auxonios *LT* 9 potis *L* philosophante *L*, filosophantem *F* novo *F* iurisdiccionem *C* 11 contemtui *L* 12 cultro *MTCFP* 13 negligentia *MF* faetet *L* iā tñ *s. l. add. T*[2] tm *corr. ex* tn *P*[2], *in marg.* tam *add. P*[2] nichil *MC*, nl *F* 14 fori *MTCFP*, feci *L* spt *F* nanque *M* his *C*, is *s. l. add. F*[2] 15 flagicia *C* dampnatur *MCF* 16 unde *LMTCF*, unū *P* rerum *L* pronunciari *MC* 17 querellam *L* 18 refundere *Wilamowitzius*, effugere *Leo* sive *LMCFP*, seu *T* 19 negligas *MCF* 20 ipse in te *F* 21 nunquam *M* consequentium *T*, sequentium *F* 23 tandiu *M* *post* gratis *leg.* quasi *in T* vale *om. F* 24 *inscriptionem uno versu vac. om. L* Alephio *C* 25 lectisterna *L* plurimis *LMCFP*, plurib' *T* plurib; (b; *corr. in ras. ex* mis *P*[2]) *P* 26 sedet *C*, *fort. recte* unitur *F*[2] postquam *LMTFP*, simul *C* 27 fabricabamini *praeter* fabrica *in ras. M*[1] 28 iā posse *transpos. M*[1]

Digitized by Google

causa sollicitat. siquidem res est grandis exempli eo tempore a vobis nova ecclesiarum culmina strui, quo vix alius auderet vetusta sarcire. quod restat optamus, ut 2
deo nostro per uberes annos, sicut vota redditis, ita reddenda voveatis, idque non solum religione celata, sed et conversione manifesta; mitigatoque temporum statu tam desiderio meo Christus indulgeat quam Rutenorum, ut possitis et pro illis offerre sacrificia, qui iam pro vobis offertis altaria. de cetero quamquam [et] extremus 3
autumnus iam diem breviat et viatorum sollicitas aures foliis toto nemore labentibus crepulo fragore circumstrepit inque castellum, ad quod invitas, utpote Alpinis rupibus cinctum, sub vicinitate brumali difficilius escenditur, nos tamen deo praevio per tuorum montium latera confragosa venientes nec subiectas cautes nec superiectas nives expavescemus, quamvis iugorum profunda declivitas aggere cocleatim fracto saepe redeunda sit, quia, etsi nulla sollemnitas, tu satis dignus es, ut est Tullianum illud, propter quem Thespiae visantur. vale.

XVI.

SIDONIUS RURICIO SUO SALUTEM.

Accepi per Paterninum paginam vestram, quae plus mellis an salis habeat 1
incertum est. ceterum eloquii copiam hanc praefert, hos olet flores, ut bene appareat non vos manifesta modo verum furtiva quoque lectione proficere. quamquam et hoc furtum quod deprecaris exemplati libelli non venia tam debeat respicere quam gloria. quid tu enim facias absque virtute, qui nec ipsa peccata sine laude committis? ego 2
vero quicquid impositum est fraudis mihi, utpote absenti, libens audio principalique pro munere amplector, quod quodammodo damnum indemne toleravi. neque enim quod tuo accessit usui, decessit hoc nostrae proprietati aut ad incrementa scientiae vestrae per detrimenta venistis alienae. quin potius ⟨is⟩ ipse iure abhinc uberi praeconio non carebit, qui magis igneo ingenio naturam decenter ignis imitatus est, de quo si quid demere velis, remanet totus totusque transfertur. unde iam parce trepidare deque moribus amici plusculum recto secus credere. namque in hoc facto nos magis vulnus polluit culpae, si feriat ictus invidiae. vale.

---

12 Cicero in Verrem II, 4, 2, 4: propter quem Thespiae visuntur.

1 exempli *s. l. add.* F^2 2 auderet alius *T* 4 tã *s. l. add.* T^1 5 XPs *corr. ex* XPo M^1 rutaenorum *L* 6 d& *C*[e] C^1 quanquam *LMF* et *seclusi* 7 autumpnus *F* 8 crepuloso *F* quod invitas utpote *praeter* q *in ras.* P^1 9 ascenditur *MTCFP* 10 moncium *C* 12 sollempnitas *MCF* 13 quem *s. l. add.* P^1 14 *inscriptionem uno versu vac. om. L* RVRITIO *MF* 15 paternium *C* 16 copii copiam T^2 17 *post* verum *leg.* etiam *in T* quoque furtiva *LF* loccione *C* quanquam *LM* & *s. l. add.* M^1 18 depraecaris *L* 20 michi *C* 21 quod *L*, qui *MTCFP* dammodo P^1 damp[quo]num indempne *MCF* 22 aud *C*, ad *T*, aut *s. l. add.* T^2 ad *om. C*, *s. l. add.* M^1 23 pvenistis *T* is *addidi, om. LMTCFP* uberi *LMTFP*, verbi *C* 24 carebit *scripsi*, carebis *LMTCFP* est *scripsi*, es *LMTCFP* in me *ante* imitatus *inserere, reliqua ut codd. scribere maluit Leo* 25 totus totusq; *L*, totus qui (*om. alt.* totus) *MTCFP* 26 nauque *M* 27 vulgus *L* ictus *s. l. add.* T^2 vale *om. F*

Digitized by Google

XVII.

SIDONIUS ARVOGASTI SUO SALUTEM.

1 Eminentius amicus tuus, domine maior, obtulit mihi quas ipse dictasti litteras litteratas et gratiae trifariam renidentis cultu refertas. quarum utique virtutum caritas prima est, quae te coegit in nobis vel peregrinis vel iam latere cupientibus humilia dignari; tum verecundia, cuius instinctu dum inmerito trepidas, merito praedicaris; tertia urbanitas, qua te inceptire facetissime allegas et Quirinalis impletus fonte facundiae potor Mosellae Tiberim ructas, sic barbarorum familiaris, quod tamen nescius barbarismorum, par ducibus antiquis lingua manuque, sed quorum dextera solebat non
2 stilum minus tractare quam gladium. quocirca sermonis pompa Romani, si qua adhuc uspiam est, Belgicis olim sive Rhenanis abolita terris in te resedit, quo vel incolumi vel perorante, etsi apud limitem ipsum Latina iura ceciderunt, verba non titubant. quapropter alternum salve rependens granditer laetor saltim in inlustri pectore tuo vanescentium litterarum remansisse vestigia, quae si frequenti lectione continuas, experiere per dies, quanto antecellunt beluis homines, tanto anteferri rusticis institutos.
3 de paginis sane quod spiritalibus vis ut aliquid interpres improbus garriam, iustius haec postulantur a sacerdotibus loco propinquis aetate grandaevis, fide claris opere vulgatis, ore promptis memoria tenacibus, omni denique meritorum sublimium dote potioribus. namque ut antistitem civitatis vestrae relinquam, consummatissimum virum cunctarumque virtutum conscientia et fama iuxta beatum, multo opportunius de quibuscumque quaestionibus tibi interrogantur incliti Galliarum patres et protomystae, nec satis positus in longinquo Lupus nec parum in proximo Auspicius, quorum doctrinae abundanti eventilandae nec consultatio tua sufficit. proinde quod super hac precum parte non parui, benignus quidem sed et iustus ignosce, quia si vos imperitiam fugere par est, me quoque decet vitare iactantiam. vale.

XVIII.

SIDONIUS LUCONTIO SUO SALUTEM.

1 Oblivisceris quod rogaris eque contrario, si quid iniungas, ex asse meministi. repetere perlongum est de cito reditu quae tu tuique promiseritis mihi meisque,

1 *inscriptionem uno versu vac. om. L* arvagasto (*alt. a corr. in* o C^1) *C*, arvocasto *F* 2 optulit *LMT* michi *C* 3 *post* gratiae *2 litt. eras.* P^2 tripharium *F* renidentis *LMTCP*, ł renitentis *s. l. add.* M^2, renitentis *F* 4 p̄ma *C* ut (*induxit* F^1) quo *F* 5 instinctu *praeter* tu *in ras.* P^1, instinctū (ū *corr. in* u M^2) *M* immerito *MF* 6 tercia *CF* 7 tyberim *T* familiaris quod tamen *praeter* miliaris *in ras.* P^1 8 ducibus latinis *T*, antiqs *s. l. add.* T^2 dextra (*praeter* de *in ras.* P^1) *MCP* 9 min' stilū *transpos.* M^1, minus stilum *TF* 10 belgidis *C* sive *LMTFP*, seu *C* rethnanis *F*, rehnanis (*post* h i *aut* e *eras.* M^2) *MCP* 11 apt *F* ipsum *om. L, fort. recte, s. l. add.* M^1, eū *TF* 12 in *om. T* illustri *MTCFP* 13 quae *LMTFP*, qua C^2 leccione *C* contineas *L*, contineas M^1 experire C^1, experire *P* 14 antecedunt *C* 15 aliquit (t *corr. in* d C^2) *C* 16 postulantur M^1, postulat *C* 17 promotis (o *corr. in* p P^1) *P*, promtis *L* sullimium *F* 18 nanque *M* 19 oportunius *LMTFP*, oportunus C^2 20 interrogantur M^1, interrogabuntur *P* inclyti *L* gallarum M^2 partes *L* protomysthae *L*, protomistae *MP*, prothomiste *TC*, prothomyste *F* 21 auspitius *F* 22 abundanti doctrinę *transpos.* P^1 habundanti *F* habundantie (e *eras.* T^2) ventilande *T* consultacio *C* *post* super *4 litt. eras.* T^2 praecum *L* 23 set *C* 24 iactanciam *C* vale *om. F* 25 *inscriptionem uno versu vac. om. L*, luconcio *C*, lucuntio *F* 27 repetere (*alt.* re *in ras.* P^1) *P* michi *C*

Digitized by Google

quorum omnium non sunt vel minima completa. quin potius, cum fugam a nobis machinaremini, quo reversuros ad sacrum pascha vos putaremus, nullae graves sarcinae ad praedium ex oppido ductae, nulla serraca, nulla esseda subvehendis oneribus attrahebantur. utque de matronalium partium nil querar fraude, quas cum expeditis 2
5 tulistis impedimentis, tuque fraterque communis Volusianus vix singulorum clientum puerorumque comitatu ambiebamini: per quod sollicitudinem prosequentum vana mox recurrendi spe fefellistis: certe frater Volusianus, qui forte pergens in praedia Baiocassina totam[que] provinciam Lugdunensem secundam pervagatur, expectationem nostram specie brevioris itineris elusit. et nunc ipse sic multis contra fidem diebus 3
10 otiabundus ais tibi si quas postea luserim metro nugas mitti oportere. annuo iniunctis, quia dignus es, ut talia legas: nam carmen ipsum, quod nunc e manibus elabitur, tam rusticanum est tamque impolitum, ut me non illud ad villam sed potius e villa mittere putes. basilicam sancti pontificis confessorisque Martini Perpetuus episcopus, 4
dignissimus tanto praedecessore successor, multum priore quae fuit hactenus capaciorem
15 novavit. magnum est, ut ferunt, opus nominandumque quod in honorem talis viri factum talis vir fecisse debuerit. huius me parietibus inscribere supradictus sacerdos hoc epigramma compellit, quod recensebis, ut est in his, quaecumque deposcit, privilegio caritatis imperiosissimus. atque utinam molis illius pompam sive donaria nihil 5
huius obsequii turpet oblatio: quod secus fore plurimum timeo, nisi forsitan inter
20 omnia venusta sic epigrammatis istius foeditas placeat, ut niger naevus candido in corpore, qui quidem solet sic facere risum quod accipere suffragium. sed quid hinc amplius? pone fistulas ipse pastorias et elegiae nostrae, quia pede claudicat, manum porrige.

Martini corpus totis venerabile terris,
in quo post vitae tempora vivit honor,
texerat hic primum plebeio machina cultu,
quae confessori non erat aequa suo.
5 nec desistebat cives onerare pudore
gloria magna viri, gratia parva loci;
antistes sed qui numeratur sextus ab ipso
longam Perpetuus sustulit invidiam,
internum removens modici penetrale sacelli
10 amplaque tecta levans exteriore domo;
creveruntque simul valido tribuente patrono
in spatiis aedis, conditor in meritis,

---

1 ñ *s. l. add.* M^1 2 nullę graves *usque ad* serraca *in marg. add.* M^1 3 serraca *LMTFP*, sarcina *C* vehendis *ex* subvehendis *eras., tum* vehendis *usque ad* partiū *add. in marg.* P^1 4 adtrahebantur *L* utique *P* de *s. l. add.* M^1 5 fraterque tuus *T*, cōmunis *s. l. add.* T^2 6 p *M*, ł ,ppī *s. l. add.* M^1, ,ppī *T* 7 fefellisti *F* qui *malit secludere Leo* baiocasina *F* 8 totamque *LMTCFP*, que *seclusi* provintiam *F* pervagatur *scripsi*, pervagaturus *LMTCFP* expectacionem *C*, exspectationem *TF* 9 delusit *T* *ante* ipse *s. l.* tu *add.* T^2 10 ociabundus *C* 12 pocius *C* 13 putis *L* 14 prodecessore *L* priori *LMTFP* capatiorem (r *corr. ex* n C^2) *MCF* 15 nonavit C^1 opus *om. C* honore *T* 16 vir *om. C* debuerit fecisse *T* 17 compellit hoc epigramma *F* epygramma *M* 18 ipsius *C* nil *MTCFP* 19 obsequii hui' *transposuit* P^1 20 venusta (nus *in ras.* P^2) *P* epygrammatis *M* 21 *post* accipere *6 litt.* (*an* accipe?) *eras.* P^2 23 *post* porrige *leg.* vale *et a rubricatore scriptum* EPITAPHIVM *in C* v. 4 aequa *LMTFP*, apta *C* v. 5 ţives honerare (h *eras.* P^2) P^1 v. 7 ipso *LMFP*, illo T^{v}, ł ipso *s. l. add.* T^2 v. 10 exteriora *L*, interiore *F* v. 12 aedes in spaciis *C* spaciis *M* aedes *MTCFP*

Digitized by Google

quae Salamoniaco potis est confligere templo,
septima quae mundo fabrica mira fuit.
nam gemmis auro argento si splenduit illud,
istud transgreditur cuncta metalla fide.
livor, abi, mordax absolvanturque priores,
nil novet aut addat garrula posteritas;
dumque venit Christus, populos qui suscitet omnes,
perpetuo durent culmina Perpetui.

6 Obtulimus, ut cernis, quod cantilenae recentis obvium manui fuit: sed nec hoc minus, si moras nectis, astra quatiemus, versibus quoque satirographis, si res exegerit. usuri, quos huic carmini lenitate adaequandos falso putabis. namque efficacius citius ardentius natura mortalium culpat aliqua quam laudet. vale.

XIX.

SIDONIUS FLORENTINO SUO SALUTEM.

Et moras nostras et silentium accusas. utrumque purgabile est; namque et venimus et scribimus. vale.

XX.

SIDONIUS DOMNITIO SUO SALUTEM.

1 Tu cui frequenter arma et armatos inspicere iucundum est, quam voluptatem, putamus, mente conceperas, si Sigismerem regium iuvenem ritu atque cultu gentilicio ornatum, utpote sponsum seu petitorem, praetorium soceri expetere vidisses! illum equus quidem phaleris comptus, immo equi radiantibus gemmis onusti antecedebant vel etiam subsequebantur, cum tamen magis hoc ibi decorum conspiciebatur, quod cursoribus suis sive pedisequis pedes et ipse medius incessit, flammeus cocco rutilus
2 auro lacteus serico, tum cultui tanto coma rubore cute concolor. regulorum autem sociorumque comitantum forma et in pace terribilis; quorum pedes primi perone saetoso talos adusque vinciebantur; genua crura suraeque sine tegmine; praeter hoc vestis alta stricta versicolor vix appropinquans poplitibus exertis; manicae sola brachiorum principia velantes; viridantia saga limbis marginata puniceis; penduli ex umero

---

v. 13 salamoniaco M^1, salomoniaco *TCFP* v. 15 si *LMTCP*, s *F* v. 17 priores *MP*, primates *s. l. add.* M^2P^1 v. 19 suscitat *F* v. 20 .erpetuo *C* durant (a *corr. in* e F^2) *F* 1 optulimus *L* obviam *MTCFP* manu *T* nec hoc *in ras.* M^2 2 quatemus T^1 satyrografis *LT*, satyrographis *F*, sathyrographis *P* exigerit (*prior.* i *corr. in* e M^2) *LMC*, exegerit (t *corr. ex* s P^1) *P* 3 levitate *s. l. add.* T^2 nanque *M* efficatius *MCF* 4 vale *om. F* 5 *inscriptionem uno versu vac. om. L* FLORENTIO *C* salutem *om. F* 6 mores *L* nanque *M* namque venimus (*om.* et) *F* 7 vale *om. F* 8 *inscriptionem uno versu vac. om. L* DOMNICIO *C*, dompnitio *F* 9 *post* arma *leg.* et armatum *in MCFP* et armatos *LTCF*, et animatos *MP et s. l. add.* T^2, l armatos *s. l. add.* M^1P^1 iocundum *MTCFP* 10 conciperes *MTCFP* cultu atque *T* 12 faleris *P* phaleris comptus *in ras.* M^1 comtus *L* 13 cum tamen usque *ad* inspiciebat *add. in marg.* P^1 tamen *LMTFP*, enim *C* decorum ibi *F* inspiciebatur *MTCP*, inspitiebatur *F* 14 praecursoribus *F* pedissequis (quis *corr. ex* c' *vel* cis P^2) *MTCFP* in cocco rutilius *C* 15 tum *in ras.* M^1 oro *Wilamowitzius; an* tuore? 16 sotiorumque comitantium *F* terribiles *L* personę (s *eras.* P^2) *P* 18 exertis poplitibus *F* 19 principalia *C* humero *MTCFP*

Digitized by Google

gladii balteis supercurrentibus strinxerant clausa bullatis latera rhenonibus. eo quo 3
comebantur ornatu muniebantur; lanceis uncatis securibusque missibilibus dextrae
refertae clipeis laevam partem adumbrantibus, quorum lux in orbibus nivea, fulva in
umbonibus ita censum prodebat ut studium. cuncta prorsus huiusmodi, ut in actione
thalamorum non appareret minor Martis pompa quam Veneris. sed quid haec pluribus?
spectaculo tali sola praesentia tua defuit. nam cum viderem quae tibi pulchra sunt
non te videre, ipsam eo tempore desiderii tui inpatientiam desideravi. vale.

XXI.

SIDONIUS APRO SUO SALUTEM.

Est quidem princeps in genere monstrando partis paternae praerogativa, sed 1
tamen multum est, quod debemus et matribus. non enim a nobis aliquid exilius fas
honorari quod pondera illarum quam quod istorum semina sumus. sed originis nostrae
definiendae materia vel ratio sit penes physicos: nos, unde haec ipsa praemisimus,
persequamur. Haeduus pater tibi, mater Arverna est. primis Haeduis deberis, ergo 2
non solis, vel propter illud exemplum nostri Maronis, quo teste Pallas, sic habitus
Arcas quod pariter et Samnis, in Mezentium movere potuisset ut peregrinus arma
Etruscorum, ni mixtus matre Sabella partem quoque patriae inde traxisset.
ecce habes magnum maximo auctore documentum, quod patriae pars computanda sit
et regio materna, nisi poetas et cum ab historia non recedunt mentiri existimabis.
igitur Arverni si portionem tui saltim vicissim iure sibi vindicant, patienter admitte 3
querimoniam desiderantum, qui tibi per unius oris officium non unius pectoris profudere
secretum. quos palam et coram dicere puta: 'quid in te mali tantum, ingrate, com-
misimus, ut per tot annos quondam humum altricem nunc velut hosticum solum fugias?
hic incunabula tua fovimus; hic vagientis infantiae lactantia membra formavimus; hic
civicarum baiulabare pondus ulnarum. hinc avus Fronto, blandus tibi sibi severus, 4
qui exemplo esse potuisset his, quos habemus nos in exemplo; hinc avia Auspicia,
quae tibi post tuae matris orbato decessum dependit una curam duarum. sed et
matertera tua hinc, [et] hinc fuit sanctior sanctis Frontina virginibus, quam vere-
batur mater pater venerabatur, summae abstinentiae puella, summi rigoris, ac fide

---

16 Vergil. Aen. VIII, 510 sq.: gnatum exhortarer, ni mixtus matre Sabella hinc partem patriae traheret.

1 gladii (ii *in ras.* M^1) *M* super (*om.* currentibus) *F* strincxerant *C*, strinserant *P* bulatis F^1 renonibus *F* quo *in ras.* M^1 3 clypeis *L* fuba *corr. in* fula F^2 5 pompa martis *T* martis (ar *in ras.* M^2) *M* 6 expectaculo *L* tua *s. l. add.* P^2 pulcra *CF* 7 te non *TC, fort. recte* inpaciencia*m CT*, impatientiam *MF* vale *om. F* 8 *inscriptionem uno versu vac. om. L* ASPRO (8 *eras.* C^2) *MCP* salutem *om. F* 9 princebs *C* 10 aliquis *C* *post* fas *leg.* est *in TFP*, ÷ *s. l. add.* M^1 11 *bis* ñ *ante* quod *s. l. add.* M^2 quam *LMTCP*, nã *F* 12 diffiniendae *CF* phisicos *MCF* 13 ,psequamur *C* *ante* est *leg.* tibi *in F* eduis *M* 15 archas *MCF* 16 ni mixtus P^1, inmixtus *C* 19 tua *T*, ł tui *s. l. add.* T^1 saltim *s. l. add.* T^1 vendicant F^1 pacienter *C* ammitte *L* 20 desiderantium *F* *post* oris *s. l. add.* mei M^1 T^2 profundere (n *eras.* C^2) *C* 21 dre etiam corã *transpos.* F^2 22 ñ (*corr. in* nc F^2) velud *F* solum (ũ *corr. ex* us M^1) effugias *MTCFP* 23 meubra *M* 24 baiulabere C^1 severus sibi *C* 26 orbato *scripsi*, orbata *LMTCFP* 27 tua hic *L* et *seclusi* 28 fide ingenti *scripsi*, fide indigenti *L*, fidei ingentis *MTCFP*

Digitized by Google

ingenti sic deum timens, ut ab hominibus metueretur. hic te imbuendum liberalibus disciplinis grammatici rhetorisque studia florentia monitu certante foverunt, unde tu non tam mediocriter institutus existi, ut tibi liceat Arvernos vel propter litteras non
5 amare. taceo territorii peculiarem iucunditatem; taceo illud aequor agrorum, in quo sine periculo quaestuosae fluctuant in segetibus undae, quod industrius quisque quo plus frequentat, hoc minus naufragat; viatoribus molle, fructuosum aratoribus, venatoribus voluptuosum: quod montium cingunt dorsa pascuis latera vinetis, terrena villis saxosa castellis, opaca lustris aperta culturis, concava fontibus abrupta fluminibus; quod denique huiusmodi est, ut semel visum advenis multis patriae oblivionem saepe
6 persuadeat. taceo civitatem ipsam tui semper sic amantissimam, ut sedulo nobilium contubernio praeferre nil debeas, cui tu manu iniecta feliciter raptus inserebare; sicque omnes praesentiae vestrae voluptas, quod tamen nullum satias cepit. iam quid istic de re familiari tua dicam, cuius hic status est, ut tuam expensam hoc sit facilius toleratura, quo crebrius? nam dominus agricola, si larem hic foveat, sic facit sumptum quod auget et reditum.' haec unus tibi omnium civium, certe bonorum, voto petitu vice garrio; qui cum tanto honore te poscant, tanto amore desiderent, intellegi datur gaudii plus te, dum tribuis quod rogaris, assecuturum. vale.

XXII.

SIDONIUS LEONI SUO SALUTEM.

1 Vir magnificus Hesperius, gemma amicorum litterarumque, nuper urbe cum rediit e Tolosatium, praecipere te dixit, ut epistularum curam iam terminatis libris earum converteremus ad stilum historiae. reverentia summa, summo et affectu talem atque tantam sententiam amplector; idoneum quippe pronuntias ad opera maiora quem mediocria putas deserere debere. sed, quod fatendum est, facilius audeo huiusmodi
2 suspicere iudicium quam suscipere consilium. res quidem digna quam tu iuberes sed non minus digna quam faceres. namque et antiquitus, cum Gaius Cornelius Gaio Secundo paria suasisset, ipse postmodum quod iniunxit arripuit, idque ab exemplo nunc melius aggrederis, quia et ego Plinio ut discipulus assurgo et tu vetusto genere narrandi

---

1 omnibus *P* 2 rethorisque *MCF* florentia studia *T* fuerunt *F*² 3 existis *MTFP* 4 iocunditatem *MTCF*, iocunditatem *P* 5 quęstuosę *in ras. M*¹, quae studiose (di *eras. P*²) *P* 6 frequetant (n *expunx. C*²) *C*¹ 7 cingunt montium *F* pascuis (uis *in ras. P*¹) *P* 8 fontibus (on *in ras. P*¹) *P* abruta *C* 10 sic *s. l. add. M*¹ sedulo *scripsi*, solo *LTC*, soli (i *in ras. P*²) *MFP* 11 debens *C* feliciter rapt' *s. l. add. T*² sic ∘que ∘∘∘ omnes (*unam et 3 litt. eras. P*²) *P* 12 p̄sentiae *praeter* tiae *in ras. M*¹ satias coepit *L*, sacias cępit *MCP*, sacies cepit *F* 13 sit *om. C* 14 toleratura (ura *in ras. P*¹) *P* quod *MTP*, a quod (a *eras. C*¹) *C*, qd *corr. ex* qm *F*² sumtum *L* 15 et *om. T, fort. recte* redditum *F* certo *C* 16 desiderant (a *corr. in* e *F*¹) *F* intelligi *MTCFP* 17 assequuturum *LC*, adsecuturum *P* 18 *inscriptionem uno versu vac. om. L* salutem *om. F* 19 Fir (F *rubr.*) *F* gemma *s. l. add. P*¹ litterarum *F*² curbe *F*¹ 20 tholosatium *F*, tolosacium *C* p̄cipere te ait *C* 21 *post* summo *leg.* studio *in F* 22 tantam atque talem *C* pronuncias *M* 23 putas *LMCFP*, ꝓficias *T* 24 suspicere (pic *in ras. P*¹) *P* iuditium *C* concilium *T* quam tu iuberes sed non minus digna *om. L* 25 non *om. T* nanque *M* *post* cornelius *leg.* taci' *in F, s. l. add.* tacit' *in M*² *post* secundo *s. l. add.* plinio *M*² 26 iniunxit (x *in ras. P*²) *P* *post* nunc *leg.* me *in MTCFP* 27 aggrediris *Wilamowitzius* ego *LMTFP*, ipse *C* discipls (*post.* s *in ras. M*¹) *M*

Digitized by Google

iure Cornelium antevenis, qui saeculo nostro si revivisceret teque qualis in litteris et quantus habeare conspicaretur, modo verius Tacitus esset. itaque tu molem thematis 3
missi recte capessis, cui praeter eloquentiam singularem scientiae ingentis magna opportunitas. cotidie namque per potentissimi consilia regis totius sollicitus orbis pariter [eius] negotia et iura, foedera et bella, loca spatia merita cognoscis. unde quis iustius sese ad ista succinxerit, quam ille, quem constat gentium motus legationum varietates, facta ducum pacta regnantum, tota denique publicarum rerum secreta didicisse, quique praestanti positus in culmine non necesse habet vel supprimere verum vel concinnare mendacium? at nostra longe condicio dispar, quibus dolori peregrinatio 4
nova nec usui lectio vetus, tum religio professioni est, humilitas appetitui, mediocritas obscuritati, nec in praesentibus rei tantum, quantum in futuris spei locatum, postremo languor impedimento iamque vel sero propter hunc ipsum desidia cordi; aequaeva certe iam super studiis nulla laus curae, sed ne postuma quidem. praecipue gloriam 5
nobis parvam ab historia petere fixum, quia per homines clericalis officii temerarie nostra iactanter aliena, praeterita infructuose praesentia semiplene, turpiter falsa periculose vera dicuntur. est enim huiusmodi thema [vel opus], in quo bonorum si facias mentionem, modica gratia paratur, si notabilium, maxuma offensa. sic se illi protinus dictioni color odorque satiricus admiscet. ilicet: scriptio historica videtur ordine a nostro multum abhorrere, cuius inchoatio invidia, continuatio labor, finis est odium.
sed tunc ista proveniunt, clericis si aliquid dictetur auctoribus; qui colubrinis oblatra- 6
torum molaribus fixi, si quid simpliciter edamus, insani, si quid exacte, praesumptiosi vocamur. at si tu ipse, cui datum est saltibus gloriae proterere posse cervices vituperonum seu supercurrere, materiae istius libens provinciam sortiare, nemo te celsius scripserit, nemo et antiquius, etiamsi placeat recentia loqui; quandoquidem sermonum copia impletus ante, nunc rerum non reliquisti, cur venenato morsu secere. atque ideo te in posterum consuli utilitas, audiri voluptas, legi auctoritas erit. vale.

XXIII.

SIDONIUS PROCULO SUO SALUTEM.

Filius tuus, immo communis ad me cucurrit. qui te relicto deliquisse se maeret, 1
obrutus paenitendi pudore transfugii. igitur audito culpae tenore corripui latitabundum

---

1 si *corr. ex* siro *vel* sive P^1 2 quatus C^1 habere T^1 thaematis L 3 missi thematis T 4 oportunitas *LMTCFP* quotidie P nanque M tocius C 5 eius *LMCFP, om. Parisinus 18584 aliique,* 3 T negocia C spacia C 6 se T succincxerit P 7 varietatēs F^1 9 mendatium F at M, 1 ut *s. l. add.* M^1 conditio *TCF*, ditio P quib; L, cui *MTCFP* 10 leccio C vetus tum L, vetusta M^1, vetusta tum *TCFP* est professioni C professionis L appetivi F^1, appetui C 12 langor C^1 13 posthuma MT gloria T 14 parua T hystoria F 15 iactanterq; F praesen T^1 16 dicuntur *LMTFP*, dnatur C thaema L vel opus *secl. Wilamowitzius* 17 gratia *LMTFP*, gla C maxima *MTCFP* ille *MTCFP* 18 ordoque (*corr. in* odorque P^1 M^2) *MTP* satyricus *TF* ammiscet L a *s. l. add.* M^1 19 inchoacio C 20 dicetur F 21 praesumtiosi *LP*, praesumptuosi F 22 proterere *LT*, preterire C, pterire *MP*, pīre F posse *om. T, fort. recte* vituperonum (num *in ras.* P^1) P, vitupationum F^1 23 matheriae ipsius C provintiam F sorciare *MC* 24 scribserit L et *om. MTCFP* 25 copiam L nun C^1 secere (s *corr. ex* c F^2) F 26 posterum cūsuli utilitas audiri voluptas *in ras.* P^1 vale *om.* F 27 *inscriptionem uno versu vac. om.* L

verbis amaris vultu minaci et mea quidem voce sed vice tua dignum abdicatione cruce culleo clamans ceterisque suppliciis parricidalibus. ad haec ille confusus inrubuit, nil impudenti excusatione deprecatus errorem, sed ad cuncta convictum cum redarguerem, verecundiae iunxit comites lacrimas ita profluas ubertimque manantes,
2 ut secuturae correctioni fidem fecerint. rogo ergo sis clemens in se severo et deum sequens non habeas te iudice reum se profitente damnabilem: quem si inaudita genera poenarum iubeas inexoratus excipere, non potest amplius per te dolore quam per se pudore torqueri. libera metu desperationem suam, libera confidentiam meam et, pietatis paternae necessitatem si bene interpretor, te quoque absolve, qui conficeris occulto, quod filius publico maerore conficitur. cui fecisse me constat plurimum iniuriae, si tu tamen vel parum feceris, quam certe, ut spero, non facies, nisi scopulis
3 durior duras aut adamantibus rigidior perseveras insecabilibus. ergo si de moribus tuis deque amicitiis iuste meliora praesumo, excusato propitius indulge, quem reconcilians fore fidelem constanter in posterum spondeo, quoque velociter culpa soluto ego beneficio ligor, magnopere deposcens, non ut ignoscas modo verum ut et protinus, et revertentem non domo solum sed et pectore admittas. deus magne, quam laetus orietur tibi dies, mihi nuntius, animus illi, cum paternis pedibus affusus ex illo ore laeso, ore terribili, dum convicium expectat, osculum exceperit! vale.

XXIV.

SIDONIUS TURNO SUO SALUTEM.

1 Bene nomini, bene negotio tuo congruit Mantuani illud:

Turne, quod optanti divum promittere nemo
auderet, volvenda dies en attulit ultro.

pecuniam pater tuus Turpio, vir tribunicius, mutuam pridem, si recordaris, a Maximo Palatino postulavit impetravitque, nil quidem loco fiduciae pignorisque vel argenti sequestrans vel obligans praediorum: sed, ut chirographo facto docetur, cauta centesima est faeneratori, quae per bilustre producta tempus modum sortis ad duplum adduxit.
2 sed cum pater tuus morti propinquae morbo incumbente succumberet atque ob hoc ipsum publica auctoritas male valentem patremfamilias violentius ad reformandum

---

21 Vergil. Aen. IX, 6 sq.

2 parricidialibus *F* irrubuit *MCP*, irribuit *F* 3 & (ad) *P*¹ convinctum *P* 4 ita *LMTCP*, tam *F* manentes *P*, manentes (a) *M*² 5 sequuturae *L*, secure (in) *F*² correccioni *C* fecerit *F* in *eras. sed* in se *s. l. add. M*¹ 6 dampnabilem *MCF* 7 dolore (*post.* o *in ras. M*¹) *M*, dolere *CF* 8 disperationem *L* 9 necessitate *MTCFP* (con) ficeris *P*¹ 10 publice *C* me fecisse *C* me constat fecisse *T* 12 (ad) amantibus *C*² ridigior *F* ergo *in ras. P*¹ 13 amiciciis *C*, amicitiis (itiis *in ras. P*¹) *P* propicius *MC* 14 fdelē (i) *corr. ex* fore *F*¹ quōque *L*, (quo) que *F*² *ante* culpa *s. l.* a *add. M*² 15 beneficio *praeter* bene *in ras. P*¹ magno opere *FP* 16 pectori *F* ammittas *L* quam laetus *in ras. P*¹ 17 mihi *in ras. P*¹, michi *C* nuncius *MC* animus illi *in ras. P*¹ *post.* ore *s. l. add. P*¹, *om. T* 18 dum convicium expectat *L*, convicium (ici *in ras. P*¹) expectans *MCP*, convitium expectans *F*, convitium exspectans *T* (ex) osperit *P*¹ VALE IN XPO *MP*, *om. F* 19 *inscriptionem uno versu vac. om. L* SIDONIS *C*¹, Syd *F* salutem *om. F* 20 negocio *C* mantua (ni) *T*¹ 21 obtanti *MCP*, optandi *L*, optati *T* 23 peccuniam *C* tribunitius *CF* 24 fidutiae *C*, fidutie *F* 25 cyrographo (pho *in ras. P*¹) *LTCFP et in marg. M*¹ est centesima *F* 26 duplā *MC* 28 patremfam̄ *F*

Digitized by Google

debitum artaret nec sustineri valeret improbitas executorum, proficiscenti mihi Tolosam iam desperatus litteris imperavit, ut me rogante creditor vester modicas saltim largiretur indutias. precibus orantis citus annui, quia cum Maximo mihi non notitiae solum verum et hospitii vetera iura. igitur ad amicum libens ex itinere perrexi,
5 quamquam villa non paucis aggere a publico milibus abesset. ut veni, occurrit mihi 3
ipse, quem noveram anterius corpore erectum gressu expeditum, voce liberum facie liberalem, multum ab antiquo dissimilis incessu. habitus viro, gradus pudor, color sermo religiosus, tum coma brevis barba prolixa, tripodes sellae, Cilicum vela foribus appensa, lectus nil habens plumae, mensa nil purpurae, humanitas ipsa sic benigna
10 quod frugi, nec ita carnibus abundans ut leguminibus; certe si quid in cibis unctius, non sibi sed hospitibus indulgens. cum surgeremus, clam percontor adstantes, quod 4
genus vitae de tribus arripuisset ordinibus, monachum ageret an clericum paenitentemve. dixerunt nuper impacto sacerdotio fungi, quo recusantem factiose ligasset civicus amor. luce revoluta, dum pueri clientesque capiendis animalibus occuparentur,
15 secretae conlocutionis peto copiam. praestat: amplector nil opinantem gratularique me primum pro sui status apice confirmo, tum consequentes misceo preces. Turpionis 5
nostri rogata profero, allego necessitates, extrema deploro, quae duriora maerentibus amicis hinc viderentur, quod faenore ligatus corpore solveretur: meminisset ergo professionis novae, sodalitatis antiquae, exactorumque circumlatrantum barbaram instantiam
20 indultis tantisper indutiis moderaretur: et, si decessisset aeger, tribueret heredibus annui luctus tempus immune: si, quod optarem, pristinam Turpio salutem recuperasset, indulgeret exhausto per otium facultatem convalescendi. adhuc rogabam, cum repente 6
vir caritatis flere granditer coepit non moram debiti sed periculum debitoris; frenatoque singultu: 'absit a me', inquit, 'ut haec reposcam clericus ab aegro, quae vix
25 petissem miles a sospite. sed et liberos eius ita diligo, ut etiam, si quid adversum cesserit amico, nil sim ab his amplius postulaturus quam mei officii ratio permittit. quapropter scribe sollicitis quoque plus credant litteris tuis, meas iunge, quisquis ille fuerit languoris eventus, quem tamen fratri prosperum optamus, quod et annuum solutioni spatium prorogabo et superpositam medietatem, quae per usurae nomen
30 accrevit, indulgeam, sola simpli restitutione contentus.' egi ad haec gratias deo 7
maximas, hospiti magnas, qui sic amaret tam suam famam quam conscientiam, confirmans amicum praemittere sibi quod dimitteret vobis, atque hinc superna regna mercari, quod beneficia terrena non venderet. ergo quod restat enitere, ut auctore te protinus saltim commodata summa solvatur, sic ut ingentes nihilominus gratias agas

---

1 exequntorum *L*, exsecutorum *MCP* michi *C* tholosam *MFP* 2 saltū (ū *corr. in* ē *M*²) *M*, saltem *T* 3 inducias *MCP* michi *C* noticiae *C*, noticie *F* 4 hospicii *MC* 5 quanquam *LM* villa *LMCFP*, via *T* 6 abesset distaret milibus *T* occurit *P* michi *C* 8 tum *om.* *T* cilicia (la *in ras.* 5 *litt.* *C*²) (*om.* vela) *C* 9 nil habens lectus *T* pur̄ pure *T*² 10 habundans *F* 11 percunctor *F*¹, percuntor *T* astantes *MCFP* 12 ageret *om.* *F* paenitentemve *Leo*, paenitentemne *L*, penitentemne *MTCP*, poenitentemne *F*² 13 sacerdocio *C* quod (d *eras.* *C*²) *C* 15 collocutionis *MTCFP* copiam peto *F* 16 me *om.* *T* 17 allegone (ne *eras.* *P*²) *P* 18 hunc *L* 19 antiq: (q; *corr. in* g̃ *C*²) *C* exhactorumque (h *eras.* *C*²) *C* circumlatrantium *F*, circumlatrant . um (i *ut v. eras.* *P*²) *P* 20 induciis (s *add.* *P*²) *MTCP* 21 immunne *L* obtarem *C* 25 petiss; *F* & *s. l. add.* *M*¹ 26 ab his *om.* *C* 27 q̃q; *corr. ex* q; *P*¹ 28 tamen *in ras.* *P*¹ prospm *M* obtamus *C* 30 accreverit *F*, accrellat *T* simplici *P*², simpli . . (ci *ut v. eras.* *M*¹ *P*²) *MP* restitucione *C* 33 ergo quod *in ras.* *P*¹ enittere (*prim.* t *eras.* *C*²) *C* 34 saltē *T* commodata *F* nichilominus *MTCP*, nhominus *F*

Digitized by Google

etiam nomine illorum, qui tibi germanitate coniuncti fors per aetatem sapere non
8 possunt, quid muneris consequantur. non est cur dicere incipias: 'habeo consortes
necdum celebrata divisio est; avarius me constat esse tractatum quam coheredes:
frater ac soror sub annis adhuc tutelaribus agunt: sorori necdum maritus, fratri nec-
dum curator, curatori necdum satisdator inventus est.' quod quidem totum creditoribus 5
bene, sed malis dicitur: at cum habet talis persona contractum, quae velit medium
relaxare, cum totum possit exigere, si moram patitur, quicquid propter misericordiam
concesserat pie, iuste reposcit propter iniuriam. vale.

XXV.

SIDONIUS DOMNULO SUO SALUTEM.

1 Nequeo differre, quin grandis communione te gaudii festinus inpertiam, nimirum 10
nosse cupientem, quid pater noster in Christo pariter et pontifex Patiens Cabillonum
profectus more religionis, more constantiae suae fecerit. cum venisset in oppidum supra-
scriptum provincialium sacerdotum praevio partim, partim comitante collegio, scilicet ut
municipio summus aliquis antistes ordinaretur, cuius ecclesiae disciplina nutabat, postquam
iunior episcopus Paulus discesserat decesseratque, exceperunt pontificale concilium variae 15
2 voluntates oppidanorum, nec non et illa quae bonum publicum semper evertunt studia
privata; quae quidam triumviratus accenderat conpetitorum, quorum hic antiquam nata-
lium praerogativam reliqua destitutus morum dote ructabat, hic per fragores parasiticos
culinarum suffragio comparatos Apicianis plausibus ingerebatur, hic, apice votivo si
potiretur, tacita pactione promiserat ecclesiastica plosoribus suis praedae praedia fore. 20
3 quod ubi viderunt sanctus Patiens et sanctus Euphronius, qui rigorem firmitatemque
sententiae sanioris praeter odium gratiamque primi tenebant, consilio cum coepiscopis
prius clam communicato quam palam prodito strepituque despecto turbae furentis
iunctis repente manibus arreptum nihilque tum minus quam quae agebantur optantem
suspicantemque sanctum Iohannem, virum honestate humanitate mansuetudine insignem 25
4 (lector hic primum, sic minister altaris, idque ab infantia, post laborum temporumque
processu archidiaconus, in quo seu gradu seu ministerio multum retentus propter
industriam diu dignitate non potuit augeri, ne potestate posset absolvi): attamen hunc
iam secundi ordinis sacerdotem dissonas inter partium voces, quae differebant laudare
non ambientem sed nec audebant culpare laudabilem, stupentibus factiosis erubescentibus 30
5 malis, acclamantibus bonis reclamantibus nullis collegam sibi consecravere. nunc ergo
Iurensia si te remittunt iam monasteria, in quae libenter solitus escendere iam cae-

---

3 avaris *M*¹ 4 tutellaribus *L* 5 ꝓcurator *C* ventus *M*¹ 6 malī *C* 7 laxare *P*¹ micdiam *C* 8 valo *om.* *F* 9 *inscriptionem uno versu vac. om.* *L* donnulo *F*, DAMPNVLO *P* salutem *om.* *F* 10 grandi *F* impertiam *MTCFP* 11 *post* nr. *unam litt. eras., tum* in *add.* *P*¹ paciens *C* cavilonnum *L* 12 venisset *praeter* ve *in ras.* *P*¹ 13 suprascribtum *L*, supradcm *F* provintialium *F* 14 aecclę *C* 16 opidanorum *F* 17 competitorum *MTFP* 18 distitutus *L* parasiticos (siti *in ras.* *M*¹) *M* 19 apice *in ras.* *F*¹ 20 tacitā *F* p̄miserat *F* aecclastica *C* 21 paciens sanctusq; *C* eufronius *MCFP* 23 clā *s. l. add.* *M*¹ dispecto *L* turbae furentis despecto *M*, furentis turbae despecto *CFP* 24 iunctis *L*, inctis *TCFP*, iectis *M*¹ arreptum *om.* *F* nichilque *MTP*, nlque *F*, nilque *C* quamq; (q; *corr. in* que *F*²) *F* obtantem *C* 26 infancia *C* 27 se ministerio *C* 28 aggeri *P* possit *L* 29 parcium *C* 31 sibi *om.* *C* consecravert (rt *corr. in* re *M*¹) *M* 32 iorensia *L* ascendere *MTCFP*

Digitized by Google

lestibus supernisque praeludis habitaculis. gaudere te par est de communium patrum vel patronorum seu sic sentiente concordia seu sic concordante sententia. illius quoque nomine exulta, quem creaverunt Euphronius testimonio, manu Patiens, ambo iudicio, in quo fecit Euphronius quod conveniret non senectutis modo suae verum etiam dignitatis longaevitati, fecit et Patiens, vir quamlibet magnis par tamen laudibus, quod satis decuit facere personam, quae caput est civitati nostrae per sacerdotium, provinciae vero per civitatem. vale.

---

1 par est *LMTFP*, parem *C* 2 sciente F^2, sentencie (c *corr. in* t P^2) *P* cordante *P* sentencia *C* 3 eufronius *MCFP* iuditio *C* 4 eufronius *MCFP* convenirent *F* 5 paciens *C* par tam̃ *ord. mut.* M^1, tamen par *CFP* ludibus F^2 6 est *om. C* sacerdocium *C* provintie *F* 7 *post* vero *leg.* vestre *in TFP*, ure *s. l. add.* M^2 vale *om. F* G̃. SOLLII. APOLLINARIS. SIDONII. EPISTVLARVM. LIBER QVARTVS. EXPLICIT. *et tum quattuor versus vac. in L*, G̃. SOLLII APOLLINARIS SIDONII EPŁARV̄ LIB̄. IIII. EXPLICIT. INCIPIT LIB̄. V. *M*, EXPLICIT. IIII. INCIP̄. V *T*, GAI. SOLLII. APOLLINARIS. MODESTI. SIDONII. ARVERNORVM ĒPI LIb. IIII. EXPŁ. INCIPIT. V. *subscr. rubricator in C*, Sydonii eplarum lib qrt' explicit. Incip̄. V. *subscr. rubricator in F*, G̃. SOLLII. APOLLINARIS. SIDONII. EPŁAR̄. LIB. IIII. EXPLICIT. INCIPIT. V. *P*

Digitized by Google

GAI SOLLII
APOLLINARIS SIDONII
EPISTULARUM
LIBER QUINTUS.

I.

SIDONIUS PETRONIO SUO SALUTEM.

1 Audio, quod lectitandis epistulis meis voluptuosam patientiam inpendas. magnum hoc est et litterarum viro convenientissimum, cum studiis ipse maxumis polleas, ea in aliis etiam minima complecti. sed ex hoc ipso consummatissima tibi gloria reponde-
2 ratur; nam satis eminet meritis ingenii proprii qui fuerit fautor alieni. commendo 5 Vindicium necessarium meum, virum religiosum et leviticae dignitati, quam nuper indeptus est, accommodatissimum. cui meis e pugillaribus transferre quae iusseras non vacans † perquam provinciam fuit, hic vobis aliquid neniarum munusculi vice detulit:
3 quamquam, quae tua sanctitas, semper grandia litteras nostras praemia putes. interea necessitatem praefati portitoris insinuo, quem traxit isto negotii oborti bipertita condicio. 10 siquidem hac definitione perrexit, ut aut ineat litem aut adeat hereditatem. nam patrueli paterno caelibi intestatoque defuncto per agnationis praerogativam succedere parat, nisi tamen coeptis factiosa vis obviet. contra quas tamen cunctas difficultates solus post opem Christi supplici tuo sufficis, cuius confido quod, si meruerit persona gratiam, consequetur causa victoriam. vale. 15

---

1 petreio *C* 8yd *F* salutem *om. F* 2 alectitandis F^1 pacientiam *CF* impendas *MCF* 3 maximis *MCF* 4 ex *om. F* consumatissima *C* gloria tibi *T* respondeatur F^1 5 prii *s. l. add.* T^2 6 vinditium *F* necessarium meum vinditium *C* virium F^1 religisionum *C* 9 *s. l. add.* T^2 7 accomodatissimum *C* 8 *an* cui . . . non vacans (*vel* vacans animus) per suam (*vel* nescio quam) provinciam fuit? qui . . . non vacans proquam provincia fuit *Gustafssonus* provincia (a *fort. corr. ex* ā *in M*) *LM*, provintiam *T*, provintia *CFP* 9 quanquam *LMF* praema F^1 putis *L* 10 negocii *C* oborti *in ras.* F^1 conditio *LCF* 11 hac diffinitione *praeter* tione *in ras.* M^1 diffinitione *TFP*, diffinione C^1 12 patrono F^1 defucto C^1 14 mefuerit *L* 15 vale *om. F*

Digitized by Google

II.

SIDONIUS NYMPHIDIO SUO SALUTEM.

Librum de statu animae tribus voluminibus inlustrem Mamertus Claudianus peri- 1
tissimus Christianorum philosophus et quorumlibet primus eruditorum totis sectatae philosophiae membris artibus partibusque comere et excolere curavit, novem quas vocant Musas disciplinas aperiens esse, non feminas. namque in paginis eius vigilax lector inveniet veriora nomina Camenarum, quae propriam de se sibi pariunt nuncupationem. illic enim et grammatica dividit et oratoria declamat et arithmetica numerat et geometrica metitur et musica ponderat et dialectica disputat et astrologia praenoscit et architectonica struit et metrica modulatur. huius lectionis novitate lae- 2
tatus excitatusque maturitate raptim recensendam transferendamque, ut videras, petisti, ut petieras, impetrasti sub sponsione citae redhibitionis. nec me falli nec te fallere decet. tempus est commodata restitui, quia liber ipse, si placuit, debuit exhibere satietatem, si displicuit, debuit movere fastidium. tu autem, quicquid illud est, fidem tuam celeriter absolve, ne si repetitum libellum serius reddere paras, membranas potius videaris amare quam litteras. vale.

III.

SIDONIUS APOLLINARI SUO SALUTEM.

Par erat quidem garrulitatem nostram silentii vestri talione frenari. sed quo- 1
niam perfecta dilectio non tam debet recolere, quid officiorum solvat, quam meminisse, quid debeat, etiam nunc laxatis verecundiae habenis obsequium alloquii impudentis iteramus. cuius improbitas vel hinc maxime dinoscitur, quod tacetis. ergone quid tempore hostilitatis ageretis, frater, nosse non merui? dissimulastis trepido pro vobis amico vel securitatem prodere vel timorem? quid est aliud, si requirenti tuas sup- 2
primas actiones, quam suspicari eum, qui tui sollicitus existat, aut certe non gavisurum compertis prosperis aut tristem, si diversa cesserint, non futurum? facessat haec a bonis moribus impietatis opinio et a candore suo vera caritas naevum tam miserae suspicionis eliminet. namque, ut Crispus vester affirmat, idem velle atque idem nolle, ea demum firma amicitia est. interea si vel vos valetis, bene est. ego 3

---

26 Sallusti Catil. c. 20, 4.

1 nimphidio *MTP*, nimphidi *C*, menphidio *F* salutem *om. L* 2 illustrem *MTCFP* 3 philosofus *L*, filosophus *F* to ∘ tis (r *ut v. eras.* C^1) *C* an secretae? 4 philosofiae *L* menbris *M* 5 esse *s. l. add.* F^1 nanque *M* 6 appellationē *T*, ł ūcupationē *s. l. add.* T^1 7 *alt.* enim *post* enim *eras.* C^2 gramatica *F* declarat *C* aryditmetica *L* 8 geometria *F* musica *et* 9 metrica *locum mutare malit Wilamowitzius* astrologia *T*, nomia *s. l. add.* T^2 9 architectonica M^2, architectorica *TCFP* modolatur L^1 loccionis *C* 10 videris *L*, vidis *corr. in* vidas T^2 11 redhibicionis (h *eras.* C^2) *C*, redibitionis M^2, redibitionis *FP* 12 enim *F*, est *s. l. add.* F^2 restui *L* liber *om. C* exibere *F* 13 sacietatem *MC* 15 vale *om. F* 16 apollinario *F* salutem *om. LF* 18 dileccio *C*, dilictio *L* notam *L* 20 maxume *MP* 21 hostilitatis *T*, ł nos honestatis *s. l. add.* T^2 fres *F* trepido *s. l. add.* P^1 ,p *s. l. add.* M^1 22 supprimis *MCFP* 23 gavisū (ū *corr. in* urū P^1) *P* 24 *ante* compertis *leg.* eū *in T* conperis C^1 tristē *s. l. add.* M^1 26 suspitionis *LTCFP* nanque *M* adque *L*, aut *F* 27 amicicia *CF* vos vel *F*

Digitized by Google

autem, infelicis conscientiae mole depressus, vi febrium nuper extremum salutis accessi. utpote cui indignissimo tantae professionis pondus impactum est, qui miser, ante compulsus docere quam discere et ante praesumens bonum praedicare quam facere, tam-
4 quam sterilis arbor, cum non habeam opera pro pomis, spargo verba pro foliis. quod restat, orate, ut operae pretium sit, quod ab inferna propemodum sede remeavimus. ne si in praeteritis criminibus manserimus, incipiat ad animae potius mortem pertinere quod vivimus. ecce quod agimus indicamus; ecce adhuc, quid agatis, inquirimus. fit a nostra parte quod pium est, vos deinceps facite quod videtur. illud sane velut Atticas leges in aere credite incisum, nos sub ope Christi numquam admissuros amoris terminum, cuius studuimus fundare principium. vale.

IV.

SIDONIUS SIMPLICIO SUO SALUTEM.

1 Quod non recepi scripta qui miseram, imputo amicitiae, sed deputo plus pudori. nam, nisi praeter aequum autumo, ut salutatio mihi debita dissimularetur, non illud contumacia sed verecundia fuit. at si ulterius paginae garrienti forem claudis, pessulum opponis, quieti quidem tuae non invitus indulgeo, sed non procul a te reos meos
2 inventurum me esse denuntio. nam totam silentii vestri invidiam verti non iniurium est ad superbiam filiorum, qui se diligi sentientes quoddam patiuntur de nostra sedulitate fastidium. quos monere pro patria auctoritate debebitis, ut contractae apud nos offensae amaritudinem politis affatibus dulcare non desinant. vale.

V.

SIDONIUS SYAGRIO SUO SALUTEM.

1 Cum sis consulis pronepos idque per virilem successionem (quamquam id ad causam subiciendam minus attinet), cum sis igitur e semine poetae, cui procul dubio statuas dederant litterae, si trabeae non dedissent (quod etiam nunc auctoris culta versibus verba testantur), a quo studia posterorum ne parum quidem, quippe in hac parte, degeneraverunt, immane narratu est, quantum stupeam sermonis te Germanici
2 notitiam tanta facilitate rapuisse. atqui pueritiam tuam competenter scholis liberalibus memini imbutam et saepenumero acriter eloquenterque declamasse coram oratore satis habeo compertum. atque haec cum ita sint, velim dicas, unde subito hauserunt pectora

---

2 inpactum *FP* conpulsus (on *corr. in* ō ∘ P^2) *CP*, compussus *L* 3 tanquam *MF* 4 sterilis arbor *in ras.* P^2 5 p̄cium *C*, precium *M* 6 pertinere ad animae potius mortem *T* pertinere mortem *F* 8 deincebs *C* velud *LF* 9 in aere *scripsi*, ita aere (*vel* ere) *LMTCFP* opere (re *eras.* L^2) *L* amissuros M^1, amissuros *L* 10 terminum amoris *F* valeas *C*, *om. F* 11 simplitio *F* 12 amiciciae *CF* 13 ni *F* auctumo *L* salutacio michi *C* 14 contumatia *M* 15 indulgo *F*[1] 16 denuncio *MC* 17 sencientes *LC*, senientes F^2 paciuntur *C* *post* sedulitate 7 *litt. eras.* P^2 18 debetis *MCFP* 19 dudulcare *C* vale *om. F* 20 Siagrio *LTCFP* 21 pronepos consulis *T* pronepus *L* idq; *corr. ex* i F^1 quanquam *LMF* 22 ex *T* 23 dederī *F* 24 testatur *L* 25 denegaverunt F^2 26 noticiam *CF* cepisse *T*, l rapuisse *s. l. add.* T^1 puericiam *CF* scolis (lis *in ras.* P^1) *MCFP* 27 nemini F^1 28 sunt *C*

Digitized by Google

tua euphoniam gentis alienae, ut modo mihi post ferulas lectionis Maronianae postque desudatam varicosi Arpinatis opulentiam loquacitatemque quasi de † harilao vetere novus falco prorumpas? aestimari minime potest, quanto mihi ceterisque sit risui, 3 quotiens audio, quod te praesente formidet linguae suae facere barbarus barbarismum. adstupet tibi epistulas interpretanti curva Germanorum senectus et negotiis mutuis arbitrum te disceptatoremque desumit. novus Burgundionum Solon in legibus disserendis, novus Amphion in citharis, sed trichordibus, temperandis amaris frequentaris, expeteris oblectas, eligeris adhiberis, decernis audiris. et quamquam aeque corporibus ac sensu rigidi sint indolatilesque, amplectuntur in te pariter et discunt sermonem patrium, cor Latinum. restat hoc unum, vir facetissime, ut nihilo segnius, vel cum 4 vacabit, aliquid lectioni operae impendas custodiasque hoc, prout es elegantissimus, temperamentum, ut ista tibi lingua teneatur, ne ridearis, illa exerceatur, ut rideas. vale.

VI.

SIDONIUS APOLLINARI SUO SALUTEM.

Cum primum aestas decessit autumno et Arvernorum timor potuit aliquantisper 1 ratione temporis temperari, Viennam veni, ubi Thaumastum, germanum tuum, quem pro iure vel sanguinis vel aetatis reverenda familiaritate complector, maestissimum inveni. qui quamquam recenti caelibatu granditer afficiebatur, pro te tamen parum minus anxius erat: timebat enim verebaturque, ne quam tibi calumniam turbo barbaricus aut militaris concinnaret improbitas. namque confirmat magistro militum Chil- 2 perico, victoriosissimo viro, relatu venenato quorumpiam sceleratorum fuisse secreto insusurratum tuo praecipue machinatu oppidum Vasionense partibus novi principis applicari. si quid hinc tibi tuisque suspicionis incutitur, raptim doce recursu familiarium paginarum, ne vobis sollicitudinis aut praesentiae meae opportunitas pereat. curae mihi peculiariter erit, si quid tamen cavendum existimabis, ut te faciat aut gratia impetrata securum aut explorata iracundia cautiorem. vale.

---

1 gentis alienae euphroniam (*corr. in* euphooniam T^1) *T* michi *C* lectiones (e *corr. in* i L^1) *L*, leccionis *C* *post* maroniane (ni *in ras.* P^1) *5 litt. eras.* P^1 2 desudatam *praeter* tam *in ras.* M^1 varicos (cos *in ras.* P^1) *P* harpinatis *L* harilao *LT*, ł hilario *s. l. add.* T^2, hilario *MCFP* vetere *in ras.* P^1 3 falco (*praeter* f *in ras.* M^2) *MF*, *var. lect. a* M^1 *s. l. addit. eras.* M^2, falcho *TP*, faccho *L*, flacco *C et in marg.* T^2 quasi de Syagrio vetere novus Franco prorumpas *Colvius ex ms. Claromontanensi* quanto (o *in ras.* P^1) *P* michi *C* 4 quoties *LM*, quociens *praeter* quo *in ras.* P^1 quod *in ras.* P^1 5 astupet *MCFP*, aestupet *T* negociis *C* 6 arbitum F^2 disceptoremque M^1 7 anphion *LP*, amphyon (y *corr. ex* i M^1) *M* cytharis *MF* tricordibus *MTCFP* 8 adiberis *C* quanquam *LMF* 9 indolatilesque (olati *in ras.* P^1) *P*, indolatiles quam *C*, 3 indolatiles *T* 10 nichilo *MC*, nlo *F* signius *L* 11 leccioni *C* operae *scripsi*, operis *LMTCFP* ut (*om.* pro) *T* ee legantissimus *L* 12 lingua tibi *T* valeas *C*, *om.* *F* 13 Syd *F* salutem *om.* *F* 14 autumpno *F* 15 tuum germanum *F* 16 vel aetatis vel sanguinis *F* mestissim (m *in ras.*) M^1 17 quanquam *LMF* 18 calumpniam *CF et praet.* niam *in ras.* M^1 19 nanque *M* chilperico (e *corr. ex* i M^1) *M*, hilperico *L* 20 venenato relatu *T* venenato (o *in ras. 6 litt.* M^1) *M* 21 praecipue (*post.* e *corr. ex* o M^2) *M*, praecipuo *TF* machinatu (n *in ras.* M^2) *M* vassionense *MCFP* 22 suspitionis *LTF* familiarum *LP* 23 oportunitas *LMTCFP* 24 cur F^2 michi *C* exhistimabis *L*

Digitized by Google

VII.

SIDONIUS THAUMASTO SUO SALUTEM.

1 Indagavimus tandem, qui apud tetrarcham nostrum germani tui et e diverso partium novi principis amicitias criminarentur, si tamen fidam sodalium sagacitatem clandestina delatorum non fefellere vestigia. hi nimirum sunt, ut idem coram positus audisti, quos se iamdudum perpeti inter clementiores barbaros Gallia gemit. hi sunt, quos timent etiam qui timentur. hi sunt, quos haec peculiariter provincia manet,
2 inferre calumnias deferre personas, afferre minas auferre substantias. hi sunt, quorum laudari audis in otio occupationes in pace praedas, inter arma fugas inter vina victorias. hi sunt, qui causas morantur adhibiti impediunt praetermissi, fastidiunt admoniti obliviscuntur locupletati. hi sunt, qui emunt lites vendunt intercessiones, deputant arbitros iudicanda dictant dictata convellunt, attrahunt litigaturos protrahunt audiendos, trahunt addictos retrahunt transigentes. hi sunt, quos si petas etiam nullo adversante bene-
3 ficium, piget promittere pudet negare paenitet praestitisse. hi sunt, quorum comparationi digitum tollerent Narcissus Asiaticus, Massa Marcellus, Carus Parthenius, Licinus et Pallas. hi sunt, qui invident tunicatis otia stipendia paludatis, viatica veredariis mercatoribus nundinas, munuscula legatis portoria quadruplatoribus, praedia provincialibus flamonia municipibus, arcariis pondera mensuras allectis salaria tabulariis, dispositiones numerariis praetorianis sportulas, civitatibus indutias vectigalia publicanis, reverentiam clericis originem nobilibus, consessum prioribus congressum aequalibus, cinctis iura discinctis privilegia, scholas instituendis mercedes instituentibus litteras
4 institutis. hi sunt, qui novis opibus ebrii, ut et minima cognoscas, per utendi intemperantiam produnt imperitiam possidendi: nam libenter incedunt armati ad epulas, albati ad exsequias, pelliti ad ecclesias, pullati ad nuptias, castorinati ad litanias. nullum illis genus hominum ordinum temporum cordi est. in foro Scythae, in cubiculo viperae, in convivio scurrae, in exactionibus Harpyiae, in conlocutionibus statuae, in quaestionibus bestiae, in tractatibus cocleae, in contractibus trapezitae; ad intellegendum saxei, ad iudicandum lignei, ad suscensendum flammei, ad ignoscendum ferrei, ad amicitias pardi, ad facetias ursi, ad fallendum vulpes, ad superbiendum tauri, ad consumendum mino-

---

1 Syd *F* taumasto *C* 2 aput *F* tethrarcam *LT* 3 amicicias *CF* si *LMTFP*, sed *C* clamdestina *F* 4 hii *MF* 5 gallia barbaros *C* hii *MF* hi sunt quos timent etiam qui timentur *om. T, add. in mary. T*[1] 6 timent etiā *in ras. M*[1] hii *M* provintia *LCF* manet *LMCFP*, meret *T* 7 calumpnias *CF* substancias *C* hii *F* 9 hii *F* caubas *L* adhibiti impediunt *praeter* pediunt *in ras. P*[1] impediunt *F* ammoniti (m *corr. in* d *M*[1]) *LM* 10 hii *F* 11 convellunt (o *corr. ex* a *C*[1]) *C* adtrahunt *L* ligaturos *M*[1] 12 hii *MF* p ∘ etas (r *vel* i *eras. C*[2]) *C* 13 hii *MF* comparationi (*post.* i *corr. ex* o *C*[1]) *C* 14 marcellus massa *F* 15 hii *MF* vident *F*[2] unicatis *L* 16 veraedariis *L* 17 provintialibus *F* flāmonia *C* archariis *CF*, arcariis *P*[1] allectis *LMTC*, ł athletis *s. l. add. M*[1], ł electis *s. l. add. T*[2], alletis *P*[1], adletis *F* 18 munerariis *F* inducias *LMTCP* 19 consensum *F* egressum *C* 20 scolas *MCF* instituendibus (d *corr. in* t *C*[1]) *C* 21 hii *MF* 22 nam *om. C* 23 exequias *CF* pu ∘ llati (*unam lit. eras. M*[2]) *M* castoricati *T* letanias *TCFP*, lętanias *M* 24 scithae *MCF* 25 harpygiae *L*, harpiae *T*, harpię *C*, harpie *F*, harpyae *M*, arpiae *P*[1] collocutionibus *MTCFP* 26 contractatibus *L* trapezetae *T*, trapeseto *F* intelligendum *MTFP* 27 ignei *P et praeter* ei *in ras. M*[1] succensendum *MTCFP* amicicias *CF* 28 ad facetias *usque ad* tauri *add. in mary. P*[1] fatetias ursi *F*, facetiasur d *L*

Digitized by Google

tauri. spes firmas in rerum motibus habent, dubia tempora certius amant, et ignavia 5
pariter conscientiaque trepidantes, cum sint in praetoriis leones, in castris lepores,
timent foedera, ne discutiantur, bella, ne pugnent. quorum si nares afflaverit uspiam
robiginosi aura marsupii, confestim videbis illic et oculos Argi et manus Briarei et
5 Sphingarum ungues et periuria Laomedontis et Ulixis argutias et Sinonis fallacias et
fidem Polymestoris et pietatem Pygmalionis adhiberi. his moribus obruunt virum non 6
minus bonitate quam potestate praestantem. sed quid faciat unus, undique venenato
vallatus interprete? quid, inquam, faciat, cui natura cum bonis, vita cum malis est?
ad quorum consilia Phalaris cruentior Mida cupidior, Ancus iactantior Tarquinius super-
10 bior, Tiberius callidior Gaius periculosior, Claudius socordior Nero impurior, Galba
avarior Otho audacior, Vitellius sumptuosior Domitianus truculentior redderetur. sane, 7
quod principaliter medetur afflictis, temperat Lucumonem nostrum Tanaquil sua et
aures mariti virosa susurronum faece completas opportunitate salsi sermonis eruderat.
cuius studio [factum] scire vos par est nihil interim quieti fratrum communium apud
15 animum communis patroni iuniorum Cibyratarum venena nocuisse neque quicquam
deo propitiante nocitura, si modo, quamdiu praesens potestas Lugdunensem Germa-
niam regit, nostrum suumque Germanicum praesens Agrippina moderetur. vale.

VIII.

SIDONIUS SECUNDINO SUO SALUTEM.

Dii quidem est, quod te hexametris familiarius inservientem stupentes praedi- 1
20 cantesque lectitabamus. erat siquidem materia iucunda, seu nuptiales tibi thalamorum
faces sive perfossae regiis ictibus ferae describerentur. sed triplicibus trochaeis nuper
in metrum hendecasyllabum compaginatis nihil, ne tuo quidem iudicio, simile fecisti.
deus bone, quid illic inesse fellis leporis piperataeque facundiae minime tacitus in- 2
spexi! nisi quod ferventis fulmen ingenii et eloquii salsa libertas plus personis forte
25 quam causis impediebantur: ut mihi non figuratius Constantini domum vitamque
videatur vel pupugisse versu gemello consul Ablabius vel momordisse disticho tali
clam Palatinis foribus appenso:

Saturni aurea saecla quis requirat?
Sunt haec gemmea, sed Neroniana.

---

3 discuciantur *LC* 4 rubiginosi *MTCFP* marsuppii *MC* confestim *om. C* et oculos *in ras. P*[1] oculos *C* 5 sphyngarum *L*, sphyngarum (h *eras. P*[2]) *P*[2], sphinguarum *T*, spinguarum *MCF* laomaedontis *L*, laumedontis *F* fallatias *F* 6 polymaestoris *L*, polimestoris *MTCFP* pigmalionis *MTCP*, pigmalonis *F*[1] biis *F* 9 falaris *LMTCFP* cruencior *C* 10 tyberius *F* clausius *C* impudior *F* 11 audatior *LCFP* sumtuosior *L* domicianus *LC* 12 lugumonem *F* 13 susurronum (num *in ras. M*[2] *P*[1]) *MP*, su ∘ surronum (r *ut v. eras. L*[2]) *L* repletas *T* oportunitate *LMTCFP* falsi *MTFP* 14 factū *s. l. add. M*[1] *T*[2], *Sirmondus secl.* parem nichil *C* nichil *M*, nl *F* aptē *F* 15 animum communis *in ras. P*[1], *in marg. add. M*[1] (*nunc* is *deest*) cyberatarum *LMTFP*, ciberitarum *C* 16 propiciante *LMC* quandiu *M* 17 agripina *LMTCFP* vale *om. F* 19 exametris *LMTCFP* familiaribus *L* 20 matheris *C* iocunda *MTCFP* 22 endecasyllabum *L*, endecasillabum *MTCFP* nichil *MC*, nl *F* iuditio *C* 23 esse *F*[1] fellis *LT*, l mellis *s. l. add. T*[2], mellis *CFP et in ras. M*[2] piperataque *C* 24 salsa *corr. ex* falsa *F*[2] 25 quā *usque ad* vitaq; *17 litt. erasis maxima ex parte in marg. add. P*[1] impediebatur *C*[1] michi *C* 26 Ablabius *Wilamowitzius*, ablavius *LMTCFP* distico *MTCFP*, dystico *L*[1] 27 palatinis *om. T, add. in marg. T*[2], platiuis *F* 28 requirat (rat *in ras. M*[2]) *M*

Digitized by Google

quia scilicet praedictus Augustus isdem fere temporibus extinxerat coniugem Faustam
3 calore balnei, filium Crispum frigore veneni. tu tamen nihilo segnius operam saltim facetis satirarum coloribus intrepidus impende. nam tua scripta nostrorum vitiis proficientibus tyrannopolitarum locupletabuntur. non enim tam mediocriter intumescunt quos nostra iudicia saeculi culpa fortunatos putant, ut de nominibus ipsorum quandoque reminiscendis sit posteritas laboratura: namque improborum probra aeque ut praeconia bonorum inmortalia manent. vale.

IX.

SIDONIUS AQUILINO SUO SALUTEM.

1 In meo aere duco, vir omnium virtutum capacissime, si dignum tu quoque putas, ut quantas habemus amicitiarum causas, tantas habeamus ipsi amicitias. avitum est quod reposco: testes mihi in praesentiarum avi nostri super hoc negotio Apollinaris et Rusticus advocabuntur, quos laudabili familiaritate coniunxerat litterarum dignitatum, periculorum conscientiarum similitudo, cum in Constantino inconstantiam, in Iovino facilitatem, in Gerontio perfidiam, singula in singulis, omnia in Dardano crimina simul execrarentur.
2 aetate, quae media, patres nostri sub uno contubernio, vixdum a pueritia in totam adulescentiam evecti, principi Honorio tribuni notariique militavere tanta caritate peregrinantes, ut inter eos minima fuerit causa concordiae, quod filii amicorum commemorabantur. in principatu Valentiniani imperatoris unus Galliarum praefuit parti, alter soliditati; sed ita se quodam modo tituli amborum compensatione fraterna ponderaverunt, ut
3 prior fuerit fascium tempore qui erat posterior dignitate. ventum ad nos id est ventum est ad nepotes, quos nil decuerit plus cavere, quam ne parentum antiquorumque nostrorum per nos forte videatur antiquata dilectio. ad hoc in similem familiaritatem praeter hereditariam praerogativam multifaria opportunitate compellimur: aetas utrique non minus iuncta quam patria: unus nos exercuit ludus, magister instituit;
4 una nos laetitia dissolvit, severitas cohercuit, disciplina formavit. de cetero, si deus annuit in annis iam senectutis initia pulsantibus, simus, nisi respuis, animae duae, animus unus, imbuamusque liberos invicem diligentes idem velle nolle, refugere sectari. hoc patrum vero iam supra vota, si per Rusticum Apollinaremque proavorum praedicabilium tam reformentur corda quam nomina. vale.

---

1 hisdem *C* extinexerat *C* coniugem *om. C* 2 nichilo *MC*, nlo *F* signius *L* 3 viciis *C* profitientibus *F* 4 tyrannopolitarum *M*[1], tyrannopolitanorum *T*, tirannopolitanorum *CF*, tyrannopolinorum *P* 5 iuditia *LC* saecula *MTCFP* culpa *Leo*, loca *LMTCFP* quando *F*[2] 6 nanque *M* 7 immortalia *MFP* 8 aquilinio *F* 9 virtutem capacissima (*extr. a corr. in o C*[1]) *C* 10 habemus amicitiarum causas tantas *om. T* habemur (*r corr. in s C*[1]) *C* amiciciarum *CF* amicicias *CF* avittum *M* 11 michi *C* negocio *C* appollinaris *F* 12 coniunxerat *om. F* 13 *post* in constantino *eras.* in constantino *C*[2] 14 geroncio *C* omnia *in ras. P*[2] dordano *F*[2] simul *s. l. add. P*[1] 15 aetate quae *L*, aetateque *MTCF*, etate (*om.* que) *F* puericia *C* adolescentiam *MTCFP* 16 caritate *s. l. add. P*[1], karitate *C* 18 valentini *F*[2], valentiani *P*[1] soliditati *praeter* tati *in ras. P*[1] 19 se *s. l. add. T*[2] frna *corr. ex* prna *F*[1] ponderaverint *M*[1] 20 fuerit *om. C* tempore *LMTF*, tenore *CP*, ł tenore mel *s. l. add. M*[2], ł tenore *add. in marg. T*[2] 21 ventum est *om. T* nil *s. l. add. F*[2] plus decuerit *C* 22 forte *in ras. M*[1] dilictio *L*, dileccio *C* 23 multipharia *F* oportunitate *LMTCFP* 24 utriusque *MTCFP* nos *s. l. add. T*[2] 25 leticia *CF* informavit *F* 27 diligenter *Wilamowitzius* 29 qm *corr. ex* q; *C*[2]

Digitized by Google

X.

SIDONIUS SAPAUDO SUO SALUTEM.

Si quid omnino Pragmatius illustris, hoc inter reliquas animi virtutes optime 1
facit, quod amore studiorum te singulariter amat, in quo solo vel maxume animum
advertit veteris peritiae diligentiaeque resedisse vestigia. equidem non iniuria tibi
fautor est; nam debetur ab eo percopiosus litteris honor. hunc olim perorantem et 2
rhetorica sedilia plausibili oratione frangentem socer eloquens ultro in familiam patri-
ciam adscivit, licet illi ad hoc, ut sileam de genere vel censu, aetas venustas pudor
patrocinarentur. sed, ut comperi, erubescebat iam tunc vir serius et formae dote
placuisse, quippe cui merito ingenii suffecisset adamari. et vero optimus quisque morum
praestantius pulchritudine placet: porro autem praetervolantia corporis decoramenta
currentis aevi profectu defectuque labascunt. hunc quoque manente sententia Galliis
post praefectus Priscus Valerianus consiliis suis tribunalibusque sociavit, iudicium anti-
quum perseverantissime tenens, ut cui scientiae obtentu iunxerat subolem, iungeret et
dignitatem. tua vero tam clara, tam spectabilis dictio est, ut illi divisio Palaemonis 3
gravitas Gallionis, abundantia Delphidii Agroecii disciplina, fortitudo Alcimi Adelphii
teneritudo, rigor Magni dulcedo Victorii non modo non superiora sed vix aequiperabilia
scribant. sane ne videar tibi sub hoc quasi hyperbolico rhetorum catalogo blanditus
quippiam gratificatusque, solam tibi acrimoniam Quintiliani pompamque Palladii com-
parari non ambio sed potius adquiesco. quapropter si quis post vos Latiae favet 4
eruditioni, huic amicitiae gratias agit et sodalitati vestrae, si quid hominis habet,
tertius optat adhiberi. quamquam, quod est gravius, non sit satis ambitus iste fasti-
dium vobis excitaturus, quia pauci studia nunc honorant, simul et naturali vitio fixum
est radicatumque pectoribus humanis, ut qui non intellegunt artes non mirentur arti-
fices. vale.

XI.

SIDONIUS POTENTINO SUO SALUTEM.

Multum te amamus; et quidem huiusce dilectionis non est erroneus aut fortuitus 1
affectus. namque ut sodalis tibi devinctior fierem, iudicavi. est enim consuetudinis

---

1 SIDONIVS (V *corr. ex* A C^1) *C*, Syd *F* 2 bene *leg. post* omnino *s. l. in* $P^1 M^1$, *post* illustris *in C* inlustris *C* 3 maxime *TCF* animũ adũtit *T*, ł animadvertit *s. l. add.* T^2 4 residisse *L* iniura *F*[1] iniuriatur fautor *C* 5 fauctor (c *eras.* M^2) *LM* 6 rethorica *LMTCFP* 7 ascivit *MCFP* ut *s. l. add.* P^1 genere *in ras.* P^1 venustas aetas *C* 8 erubescat *F*[2] *post* iam *leg.* etiam *in LMTFP* 9 adamarẽ (& *ut v. add.* L^2) *L* vere *MTCFP* obtimus *L*, optumus *MP* 10 prestancius *C* pulcritudine *CFP* 11 sentencia *C* gall' *T* 12 post prefectus galliis *C* c̃ filiis *T* suis *s. l. add.* P^1 tribunalibus *F*[2] sotiavit *F* iuditium *LC* 13 tenneus *F*[1] sciencie *T*, ł sententie *s. l. add.* T^2 optentu *L* sobolem *TCFP* et *om. L* 15 gra • vitas (*unam litt. eras.* M^1) *M* habundantia *F* delphydii *L*, delfidli *F* agrokii *L*, agrocii *MF et 4 litt. ante h. v. eras.* P^1 alchimi *C* adelfii *LMTP* 16 aequiparabilis *L* 17 scribantur *MTCFP* yperbolico *L*, hiperbolico *TC* rethorum *MTFP* cathalogo *LMTP*, cathalago *CF* 18 quintiliani C^1 quintilliani *F* pompam (*om.* que) *MTCFP* conparati (t *corr. in* r C^1) *C* 19 ambigo *MTCFP* pocius *LC* 20 amiciciae *CF* soliditati *C* vra *L* 21 tercius *CF* obtat *LP* adiberi *M* quanquam *LMF* sit *om. T* fatidium *F* 22 vobis *s. l. add.* T^2 vicio *C* 23 intellignnt *MTCFP* 25 pontentino *F* 26 dilectionis (e *corr. in* i L^1) *L* 27 nanque *M* divinctior *L*

Digitized by Google

meae, ut eligam ante, post diligam. quaenam, inquis, in me tibi probanda placuere?
2 dicam libenter et breviter, quorum unum fieri gratia, alterum charta conpellit. veneror
in actionibus tuis, quod multa bono cuique imitabilia geris. colis ut qui sollertissime:
aedificas ut qui dispositissime: venaris ut qui efficacissime: pascis ut qui exactissime:
iocaris ut qui facetissime: iudicas ut qui aequissime: suades ut qui sincerissime: 5
commoveris ut qui tardissime: placaris ut qui celerrime: redamas ut qui fidelissime.
3 haec omnia exempla vivendi iam hinc ab annis puberibus meus Apollinaris si sequitur,
gaudeo: certe ut sequatur, admoneo. in quo docendo instituendoque, modo sub ope
Christi disposita succedant, plurimum lactor maximam me formulam vitae de moribus
tuis mutuaturum. vale. 10

XII.

SIDONIUS CALMINIO SUO SALUTEM.

1 Quod rarius ad vos a nobis pagina meat, non nostra superbia sed aliena impo-
tentia facit. neque super his quicquam planius quaeras, quippe cum silentii huius
necessitatem par apud vos metus interpretetur. hoc solum tamen libere gemo, quod
turbine dissidentium partium segreges facti mutuo minime fruimur aspectu. neque 15
umquam patriae sollicitis offerris obtutibus, nisi forsitan cum ad arbitrium terroris
alieni vos loricae, nos propugnacula tegunt. ubi ipse in hoc solum captivus adduceris,
ut pharetras sagittis vacuare, lacrimis oculos implere cogaris, nobis quoque non recu-
2 santibus, quod tua satis aliud moliuntur vota quam iacula. sed quia interdum etsi
non per foederum veritatem, saltim per indutiarum imaginem quaedam spei nostrae 20
libertatis fenestra resplendet, impense flagito, uti nos, cum maxime potes, affatu
paginae frequentis impertias, sciens tibi in animis obsessorum civium illam manere
gratiam, quae obliviscatur obsidentis invidiam. vale.

XIII.

SIDONIUS PANNYCHIO SUO SALUTEM.

1 Seronatum Tolosa nosti redire: si nondum, et credo quod nondum, vel per haec 25
disco. iam Clausetiam pergit Euanthius iamque contractas operas cogit eruderare, si
quid forte deiectu caducae frondis agger insorduit. certe si quid voraginosum est,
ipse humo advecta scrobibus oppletis trepidus exaequat, utpote beluam suam de valle

---

1 ante eligã (ga *in ras.*) *ord. mut.* M^1 Et quaenam *T i. e.* ecquaenam, *fort. recte* in *s. l. add.* F^1 2 carta *TCF* carta cōpellit *in ras.* M^1 compellit *MTCFP* 3 accionibus *C* ge∘∘ris (re *ut v. eras.* L^2) *L* solertissime *L* 4 loca (*hoc induxit rubricator*) edificas ut qui dispositissime *praeter* loca *in ras.* F^1 venaris P^1, venenaris *L* edifficacissime *P* pacis *L* 5 locaris *T* iocas iogas ut q eqssime; Suades ut q sereniissime *om. T, add. in marg.* T^2 equitissime F^1 6 plataris P^2 qui *ante* celerrime *in fine vers. om. C* reclamas *C* 7 puerilibus *T* 8 ammoneo *LMT* 9 te F^1 11 Sidonius *om. F* chalminio *T* salutem *om. F* 14 apt̃ *F* tamen *om. T* 16 unquam *M* offeris *L* forte *T* 17 ubi *LMCFP*, tibi *T* 18 oculos *C* 19 vota *om. C* 20 induciarum *MTCP* 22 imp∘tias (e *ut v. eras.* M^2) *M* inanis P^2 obsessorumb; F^1 civum C^1 23 gratia (*post.* a *corr. in* ã M^2) *M* valt̃ *F* 24 PAMNITHIO *TC*, pānithio *MP*, pamitio *F* 25 tholosa *TF* nosti (o *in ras.* C^2) *C* 26 euuanthius *LT*, euuantius *MFP*, evantius *C* contractas opas M^1, contractus operam *L* 27 fondis F^1 insoduit F^1 varaginosum C^1, voraginosum (*prior.* o *in ras.* M^2) *M* 28 scropibus (p *corr. in* b C^2) *C* devallẽ armis (*corr. in* de valle tarmis M^2) *MT*

Digitized by Google

Tarnis ducaliter antecessurus, musculis similis inter saxosa vel brevia ballaenarum corpulentiam praegubernantibus. at ille sic ira celer, quod piger mole, ceu draco e 2
specu vix evolutus iam metu exanguibus Gabalitanis e proximo infertur; quos singulos sparsos inoppidatos nunc inauditis indictionum generibus exhaurit, nunc flexuosa calumniarum fraude circumretit, ne tum quidem domum laboriosos redire permittens, cum tributum annuum datavere. signum et hoc certum est imminentis adventus, quod 3
catervatim, quo se cumque converterit, vincti trahuntur vincula trahentes; quorum dolore laetatur, pascitur fame, praecipue pulchrum arbitratus ante turpare quam punire damnandos; crinem viris nutrit, mulieribus incidit; e quibus tamen si rara quosdam venia respexerit, hos venalitas solvit, vanitas illos, nullos misericordia. sed explicandae bestiae tali nec oratorum princeps Marcus Arpinas nec poetarum Publius Mantuanus sufficere possunt. proinde quia dicitur haec ipsa pernicies appropinquare, cuius pro- 4
ditionibus deus obviet, praeveni morbum providentiae salubritate contraque lites iurgiosorum, si quae moventur, pactionibus consule, contra tributa securitatibus, ne malus homo rebus bonorum vel quod noceat vel quod praestet inveniat. in summa, de Seronato vis accipere quid sentiam? ceteri affligi per suprascriptum damno verentur; mihi latronis et beneficia suspecta sunt. vale.

XIV.

SIDONIUS APRO SUO SALUTEM.

Calentes nunc te Baiae et scabris cavernatim ructata pumicibus aqua sulpuris 1
atque iecorosis ac phthisiscentibus languidis medicabilis piscina delectat? an fortasse montana sedes circum castella et in eligenda sede perfugii quandam pateris ex munitionum frequentia difficultatem? quicquid illud est, quod vel otio vel negotio vacas, in urbem tamen, nisi fallimur, rogationum contemplatione revocabere. quarum 2
nobis sollemnitatem primus Mamertus pater et pontifex reverendissimo exemplo, utilissimo experimento invenit instituit invexit. erant quidem prius, quod salva fidei pace sit dictum, vagae tepentes infrequentesque utque sic dixerim oscitabundae supplicationes, quae saepe interpellantum prandiorum obicibus hebetabantur, maxime aut imbres aut serenitatem deprecaturae; ad quas, ut nil amplius dicam, figulo pariter

21 Vergil. Aen. V, 440: montana sedet circum castella.

1 tarnis *CFP* balenarum *F* 2 ira *in ras.* P^1 mole piger *C* 3 evolatus (a *corr. in* u C^1) *C* gabalitanis (nis *in ras.* M^1) *M*, galbalitanis *F* 5 calumpniarum *CF* circumretit *M*, ł circũvenit *s. l. add.* M^1 demum *C* 6 hoc certum *in ras.* P^1 est certũ *ord. mut.* M^1 iminentis *F* 8 pulcrum *CF* 9 dampnandos *MC* crinis *C* 10 misericordia nullos *C* misericordia *in ras.* P^1 11 princeps *C* marchus *C*; macus F^1 harpinas *LMCFP*, harpinax T^1 12 haec *om.* *T* pernitiles *CF* approquinquare *C* 13 salubritatae *L* contraque *praeter* que *in ras.* P^1 16 dampno *MCF* 17 michi *C* valẽ *F* 18 S. RVRITIO SVO S. *falso inscripta in* *T* salutem *om.* *F* 19 Calentes *ut e codd. Savaro*, caientes *LMTP*, caienstes *F*, gaientes (*an* galentes?) *C* te (e *in ras. corr. ut v. ex* he C^2) *C* cabris F^1 sulphuris *MTCFP* 20 adque iecurosis *L* ptisiscentibus *MTCP*, ptysitiscentibus *L*, ptitisiscentibus *F* 21 montana sedes M^1, sedes montana *FP* quamdam *MT* 23 n *F*, ni *MT* ̃tpore *T*, ł cõtẽplatione *s. l. add.* T^2 24 sollempnitatem *MC*, sollepnitatem *F* reverendissimo *scripsi*, reverentissimo *LMTCFP* 26 vagae *om.* *T* ut (*om.* que) *F* 27 interpellandum (d *corr. in* t C^1) *C*, interpellantium *F* obitibus *F* hebetebantur *L* maxume *M* 28 inbrẽ *T* ficulo *L*

Digitized by Google

3 atque hortuloni non oportuit convenire. in his autem, quas suprafatus summus sacerdos nobis et protulit pariter et contulit, ieiunatur oratur, psallitur fletur. ad haec te festa cervicum humiliatarum et sternacium civium suspiriosa contubernia peto: et, si spiritalem animum tuum bene metior, modo citius venies, quando non ad epulas sed ad lacrimas evocaris. vale. 5

XV.

SIDONIUS RURICIO SUO SALUTEM.

1 Officii sermone praefato bybliopolam nostrum non gratiose sed iudicialiter expertus insinuo, cuius ut fidem in pectore, sic in opere celeritatem circa dominum [te] mihi sibique communem satis abunde probavi. librum igitur hic ipse deportat heptateuchi, scriptum velocitate summa, summo nitore, quamquam et a nobis 10 relectum et retractatum. defert volumen et prophetarum, licet me absente decursum, sua tamen cura manuque de supervacuis sententiis eruderatum, nec semper illo contra legente, qui promiserat operam suam; credo, quia infirmitas fuerit impedi-
2 mento, quominus pollicita compleret. restat, ut exhortatio vestra seu sponsio famulum sic vel studentem placere vel meritum gratia competenti remuneretur; quae utique pro 15 tali labore si solvitur, incipiet ad vestram respicere mercedem. sed cum hoc ego de sola gratia precer, vos quid mereatur aspicite quem constat affectum domini magis ambire quam praemium. vale.

XVI.

SIDONIUS PAPIANILLAE SUAE SALUTEM.

1 Ravenna veniens quaestor Licinianus, cum primum tetigit Alpe transmissa Galliae 20 solum, litteras adventus sui praevias misit, quibus indicat esse se gerulum codicillorum, quorum in adventu fratri etiam tuo Ecdicio, cuius aeque titulis ac meis gaudes, honor patricius accedit, celerrime, si cogites eius aetatem, si merita, tardissime. namque ille iam pridem suffragium dignitatis ineundae non solvit in lance sed in acie, aerarium-
2 que publicum ipse privatus non pecuniis sed manubiis locupletavit. hoc tamen sancte 25 Iulius Nepos, armis pariter summus Augustus ac moribus, quod decessoris Anthemii fidem fratris tui sudoribus obligatam, quo citior, hoc laudabilior absolvit; siquidem iste complevit, quod ille saepissime pollicebatur. quo fit, ut deinceps pro republica

---

1 adque *L* ortuloni *C*, hortolano *T*, ortolano (*alt. et post.* o *in ras.* M^2) *MFP* non *s. l. add.* F^2 *an* [ad] quas . . . . [non] oportuit? 3 festa te F^1 sternatium *F* 4 spalem *C*, spiritualem *F* cit' *C* quando *LT*, quod *MFP*, dum *C* 5 invitaris *T* valt *F* 6 S. APRO SVO. S. *falso inscripta in T* Sidonius *om. F* ruritio *MF* salutem *om. F* 7 bibliopolam *MCFP*, biliopolam *T* vestrum *MCFP* gratiose *in ras.* P^1 iuditialiter *L* 9 te *seclusi* michi *C*, t *corr. ex* t F^2 habunde *F* 10 eptateuchi *LMTCFP* quanquam *LMF* 11 retractum *C* et volumen *F*, *fort. recte* 13 promisserat (*prior.* s *eras.* L^1) *L* quia *LMTCP*, qd *F* 15 vel sic *T* remuneret *T* 16 incipi& (& *in ras.* M^1) *M* ad *expunxit* T^1, *om. MCFP* respico *praeter prior.* re *in ras.* M^1 inspicere *F* ego *om. T* 19 Sidonius *om. F* Sidonius papianille *in ras.* M^1 salutem *om. F* 20 attigit *C* 21 se esse *F* codicellorum *MCFP* 22 eoditio *T*, haeoditio *C*, hęodicio *M*, heoditio *F*, hęodictio (*post* c *eras.* P^1) *P* 23 patritius *LM* cogit esse ius C^1 nanque *M* 24 *post* non solvit *eras.* ñ solvit P^2 lace *L* atie errariumque *F* 26 nepus *L* 27 alligatam T^2 citior *scripsi*, citerior *LMTCFP* 28 deinceps *C* respublica L^1, R. P. *C*

Digitized by Google

optimus quisque possit ac debeat, si quid cuipiam virium est, quia securus, hinc avidus impendere, quandoquidem mortuo quoque imperatore laborantum devotioni quicquid spoponderit princeps, semper redhibet principatus. interea tu, si affectum 3
tuum bene colligo, hisce compertis magnum solacium inter adversa maxima capis nec animum tuum a tramite communium gaudiorum vicinae quoque obsidionis terror exorbitat. novi enim probe ne meo quidem te, quem ex lege participas, sic honore laetatam, quia, licet sis uxor bona, soror optima es. qua de re propitio deo Christo ampliatos prosapiae tuae titulos ego festinus gratatoriis apicibus inscripsi, pariter absolvens sollicitudinem tuam, fratris pudorem; quem nil de propria dignitate indicaturum, si verecundum forte nescires, nec sic impium iudicares. ego vero non tantum 4
insignibus vestris, quae tu hactenus quanto liberius, tanto inpatientius praestolabare (quamquam his quoque granditer), quantum concordia fruor; quam parem nostris suisque liberis in posterum exopto, votis in commune deposcens, ut sicut nos utramque familiam nostram praefectoriam nancti etiam patriciam divino favore reddidimus, ita ipsi quam suscipiunt patriciam faciant consularem. Roscia salutat, cura communis; 5
quae in aviae amitarumque indulgentissimo sinu, quod raro nepotibus contingit alendis, et cum severitate nutritur, qua tamen tenerum non infirmatur aevum sed informatur ingenium. vale.

XVII.

SIDONIUS ERIPHIO SUO SALUTEM.

Es, Eriphi meus, ipse qui semper numquamque te tantum venatio civitas ager 1
avocat, ut non obiter litterarum voluptate teneare; fitque eo studio, ut nec nostra fastidias, qui tibi, ut scribis, Musas olemus. quae sententia tamen large probatur vero carere, quamque et apparet aut ex ioco venire, si laetus es, aut ex amore, si serius. ceterum a iusto longe resultat, cum mihi assignas quae vix Maroni [vix] aut Homero competenter accommodarentur. haec relinquamus idque, unde causa, sermocinemur. 2
dirigi ad te praecipis versus, quos viri amplissimi, soceri tui, precibus indulsi; qui contubernio mixtus aequalium vivit moribus ad iubendum obsequendumque iuxta paratis. sed quia scire desideras et locum et causam, quo facilius intellegas rem perexiguam, tibi potius vitio verte, quod loquacior erit opere praefatio. conveneramus 3

---

1 qui *corr. in* quia F^1 securus *LMCFP*, assecuturus *T* 2 quqdem *F* laborantium *F* devocioni *C* 3 sponponderit (*prior.* n *eras.* M^1) *M* princeps *C* semper *om. T* redibet *C* interea (ea *in ras.* M^1) *M* 4 solatium *LMTFP* capi ∘ ∘ s (*ut v.* ti *eras.* C^2) *C* 5 communiorum (or *induxit* C^1) *C* 6 exhorbitat *F* te *ut v. add.* M^2 7 *post* soror *leg.* quoque *in C* obtima *M* propicio *MC* deo *om. T, fort. recte* 8 festine (ne *corr. in* n' M^1) *M* 11 impatientius *MTFP*, impaventius *C* prestolabere *C*, praestulabero *L* 12 quanquam *LMF* fruor *corr. ex* furor F^1 13 totis *L, fort. recte* 14 nacti *TCF* patrici ∘ am (*unam litt. eras.* M^1) *M*, patritiam *L*, paritiam F^1 reddimus *F* 15 patritiam *F* faciunt *F* *post* roscia *leg.* te *in T*, 2 *litt. eras.* P^1 curia F^1 16 contingit nepotibus *T* alendis *Wilamowitz*, alienis *LCTFP*, ali ∘ ∘ is (2 *litt. eras.* M^1) *M* 17 tamen tenerum *praeter* ten . . . um *in ras.* P^1 18 valẽ *F* *post* vale *sex versus vac. in C* 20 o eriphi *F*, eriphis (s *eras.* M^1) *M* nunquamque *LM*, nũquam (*om.* que) *F* te *s. l. add.* P^1 agger *C* 21 obliter F^1 22 longe *T* 23 namque *scripsi*, quamque *L*, quãq; *P*, quamquam *TC*, quanquam *MF*; namque *ego* et *del. Wilamowitz* ioconvenire (*prior.* n *eras.* L^2) *L* 24 michi *C* assignat *T, fort. recte* vix *secluni* 25 accomodarentur *LCP* hoc *C* *post* causa *leg.* ē *in P* 27 obsequendum (*om.* que) *C* 28 intelligas *MCF* 29 vicio *C* loquatior *LF* praefacio *LC*

Digitized by Google

ad sancti Iusti sepulchrum (sed tibi infirmitas impedimento, ne tunc adesses); processio fuerat antelucana, sollemnitas anniversaria, populus ingens sexu ex utroque, quem capacissima basilica non caperet quamlibet cincta diffusis cryptoporticibus. cultu peracto vigiliarum, quas alternante mulcedine monachi clericique psalmicines concelebraverant, quisque in diversa secessimus, non procul tamen, utpote ad tertiam praesto futuri, 5
4 cum sacerdotibus res divina facienda; de loci sane turbarumque compressu deque numerosis luminibus inlatis nimis anheli; simul et aestati nox adhuc proxima tecto clausos vapore torruerat, etsi iam primo frigore tamen autumnalis Aurorae detepescebat. itaque cum passim varia ordinum corpora dispergerentur, placuit ad conditorium Syagrii consulis civium primis una coire, quod nec impleto iactu sagittae separabatur. hic 10 pars sub umbra palmitis adulti, quam stipitibus altatis cancellatimque pendentibus pampinus superducta texuerat, pars caespite in viridi sed floribus odoro consederamus.
5 verba erant dulcia iocosa fatigatoria; praeterea, quod beatissimum, nulla mentio de potestatibus aut de tributis, nullus sermo qui proderetur, nulla persona quae proderet. fabulam certe referre dignam relatu dignisque sententiis quisque potuisset: audiebatur 15 ambitiosissime; nec erat ideirco non distincta narratio, quia laetitia permixta. inter
6 haec otio diu marcidis aliquid agere visum. mox bipertitis, erat ut aetas, acclamationibus efflagitata profertur his pila, his tabula. sphaerae primus ego signifer fui, quae mihi, ut nosti, non minus libro comes habetur. altera ex parte frater meus Domnicius, homo gratiae summae, summi leporis, tesseras ceperat quatiebatque, quo 20 velut classico ad pyrgum vocabat aleatores. nos cum caterva scholasticorum lusimus abunde, quantum membra torpore statarii laboris hebetata cursu salubri vegetarentur.
7 hic vir inlustris Filimatius, ut est illud Mantuani poetae,

ausus et ipse manu iuvenum temptare laborem,

sphaeristarum se turmalibus constanter immiscuit. pulchre enim hoc fecerat, sed cum 25 adhuc essent anni minores. qui cum frequenter de loco stantum medii currentis impulsu summoveretur, nunc quoque acceptus in aream tam pilae coram praetervolantis quam superiectae nec intercideret tramitem nec caveret ac per catastropham saepe pronatus aegre de ruinoso flexu se recolligeret, primus ludi ab accentu sese removit

---

24 Vergil. Aen. V, 499.

1 sepulcrum *CF* se t (t i) *corr. ex* set F^1 *post* impedimento *leg.* fuit *in F, fort. recte* 2 sollempnitas *MTCFP* 3 *post* caperet *leg.* et *in MCFP* cuncta F^1 cryptoporticibus (*prior.* o *in ras.* M^2) *M*, criptoporticibus *TCFP* 4 alternate C^1 mlcedine (ml *corr. ex* dul F^1) *F* psalmicies C^1 5 terciam *CF* 6 divinas facientib' *T* 7 illatis *MTCFP* anhelli (*prior.* l *eras.* L^2) *L* tecto *scripsi*, tacito *LMTCP*, tacitos F^1 8 autumpnalis *CF* 9 conductorium *C* siagrii *MTCF* 10 sagitae *C* 11 cancellatimque (*prior.* a *in ras.* M^2) *M*, concellatimque *C* 12 sed floribus *praeter* oribus *in ras.* P^1 13 erant dulcia *transp.* P^1, dulcia erant *MCF* fatigattora F^1 *ante* nulla *5 litt. eras.* P^2 14 potestatib; (tib; *in ras.* M^1) *M* qui proderet *MTCFP* *post* quae *8 litt. eras.* P^2 quae proderetur *MTCFP* 15 *post* dignisque *2 litt. eras.* P^2 sentenciis *C* 16 ambiciosissime audiebatur *C* discincta *C* laeticia *CF* 17 *an* diutino? agere aliquid *T* ut erat aetas *C* 18 pilla (*alt.* l *eras.* C^1) *C*, pilis *F* ego ego (*prius eras.* P^2) *P* 19 michi *C* 20 domnitius *C*, domitius *F* coeperat *L*, ceperat *MC* 21 pirgum *F* scolasticorum *LMTCFP* 22 habunde *F* *an* in quantum? 23 illustris *MTCFP* 24 teptare (m) *C*, temtare *L* 25 spaeristarum *F* inmiscuit *C*, imiscuit (i *in ras.* M^1) *M*, miscuit *T* pulcre (h) M^1, pulcre *CF* 26 medicurrentis *MCFP* 27 summoverentur C^1 28 superiaecte L^1 ac *scripsi*, hac *L*, ad hoc (ad *in ras.*, hoc *s. l. add.* P^1) *MTCFP*, hinc *Wilamowitzius* castastropham *F*

Digitized by Google

suspiriosus extis incalescentibus. namque et iecusculi fibra tumente pungebant exercitatum crebri dolores. destiti protinus et ipse, facturus communione cessandi rem 8
caritatis, ne verecundiam lassitudo fraterna pateretur. ergo, ut resedimus, [et] illum mox aquam ad faciem petere sudor admonuit: exhibita poscenti est, pariter et linteum villis onustum, quod pridiana squama politum casu sub ipsis aediculae valvis bipatentibus de ianitoris erecto trochleatim fune nutabat. quo dum per otium genas siccat: 9
'vellem', inquit, 'ad pannum similis officii aliquod tetrastichon mihi scribi iuberes'. 'fiat', inquam. 'sed quod meum', dixit, 'et nomen metro teneret'. respondi possibilia factu quae poposcisset. [ait] et ipse: 'dicta ergo.' tunc ego arridens: 'ilico scias Musas moveri, si choro ipsarum non absque arbitris vacem.' respondit ille violenter et perurbane, ut est natura vir flammeus quidamque facundiae fons inexhaustus: 'vide, domine Solli, ne magis Apollo forte moveatur, quod suas alumnas solus ad secreta sollicitas.' iam potes nosse, quem plausum sententia tam repentina, tam lepida commoverit. nec plus moratus mox suo scriba, qui pugillarem iuxta tenebat, ad me vocato 10
subditum sic epigramma composui:

Mane novo seu cum ferventia balnea poscunt
seu cum venatu frons calefacta madet,
hoc foveat pulcher faciem Filimatius udam,
migret ut in bibulum vellus ab ore liquor.

Epiphanius noster vix suprascripta peraraverat, et nuntiatum est hora monente progredi episcopum de receptorio, nosque surreximus. da postulatae tu veniam canti- 11
lenae. illud autem ambo, quod maius est quodque me nuper in quendam dies bonos male ferentem parabolice seu figurate dictare iussistis quodque expeditum cras dirigetur, clam recensete; et, si placet, edentes fovete; si displicet, delentes ignoscitote. vale.

XVIII.

SIDONIUS ATTALO SUO SALUTEM.

Haeduae civitati te praesidere coepisse libens atque cum gaudio accepi. laetitiae causa quadripertita est: prima, quod amicus; secunda, quod iustus es; tertia, quod severus; quarta, quod proximus. quo fit, ut nostris nostrorumque contractibus plurimum velis debeas possis opitulari. igitur amplectens in familiari vetusto novum ius potestatis indeptae materiam beneficiis tuis iam diu quaero. quibus me tantum

---

1 ęstis *C* nanque *M* mente *C*[1] 2 distiti *L* factur' (r' *in ras.* *M*[2]) *M* 3 sedemus *L*, sedimus *T* et *seclusi* 4 ammonuit *LMC* lintheum (h *eras.* *L*[2]) *LF* 5 q pdiana scamma (q p̄ *corr. in* q̄ p̄ *P*[1]) *P* pollitū (*post.* l *eras.*, tū *in ras.* *M*[1]) *M*, pontū *T*, politum *s. l. add.* *T*[2] 6 trocleatim *LMTCFP* mutabat *C*[1] siccat *in ras.* *M*[1] 7 inquid *L* tetrasticon *TCF*, tetrhasticon *M*, tethasticori *P*[1] michi *C* 8 flet *F* dixit *LMCFP*, inqt *T*, *fort. recte* 9 sit *in ras.* *M*[1], *seclusi* 10 moveri musas *T* arbitris (*prior.* i *in ras.* *M*[2]) *M* 11 *ante* quidamq̄; (q̄; *s. l. add.* *P*[1]) 5 *litt. eras.* *P*[1] 12 mage *T* appollo *C*[1] alumpnas *CF* 13 sententia *C* repida *C*, lepida *s. l. add.* *C*[1] 15 sic epygramma *M*, epigramma sic *F* 17 fons *L* manet *P* 18 filimacius *C* 20 vr̄ *P* paverat *F* nunciatum *LMC* 21 reptorio *C*[1] postulata & veniam (& *corr. in* t *L*[2]) *L* 23 dirigetur *F*, dirigeretur *MP* 24 clam recensete *om.* *F* dispicet *F*[1] 25 Sidonius *om.* *F* ITALO *C* salutem *om.* *F* 26 te *s. l. add.* *T*[1] adque *L* copi *F*[1] leticise *CF* 27 causae *L*[1] tercia *CF* 28 q *corr. ex* qd *C*[1] 29 plurimum *LT*, pmum *MCFP* velis plurimū *ord. mut.* *T*[1] 30 matheriam *MC* tuis beneficiis *C* fidere tantum *F*

Digitized by Google

fidere agnosce, ut, etsi non invenio quae poscam, quaesiturus mihi videaris ipse quae tribuas. vale.

XIX.

SIDONIUS PUDENTI SUO SALUTEM.

1 Nutricis meae filiam filius tuae rapuit: facinus indignum quodque nos vosque inimicasset, nisi protinus scissem te nescisse faciendum. sed conscientiae tuae purgatione praelata petere dignaris culpae calentis impunitatem. sub condicione concedo:
2 si stupratorem pro domino iam patronus originali solvas inquilinatu. mulier autem illa iam libera est; quae tum demum videbitur non ludibrio addicta sed assumpta coniugio, si reus noster, pro quo precaris, mox cliens factus e tributario plebeiam potius incipiat habere personam quam colonariam. nam meam haec sola seu compositio seu satisfactio vel mediocriter contumeliam emendat; qui tuis votis atque amicitiis hoc adquiesco, si laxat libertas maritum, ne constringat poena raptorem. vale.

XX.

SIDONIUS PASTORI SUO SALUTEM.

1 Quod die hesterno tractatui civitatis in concilio defuisti, ex industria factum pars melior accepit, quae suspicata est id te cavere, ne tuis umeris onus futurae legationis imponeretur. gratulor tibi, quod istis moribus vivis, ut necesse habeas electionem tui timere; laudo efficaciam, suspicio prudentiam, prosequor laude felici-
2 tatem; opto denique aequalia his, quos aequaliter amo. multi frequenter, quos execrabilis popularitas agit, civium maximos manu prensant deque consessu publico abducunt ac sequestratis oscula impingunt, operam suam spondent, sed non petiti; utque videantur in negotii communis assertionem legari, evectionem refundunt ipsosque sumptus ultro recusant et ab ambitu clam rogant singulos, ut ab omnibus palam
3 rogentur. sic quoque, cum fatigatio gratuita possit libenter admitti, libentius tamen atque amabilius verecundi leguntur, idque cum expensa; tantum impudentia sese ingerentum ponderis habet, etiam fasci cum tributario nomine ipsorum nil superfunditur. proinde quamquam non te fefellit, quid boni quique meditarentur, redde te tamen exspectantium votis expetentumque caritatem proba, qui iam probasti pudorem. quod defuisti primum, modestiae adscribitur; ad ignaviam respicit secunda dilatio.
4 praeterea tibi Arelate profecturo est venerabilis in itinere mater fratres amantes reda-

---

1 inveniam *F* quaesitur'. . *C*[1] 2 tribuā *T* 3 Sidonius *et* salutem *om.* *F* 4 vos nosque *MTP* 6 *an* praefata? dignaris (ris *in ras.* *M*[1]) *M* conditione *LCF* 7 solvas (a *in ras.* *M*[1]) *M*, solves *T* 9 *post* illa 2 *litt. eras.* *P*[2] ludebrio *L* assumta *L* 10 est *F*[1] 11 pocius *C* 12 *post* vel *leg.* non *in CFP, idemque s. l. add.* *M*[1] *T*[2] amiciciis *LCF* 13 stringat *corr. in* ?stringat *T*[2] 14 Sidonius *et* salutem *om.* *F* 15 tractatu *M*[1] 16 humeris *LMTCFP* 18 efficatiam *MCF* suspitio *F* 19 exsecrabilis *M* 20 ęque *C et corr. ex* equo *P*[2], eque *MTF* consensu *L* adducunt *L* 21 inpingunt *F* ppeti *P* 22 in negotii *in ras.* *M*[1] negocii *C* assertione communis *T* assertionem *scripsi*, assertione *LMTCFP* 23 sumtus *L* 24 *post* fatigatio *s. l.* illorum *ut v. add.* *M*[1] *T*[2] ammitti *L*, amitti *M*[2] 25 tamen] etiam *F*, tñ *s. l. add.* *F*[1] *an* avidius? 26 ingerentem *L*, ingerentium *T* fasci cum *LT*, fascium *MCFP* nl *F* 27 quanquam *LM* non *LMCFP*, nil *T* 28 tne *P* exspectium (s *eras.* *L*[2]) *L*, expectantium *MCFP* expetenciumque *T*, expectantumque *P* q *in ras.* *M*[1] 29 ascribitur *MCFP* 30 arelatem *MTCFP* pfecturo *P* reclamantisque *MT*, rodamantique *L*

Digitized by Google

mantisque patriae solum, ad quod et praeter occasionem voluptuose venitur; tum domus propria, cuius actorem, vineam messem olivetum, tectum quoque ipsum, vel dum praeterveharis, inspicere res commodi est. quapropter, missus a nobis, et tibi pervenis; namque erit talis viae tuae causaeque nostrae condicio, ni fallor, atque opportunitas, ut pro beneficio civitati posse imputare quandocumque videaris, quod tuos videris. vale.

XXI.

SIDONIUS SACERDOTI ET IUSTINO SUIS SALUTEM.

Victorius patruus vester, vir, ut egregius, sic undecumque doctissimus, cum cetera potenter, tum potentissime condidit versus. mihi quoque semper a parvo cura Musarum; nunc vos parenti venitis heredes, quam iure, tam merito: licet ego poetae proximus fio professione, vos semine. ergo iustissimum est, ut diem functo sic quisque nostrum succedat, ut iungitur. ideoque patrimonia tenete, date carmina. valete.

---

1 occasionem *L* 2 auctorem *FP* 4 nanque *M* conditio (con *in ras.* P^1) *MFP*, conditioni (ni *eras.* C^1) *C* adque *L* oportunitas *LMTCFP* 5 *post* beneficio *leg.* tuo *in F* posse (e *in ras.* M^2) *M* quandoque *T, fort. recte* 6 valt *F* 7 Sidonius *et* et *et* suis salutem *om. F* 8 patruus ūr (s ū *in ras.* M^1) *M* undeq;cumque (q; *eras.* C^1) *C*, undecuque *praeter* un *in ras.* P^1 9 michi *C* patruo (t *eras.* C^1) *C* 10 parenti ∘ (s *ut v. eras.* M^1) *M*, parentes (es *corr. in* is F^1) *F* tam quam iure merito *T* *post* ego 2 *litt. eras.* P^1 11 diem functo *L*, die functo (i *eras.* C^1) *TCP*, die functo *M*, *sed* functo *in ras. simulque var. lect., a* M^1 *s. l. add., eras.* M^2, defuncto *F* 12 valete in XPO *MP*, val *F* *nulla subscriptio nec spat. vac. in L*, G. SOLLII APOLLINARIS SIDONII ĒPI EPŁARV̄ LIB̄. V. EXPLICIT. INCIPIT LIBER SEXT' *M*, EXPLIC̄ LIB̄. V. INCIP̄. VI. *T*, explicit liber .v. sidonii. incipit lib .vi. *C*, Incipit libe r Sextus *subscr. rubricator in F*, G. SOLLII apollinaRIs Sidonii ep̄i. Eplarū lib̄. v. EXPLICIT. INCIPIT. VI. *P*

Digitized by Google

GAI SOLLII
APOLLINARIS SIDONII
EPISTULARUM
LIBER SEXTUS.

I.

SIDONIUS DOMINO PAPAE LUPO SALUTEM.

1 Benedicitur spiritus sanctus et pater dei omnipotentis, quod tu, pater patrum et episcopus episcoporum et alter saeculi tui Iacobus, de quadam specula caritatis nec de inferiore Hierusalem tota ecclesiae dei nostri membra superinspicis, dignus qui omnes consoleris infirmos quique merito ab omnibus consularis. et quid nunc 5
2 ego dignum dignationi huic, putris et fetida reatu terra, respondeam? colloquii salutaris tui et indigentiam patiens et timorem recordatione vitae plectibilis adducor, ut clamem tibi quod dixit domino tuus ille collega: exi a me, quia homo peccator sum, domine. sed si iste timor non temperetur affectu, vereor, ne Gerasenorum destituar exemplo et discedas a finibus meis. quin potius illud, 10 quod mihi conducibilius est, conleprosi mei te proposita condicione constringam, ut aiam tibi: si vis, potes me mundare. qua ille sententia non plus de
3 Christo quid peteret prodidit, quam quid crederet publicavit. ergone cum sis procul ambiguo primus omnium toto, qua patet, orbe pontificum, cum praerogativae subiciatur, cum censurae tuae adtremat etiam turba collegii, cum in gravitatis 15 vestrae comparationem ipsa etiam grandaevorum corda puerascant, cum post desu-

---

8 Lucas V, 8. 12 Lucas V, 12.

Sidonius *om.* *F* domino papae *om.* *C* LVPO SVO *C* salutem *om.* *F* 2 benedictus *MTFP*, enedictus *C* omnis *C* 3 iacob *T* karitatis *C* 4 inferiori *CFP* hierlm *M*, hirlm *C*, hierslm *P*, ierlm *TF* *post* ecclesiae *leg.* tue *in* *F* 5 q̊ *C* contuleris (tu *corr.* *in* su *L*²) *L* ab omnibus merito *T* 6 patris *M*¹ & *s. l. add.* *M*¹ fastida *L*, fętida *MC* 7 indigentia *L* paciens *C* 9 si *s. l. add.* *M*¹ timeretur (time *corr.* *in* temę *C*¹) *C* 10 gerasenorum *praeter* ge a *in ras.* *P*¹ distituar *L* 11 conlebrosi *L*, colleprosi (col *in ras.* *M*²) *MCF* conditione *LCF* 12 potissime *L* sentencia *C* 13 ergo *M*¹ 15 attremat *MCFP* 16 puerescant (*alt.* e *corr.* *ex* a *M*²) *MP*

Digitized by Google

datas militiae Lirinensis excubias et in apostolica sede novem iam decursa quinquennia utriusque sanctorum ordinis quendam te conclamatissimum primipilarem spiritalia castra venerentur, tu nihilominus hastatorum antesignanorumque paulisper contubernio sequestratus ultimos calones tuos lixasque non despicis et ad extimos
5 trahariorum, qui per insipientiam suam adhuc ad carnis sarcinas sedent, crucis diu portatae vexilla circumfers ac manum linguae porrigis in conscientia vulneratis? nosti, 4
ut apparet, ex adversa acie sauciatos, dux veterane, colligere et peritissimus tubicen ad Christum a peccatis receptui canere; et euangelici pastoris exemplo non amplius laetaris, si permaneant sani, quam si non remaneant desperati. te ergo, norma morum,
10 te, columna virtutum, te, si blandiri reis licet, vera, quia sancta, dulcedo, despicatissimi vermis ulcera digitis exhortationis contrectare non piguit; tibi avaritiae non fuit pascere monitis animam fragilitate ieiunam et de apotheca dilectionis altissimae sectandae nobis humilitatis propinare mensuram. sed ora, ut quandoque resipiscam, 5
quantum meas deprimat oneris impositi massa cervices. facinorum continuatione miser
15 eo necessitatis accessi, ut is pro peccato populi nunc orare compellar, pro quo populus innocentum vix debet impetrare si supplicet. nam quis bene medelam aeger impertiat? quis febriens arroganti tactu pulsum distinguat incolumem? quis desertor scientiam rei militaris iure laudaverit? quis esculentus abstemium competenter arguerit? indignissimus mortalium necesse habeo dicere quod facere detrecto, et ad mea ipse verba
20 damnabilis, cum non impleam quae moneo, idem in me meam cotidie cogor dictare sententiam. sed si tu inter me et illum, cui concrucifigeris, dominum nostrum pro 6
scelerum meorum populo, iunior mage quam minor Moyses, intercessor assistas, non ulterius descendemus in infernum viventes nec per carnalium vitiorum incentiva flammati ad altare domini ignem diutius accendemus alienum; quia quamquam nos utpote
25 reos gloriae libra non respicit, satis tamen superque gaudebimus, si precatu tuo levare valeamus interioris hominis nostri etsi non integrum ad remunerationem, certe vel cicatricatum pectus ad veniam. memor nostri esse dignare, domine papa.

II.

SIDONIUS DOMINO PAPAE PRAGMATIO SALUTEM.

Venerabilis Eutropia matrona, quod ad nos spectat, singularis exempli, quae 1
30 parsimonia et humanitate certantibus non minus se ieiuniis quam cibis pauperes pascit

---

1 miliciae (c *corr. in* t M^2) *MC* lyrinensis *L* in *om. T* apostolica in sede *C* 2 to *s. l. add.* T^2 conclamatissimum (t *in ras.* 2 *litt.* M^2) *M*, conclatissimum C^1 spiritualia *CFP* 3 nichilominus *MC*, nlominus *F* čtubernio *C* 4 segregatus *F* dispicis *L* 5 trihariorum *T*, triariorum *L* inciplentiam *LMP*, inspitientiam F^1 adhuc *om. C* 7 tubicin *L* 9 ꝑmaneant T^2 disperati *L* 10 columpna *CF* si *s. l. add.* F^1 blandiris C^1 dispicatissimi *L* 11 avariciae *MCF* 12 ieiunam (ie *in ras.* M^1) *M* apotecha *F* dilictionis *L* 13 sectã de *T* oro *L* 14 quantũ *in ras.* M^1, c̃ n *T* *i. e.* cum enim, *fort. recte, si ita distinguis:* resipiscam; cum enim .... cervices; *post* cervices *excidisse* videt *coniecit Mommsen* 16 suplicet *L* medellam *L* 17 febriens *M, sed s. l. var. lect., ut v.,* ł febricicns *eras.* M^1 pl·sum *corr. ex* plusum L^1 destinguat *F*, discingat *L* deserto F^1 20 dampnabilis *MCF* cum non impleam quae moneo *L*, cum imperem quae non impleo *MTCFP, non male* meam *om. MTCFP* cogor cotidie *F* cotidiae L^1, cottidie *P* 21 in *C* crucifigeris *T* dm̃ *LP* 22 muses *L* an existas? 23 discendemus *L*, descendamus (a *corr. in* e C^1) *C* viciorum *C* 24 diuti' *s. l. add.* T^2 quanquam *LMF*, qvis *T* 25 tamen *om. T* super que F^1 26 valemus C^1 27 cicatricatum pect' *praeter* cicatri *in ras.* M^1 cicatrizatum *T* esse dignare domine papa *om. C* 28 Sidonius *om. F* domino *om. CF* prãmatio suo (pr *in ras.* P^1) *P* salutem *om. F* 29 venenerabilis (*alt.* ne *eras.* C^2) *C* 30 parsimonia (*prior.* a *eras.* L^2) *L* humilitate *C* cib̃ *F*

Digitized by Google

et in Christi cultu pervigil sola in se compellit peccata dormire, maeroribus orbitatis necessitate litis adiecta in remedium mali duplicis perfectionem vestrae consolationis expetere festinat, gratanter habitura, sive istud tibi peregrinatio brevis seu longum
2 computetur officium. igitur praefata venerabilis fratris mei nunc iam presbyteri Agrippini, ne iniuriosum sit dixisse nequitiis, certe fatigatur argutiis; qui abutens inbecillitate matronae non desistit spiritalis animae serenitatem saecularium versutiarum flatibus turbidare; cui filii nec multo post nepotis amissi duae pariter plagae
3 recentes ad diuturni viduvii vulnus adduntur. temptavimus inter utrumque componere, nos maxume, quibus in eos novum ius professio vetustumque faciebant amicitiae, aliqua censentes, suadentes quaepiam, plurima supplicantes; quodque miremini, in omnem concordiae statum promptius a feminea parte descensum est. et quamquam se altius profuturum filiae paterna iactaret praerogativa, nurui tamen magis placuit
4 munificentiae socrualis oblatio. iurgium interim semisopitum vestris modo sinibus infertur. pacificate certantes, et pontificalis auctoritate censurae suspectis sibi partibus indicite gratiam, dicite veritatem. sancta enim Eutropia, si quid vadimonio meo creditis, victoriam computat, si vel post damna non litiget. unde et suspicor vobis unam pronuntiandam domum discordiosam, licet inveniatis utramque discordem. memor nostri esse dignare, domine papa.

III.

SIDONIUS DOMINO PAPAE LEONTIO SALUTEM.

1 Etsi nullis hortatibus primordia nostrae professionis animatis neque sitim ignorantiae hactenus saecularis ullo supernae rigatis imbre doctrinae, non ego tamen tantum mei meminens non sum, ut a meis praesumam partibus aequali officiorum lance certandum. nam cum nostra mediocritas aetate vitae, tempore dignitatis, privilegio loci, laude scientiae, dono conscientiae vestrae facile vincatur, nullum meremur,
2 si par expectamus alloquium. igitur non incusantes silentium vestrum sed loquacitatem nostram potius excusare nitentes commendamus apicum portitorem, cuius si peregrinationem prompto favore foveatis, grandis actionibus illius portus securitatis aperitur. negotium huic testamentarium est. latent eum propriarum merita chartarum: togatorum illic perorantum peritiam consulere perrexit, pro victoria computaturus, si se intellexerit iure superari, modo ne sibi suisque desidiae vitio perperam cavisse cul-

---

1 cultu christi *C* 2 consulationis *L* 3 habitatura *C* 4 praesbyteri *L*, presbiteri *M* 5 agripini *TC*, aggrippini *F* nequiciis *C* argut' *C* 6 inbecilitate *L*, imbecillitate *MC*, imbecillitate *F* spiritualis *C* 7 Cū *F* post multo *LMFP* admissi F^1 pariter *s. l. add.* T^2, *leg. post* recentes *in C* 8 recedentes *L* temtavimus *L* inter *in ras.* M^1 9 maxime *MTCFP* eo *C* vestutumque *F* amiciciae *CF* 10 suplicantes *L*, suplicantes C^1 11 promtius *L* descensum *scripsi*, discensum *L*, discessum *MTCFP* quanquam *LMF* 12 alcius *C* iactaret *L* nuri F^1 13 socrualis munificentiae oblatio T^2 interl *s. l. add.* T^2 sinibus *corr. ex* finibus P^1 15 creditis *om. C* 16 dampna *MCF* 17 pronunciandam *LMC* 18 esse dignare domine papa *om. C* 19 Sidonius domino *et* salutem *om. F* 20 hortatibus (tibus *in ras.* M^1) *M*, hortationibus *F* 21 superne *s. l. add.* T^2, superno *F* ymbre *M* 22 partibus praesumam *F* 24 dono ĉscio *T* meremur (mur *in ras.* M^1) *M* 26 commendavimus *CF* portitorem (ti *in ras.* M^1) *M* 27 promto *LC* illius actionibus *T* 28 negocium *C* testamentorium *C* enim *F*, eū *s. l. add.* F^1 cartarum *MCF* 29 perorantium *F* perexit *L* se] esse *C* 30 separari L^1 desidię vitio (ę *et* o *in ras.* M^1) *M* vitio *om. C* ĩputet perperam cavisse (om. culpetur) *T* cavisse *in ras.* M^1

Digitized by Google

petur. hunc eatenus commendare praesumo, ut, si eum instruere dignanter advocatio consulta fastidit, auctoritas coronae tuae dissimulantibus studeat excudere responsi celeritatem. memor nostri esse dignare, domine papa.

IV.

SIDONIUS DOMINO PAPAE LUPO SALUTEM.

Praeter officium, quod incomparabiliter eminenti apostolatui tuo sine fine debetur, 1
etsi absque intermissione solvatur, commendo supplicum baiulorum pro nova necessitudine vetustam necessitatem, qui in Arvernam regionem longum iter, his quippe temporibus, emensi casso labore venerunt. namque unam feminam de affectibus suis, quam forte Vargorum (hoc enim nomine indigenas latrunculos nuncupant) superventus abstraxerat, isto deductam ante aliquot annos isticque distractam cum non falso indicio comperissent, certis quidem signis sed non recentibus inquisivere vestigiis. atque 2
obiter haec eadem laboriosa, priusquam hi adessent, in negotiatoris nostri domo dominioque palam sane venumdata defungitur, quodam Prudente (hoc viro nomen), quem nunc Tricassibus degere fama divulgat, ignotorum nobis hominum collaudante contractum; cuius subscriptio intra formulam nundinarum tamquam idonei adstipulatoris ostenditur. auctoritas personae, opportunitas praesentiae tuae inter coram positos facile valebit, si dignabitur, seriem totius indagare violentiae, quae, quod gravius est, eo facinoris accessit, quantum portitorum datur nosse memoratu, ut etiam in illo latrocinio quendam de numero viantum constet extinctum. sed quia iudicii vestri medi- 3
cinam expetunt civilitatemque, qui negotium criminale parturiunt, vestrarum, si bene metior, partium pariter et morum est, aliqua indemni compositione istorum dolori, illorum periculo subvenire et quodam salubris sententiae temperamento hanc partem minus afflictam, illam minus ream et utramque plus facere securam; ne iurgii status, ut sese fert temporis locique civilitas, talem descendat ad terminum, quale coepit habere principium. memor nostri esse dignare, domine papa.

---

1 instuere *M* 2 autoritas *L* ure *T* responsi (si *in ras.* M^2) *M*, responsi nri (nri *induxit* F^1) *F* 3 esse dignare domine papa *om. CF* 4 Sidonius domino *et* salutem *om. F* 5 prepater F^1 6 necessitate vetustam necessitudinem *TCFP et in ras.* M^1 7 arvennam *L* iter L^2 qdē *F* 8 pvenerunt *F, fort. recte* nanque *M* 9 vargonū (nū *in ras.* M^2) *M*, uagor *T*, ł vargonū *s. l. add.* T^2 latrunculos (o *in ras.* M^2) *M* 10 aliquod *L* isticq; disictam *om. T, add. in marg.* T^2 inditio *CF* 11 recensentibus T^1 adque *L* 12 h obiter hec *T* hi *add. in marg.* M^1, ii *F* negociatoris *C* 13 dominoque *L*, dno *T*, *sed. in marg.* ł dnio *add.* T^2 sana *F* venundata *MCF* pudente M^1 14 nobis *s. l. add.* T^1 15 tractum *F* suscribtio *L*, subscriptioē *T* tanquam *LMF* astipulatoris *MTFP*, astipulatione *C* 16 oportunitas *LMTCFP* 17 facile *s. l. add.* T^2 seriem *in ras.* P^1, seriē *C* 18 accessit eo facinoris T^1 quatum C^2 19 quemdam *F* nostri *F* 20 negocium *C* 21 parcium *C* indempni *MCF* 22 salubri *T* sententie *s. l. add.* T^2 24 qualitas *Gustafssonus* descendat *corr. in* discedat M^1, discendat *L*, discedat *TCFP* 25 *pro* memor nostri esse dignare domine papa *leg.* VALE *in MT, sed* Memor nri *s. l. add.* M^2 esse dignare domine papa *om. CP* digr *L*

Digitized by Google

V.

SIDONIUS DOMINO PAPAE THEOPLASTO SALUTEM.

Causam meam nesciens agit qui ad vos a me litteras portat; nam, dum votivi mihi fit gerulus opportunus officii, beneficium praestat, quod se arbitratur accipere, sicuti nunc venerabilis Donidius dignus inter spectatissimos quosque numerari. cuius clientem puerosque commendo, profectos seu in patroni necessitate seu in domini. laborem peregrinantum qua potestis ope humanitate intercessione tutamini; ac, si in aliquo amicus ipse per imperitiam novitatemque publicae conversationis videbitur minus efficax, vos hoc potius aspicite, quid absentis causa, non quid praesentis persona mereatur. memor nostri esse dignare, domine papa.

VI.

SIDONIUS DOMINO PAPAE EUTROPIO SALUTEM.

1 Postquam foedifragam gentem redisse in sedes suas comperi neque quicquam viantibus insidiarum parare, nefas credidi ulterius officiorum differre sermonem, ne vester affectus quandam vitio meo duceret ut gladius inpolitus de curae raritate robiginem. unde misso in hoc solum negotii gerulo litterarum, quam vobis sit corpusculi status in solido quamve ex animi sententia res agantur, sollicitus inquiro, sperans, ne semel mihi amor vester indultus aut interiecti itineris longitudine aut absentiae communis diuturnitate tenuetur, quia bonitas conditoris habitationem potius hominum quam
2 caritatem finalibus claudit angustiis. restat, ut vestra beatitudo conpunctorii salubritate sermonis avidam nostrae ignorantiae pascat esuriem. est enim tibi nimis usui, ut exhortationibus tuis interioris hominis maciem saepenumero myaticus adeps et spiritalis arvina distendat. memor nostri esse dignare, domine papa.

VII.

SIDONIUS DOMINO PAPAE FONTEIO SALUTEM.

1 Si aliquid ad inchoandam gratiam compendii posteris tribuit necessitudo praemissa seniorum, ego quoque ad apostolatus tui notitiam pleniorem cum praerogativa

---

1 Sidonius domino *om. F* papae teoplasto *F*, theoplasto papae *C*[1] salutem *om. F* 3 michi *C* oportunus *LMTCFP* officii *add. in marg. F*[2] arbitratur accipere *LMCFP*, putat accepisse *T* 4 numeravi *C*[2] 5 necessitatem *MTCFP* in *om. L, s. l. add. C*[1] 6 peregrinantium *F* potestis (is *in ras. M*[1]) *M* 7 imperiam *L*, inpericiam *C* novitatemque *C*[2] 8 non *corr. ex* num *C*[2], nũ *P* 9 nostri esse dignare domine papa *om. MP* esse dignare domine papa *om. C* esse nostri *F* digneris *T* 10 Sidonius domino *om. F* eutropio papae *C* salutem *om. F* 11 postqm *M*[1] suas sedos *C* quicquam (ic *in ras. M*[1]) *M* 12 ultez *L* an officiosum? 13 vicio *C* ducere *L* impolitus *MC* rubiginem *MTCFP* 14 vobis *om. F* 15 ex animi sententia *T*, i ita examine sentñcie *s. l. add. T*[2] 16 absentię (ę *in ras. M*[1]) *M* 17 *post* quia *leg.* g *in T* 18 compunctorii (*extr.* i *corr. ex* s *M*[1]) *MCF* 20 exhortacionibus *C* matiem *F* misticus *MCF* 21 spiritualis *C* nostri esse dignare domine papa *om. MP* esse dignare domine papa *om. C* domine papa *om. F* 22 Sidonius domino *om. F* FONTELO PAPAE *C* fontelo *MTC*, fontello *F* salutem *om. F* 23 inchoandam (*post* n *in ras. 3 litt. M*[2]) *M* posteris *om. P* tribuat *F* 24 noticiam *CF*

Digitized by Google

domesticae familiaritatis accedo. nam sic te familiae meae validissimum in Christo semper patronum fuisse reminiscor, ut amicitias tuas non tam expetendas mihi quam repetendas putem. his adicitur, quod indignissimo mihi impositum sacerdotalis nomen officii confugere me ad precum vestrarum praesidia compellit, ut adhuc ulcerosae conscientiae nimis hiulca vulnera vestro saltim cicatricentur oratu. quapropter me meosque commendans et excusans litteras seriores granditer obsecro, ut intercessione consueta, cuius viribus immane polletis, clericalis tirocinii in nobis reptantia rudimenta tueamini, ut, si quid dignabitur de morum pravitate nostrorum immutabilis dei mutare clementia, totum id suffragiorum vestrorum patrocinio debeamus. memor nostri esse dignare, domine papa.

VIII.

SIDONIUS DOMINO PAPAE GRAECO SALUTEM.

Apicum oblator pauperem vitam sola mercandi actione sustentat; non illi est opificium quaestui, militia commodo, cultura compendio; ⟨ob⟩ hoc ipsum, quod mercennariis prosecutionibus et locaticia fatigatione cognoscitur, fama quidem sua sed facultas crescit aliena. sed tamen quoniam illi fides magna est, etsi parva substantia, quotiens cum pecuniis quorumpiam catapli recentis nundinas adit, creditoribus bene credulis sola deponit morum experimenta pro pignore. inter dictandum mihi ista suggesta sunt, nec ob hoc dubito audita fidenter asserere, quia non parum mihi intumos agunt quibus est ipse satis intumus. huius igitur teneram frontem, dura rudimenta commendo; et, quia nomen eiusdem lectorum nuper albus accepit, agnoscitis profecturo civi me epistulam, clerico debuisse formatam; quem propediem non iniuria reor mercatorem splendidum foro, si hinc ad vestra obsequia festinans frigoribus fontium civicorum saepe fontem † mercatoribus anteferat. memor nostri esse dignare, domine papa.

IX.

SIDONIUS DOMINO PAPAE LUPO SALUTEM.

Vir iam honestus Gallus, quia iussus ad coniugem redire non distulit, litterarum mearum obsequium, vestrarum reportat effectum. cui cum pagina, quam miseratis, reseraretur, actutum compunctus ingemuit destinatamque non ad me epistulam sed in se sententiam iudicavit. itaque confestim iter in patriam spopondit adornavit arripuit.

---

2 amicicias *CF* 5 saltem *T* cicatrixentur *TF*, cicatricientur *P* 7 tyrocinii *MTC* 8 immutabilis (i *corr. ex* s P^1) *MCFP* 9 *post* dei *expunxit* nate F^1 10 nostri esse dignare domine papa *om. MP* esse dignare domine papa *om. C* domine papa *om. F* 11 Sidonius domino *om. F* GRECO PAPAE *C* salutem *om. F* 12 est offitium T^2, est opificum C^2, opificium est *F* 13 milicia *MF* ob *addidi, om. LMTCFP* mercennari' *C* 14 prosequutionibus *LP* locatitia *LM* 15 parva *om. C* quoties *MT*, quocies *L* 16 peccuniis *C* capitali F^1 adit (a *in ras.* M^2) *M* 17 experimenta morum *C* michi *C* 18 michi *C*, nob *T* intimos *MCF* intumi suggerunt *Mommsen* 19 est *MCFP*, et *L*, est et *T* intimus *MCF* 20 cive *L* 21 inuria M^1 22 spledidum C^1 frigori *F* foncium *C* 23 montem T^1 mercatorib; *LC*, mercatoris *MFP*, *sed s. l. rasura est in M*, mediatoris *T*, caloris tui *Leo* esse dignare domine papa *om. MCP* dignare domine papa *om. F* 24 Sidonius domino *et* salutem *om. F* 25 *post* vir *3 litt. eras.* P^2 27 reserarentur F^1 conpunctus *C* distinatamque *L* *post* in se *leg.* ‚platā *in F, fort. recte* 28 sentenciam *C*

Digitized by Google

quem nos propter hanc ipsam paenitudinis celeritatem non increpative sed consolatorie
2 potius compellare curavimus, quia vicinaretur innocentiae festinata correctio. neque
enim quisquam etiam sibi bene conscius plus facere praesumpsit, si quis tamen vestrae
correptionis orbitam non reliquit, quippe cum ea ipsa, quae legimus, parcentis verba
censurae maxuma emendationis incitamenta sint. nam quid potest esse castigationis 5
huiusce tenore pretiosius, in qua forte peccato animus aeger repperit intrinsecus
3 remedium, cum non valeret extrinsecus invenire convicium? quod superest, obsecramus,
ut crebra oratione, per quam vitiis omnibus immane dominamini, nos quoque, sicut
euangelicos magos remeasse manifestum est, vel iam nunc per aliam viam morum in
beatorum patriam redire faciatis. paene omiseram, quod minime praetereundum fuit: 10
agite gratias Innocentio, spectabili viro, qui, ut praeceperatis, naviter morem gessit
iniunctis. memor nostri esse dignare, domine papa.

X.

SIDONIUS DOMINO PAPAE CENSORIO SALUTEM.

1 Gerulum litterarum levitici ordinis honestat officium. hic cum familia sua depraedationis Gothicae turbinem vitans in territorium vestrum delatus est ipso, ut sic 15
dixerim, pondere fugae; ubi in re ecclesiae, cui sanctitas tua praesidet, parvam
sementem semiconfecto caespiti advena ieiunus iniecit, cuius ex solido colligendae
2 fieri sibi copiam exorat. quem si domesticis fidei deputata humanitate foveatis, id est,
ut debitum glaebae canonem non petatur, tantum lucelli praestitum sibi computat (pere-
grini hominis ut census, sic animus angustus), ac si in patrio solo rusticaretur. huic 20
si legitimam, ut mos est, solutionem perexiguae segetis indulgeas, tamquam opipare
viaticatus cum gratiarum actione remeabit. per quem si me stilo solitae dignationis
impertias, mihi fraternitatique istic sitae pagina tua veluti polo lapsa reputabitur.
memor nostri esse dignare, domine papa.

XI.

SIDONIUS DOMINO PAPAE ELEUTHERIO SALUTEM. 25

1 Iudaeum praesens charta commendat, non quod mihi placeat error, per quem
pereunt involuti, sed quia neminem ipsorum nos decet ex asse damnabilem pro-

---

1 consulatoriae L^1 2 vitinaretur F festinata *s. l. add.* F^2 coretio F^2 3 praesumpsit L^1 4 correctionis T reliquid L, relinquit (n *eras.* M^1) M 5 maxuma *Mohrius*, maxumae L, maximae $MTCFP$ incitamenta sint nam quid potest esse castigationis *om.* C sunt $MTFP$ 6 ꝑciosius L, preciosius MC q C reperit L 7 remedium cum non valeret extrinsecus *add. in marg.* P^1 convitium LTF quid C 8 orotione F viciis C 9 euangelicos (o *in ras.* M^1) M 10 redire $LMCFP$, remeare T 11 spuali C gnaviter $MTCFP$ 12 esse dignare domine papa *om.* MCP domine papa *om.* F 13 Sidonius domino *om.* F CENSORIO PAPAE C salutem *om.* F 14 leuuitici L 15 gotticae M 19 sibi praestitum T 20 augustus CF 21 legittimam F tanquam LMF oppipare F 23 imp • tias M^1 michi C 24 memor nostri esse dignare domine papa *om.* L memor sis nostri *ceteris om.* T esse dignare domine papa *om.* MCP domine papa *om.* F 25 Sidon' (*om.* domino) F ELEVTHERIO PAPAE C *post* Eleutherio *leg.* SVO *in* LP salutem *om.* F 26 cartha L, carta TCF placeat mihi *transp.* M^1 27 dampnabilem MCF pronunciare LMC

Digitized by Google

nuntiare, dum vivit; in spe enim adhuc absolutionis est cui suppetit posse converti. quae sit vero negotii sui series, ipse rectius praesentanea coram narratione patefaciet. 2 nam prudentiae satis obviat epistulari formulae debitam concinnitatem plurifario sermone porrigere. sane quia secundum vel negotia vel iudicia terrena solent huiuscemodi homines honestas habere causas, tu quoque potes huius laboriosi, etsi impugnas perfidiam, propugnare personam. memor nostri esse dignare, domine papa.

XII.

SIDONIUS DOMINO PAPAE PATIENTI SALUTEM.

Aliquis aliquem, ego illum praecipue puto suo vivere bono, qui vivit alieno quique fidelium calamitates indigentiamque miseratus facit in terris opera caelorum. 1 'quorsum istaec?' inquis. te ista sententia quam maxume, papa beatissime, petit, cui non sufficit illis tantum necessitatibus opem ferre, quas noveris, quique usque in extimos terminos Galliarum caritatis indage porrecta prius soles indigentum respicere causas quam inspicere personas. nullius obest tenuitati debilitatique, si te expetere non possit. 2 nam praevenis manibus illum, qui non valuerit ad te pedibus pervenire. transit in alienas provincias vigilantia tua et in hoc curae tuae latitudo diffunditur, ut longe positorum consoletur angustias; et hinc fit, ut, quia crebro te non minus absentum verecundia quam praesentum querimonia movet, saepe terseris eorum lacrimas, quorum oculos non vidisti. omitto illa, quae cotidie propter defectionem civium pauperatorum 3 inrequietis toleras excubiis precibus expensis. omitto te tali semper agere temperamento, sic semper humanum, sic abstemium iudicari, ut constet indesinenter regem praesentem prandia tua, reginam laudare ieiunia. omitto tanto te cultu ecclesiam tibi creditam convenustare, ut dubitet inspector, meliusne nova opera consurgant an vetusta reparentur. omitto per te plurimis locis basilicarum fundamenta consurgere, 4 ornamenta duplicari; cumque multa in statu fidei tuis dispositionibus augeantur, solum haereticorum numerum minui, teque quodam venatu apostolico feras Fotinianorum mentes spiritualium praedicationum cassibus implicare, atque a tuo barbaros iam sequaces, quotiens convincuntur verbo, non exire vestigio, donec eos a profundo gurgite erroris felicissimus animarum piscator extraxeris. et horum aliqua tamen cum 5 reliquis forsitan communicanda collegis; illud autem deberi tibi quodam, ut iurisconsulti dicunt, praecipui titulo nec tuus poterit ire pudor infitias, quod post Gothicam de-

---

1 adhuc enim *F* competit *F* 2 negocii *C* patefatiet *F* 4 terrena iudicia *F* huiusmodi *T* 5 honestas *s. l. add. M*[1] 6 memor nostri esse dignare domine papa *om. L* memor sis nostri *ceteris om. T* nostri esse dignare domine papa *om. P* esse dignare domine papa *om. C* dignare domine papa *om. MF* 7 Sidonius domino *om. F* PACIENTI PAPAE *C* salutem *om. F* 10 istaec *L*, ista *C*, ista haec *MTFP* ista *om. MTCFP* sentencia *C* maxime *MTCFP* papa beatissime *s. l. add. M*[1] 11 usque *s. l. add. M*[1], *om. T* *post* usque 5 *litt. eras. P*[1] 12 karitatis *C* indigentium *TF* 13 psonas *s. l. add. M*[1] 14 p̄cib; *F* 15 provintias *F* 16 consuletur (u *corr. in* o *M*[1]) *LM* fit *Wouwerenus*, fuit *LMTCFP* ut *s. l. add. M*[1] absentim *L* 17 *inde ab* terseris *exitum epist. om. LT* 18 occlos novidisti *C* quotidie *M*, quottidie *P* deffeccionem *C* 19 *post* toleras *unam litt. eras. C*[1] 21 te tanto *F* 22 conustare *C* 24 dispotitionibus *F* 25 fortinianorum *P* 26 spiritalium *MP* 27 quoties *M*, quoties *P*[1] 29 forsan *CP* collegis *corr. ex* collegiis *F*[1], *ex* collegimus *P*[1] 30 praecipuo (o *corr. ex* i *M*[1]) *MFP* in (in *s. l. add. M*[1]) inficias *MCFP* post *s. l. add. M*[1]

Digitized by Google

populationem, post segetes incendio absumptas peculiari sumptu inopiae communi per desolatas Gallias gratuita frumenta misisti, cum tabescentibus fame populis nimium contulisses, si commercio fuisset species ista, non muneri. vidimus angustas tuis frugibus vias; vidimus per Araris et Rhodani ripas non unum, quod unus impleveras,
6 horreum. fabularum cedant figmenta gentilium et ille quasi in caelum relatus pro reperta spicarum novitate Triptolemus, quem Graecia sua, caementariis pictoribus significibusque illustris, sacravit templis formavit statuis effigiavit imaginibus. illum dubia fama concinnat per rudes adhuc et Dodonigenas populos duabus vagum navibus, quibus poetae deinceps formam draconum deputaverunt, ignotam circumtulisse sementem. tu, ut de mediterranea taceam largitate, victum civitatibus Tyrrheni maris erogaturus
7 granariis tuis duo potius flumina quam duo navigia complesti. sed si forte Achaicis Eleusinae superstitionis exemplis tamquam non idoneis religiosus laudatus offenditur, seposita mystici intellectus reverentia venerabilis patriarchae Ioseph historialem diligentiam comparemus, qui contra sterilitatem septem uberes annos insecuturam facile providit remedium, quod praevidit. secundum tamen moralem sententiam nihil iudicio
8 meo minor est qui in superveniente simili necessitate non divinat et subvenit. quapropter, etsi ad integrum conicere non possum, quantas tibi gratias Arelatensis Regensis Avenniocus, Arausionensis quoque et Albensis, Valentinaeque nec non et Tricastinae urbis possessor exsolvat, quia difficile est eorum ex asse vota metiri, quibus noveris alimoniam sine asse collatam, Arverni tamen oppidi ego nomine uberes perquam gratias ago, cui ut succurrere meditarere, non te communio provinciae, non proximitas civitatis,
9 non opportunitas fluvii, non oblatio pretii adduxit. itaque ingentes per me referunt gratos quibus obtigit per panis tui abundantiam ad sui sufficientiam pervenire. igitur si mandati officii munia satis videor implesse, ex legato nuntius ero. ilicet scias volo: per omnem fertur Aquitaniam gloria tua; amaris laudaris, desideraris excoleris, omnium pectoribus, omnium votis. inter haec temporum mala bonus sacerdos, bonus pater, bonus annus es quibus operae pretium fuit fieri famem suam periculo, si aliter esse non poterat tua largitas experimento. memor nostri esse dignare, domine papa.

---

1 inopia *C* 2 frumenta *om. CP* 3 contulisse *C*[2] commertio *F* fuerit *F* speties *CF* muneri *scripsi*, munere *MCFP* 4 rodani *MFP*, rodanis (s *eras.* *C*[1]) *C* 5 Fabularū *in ras.* *M*[2] ,p *corr. ex* p *P*[1] 6 treptolemus *MCFP* gra *corr. in* gretia *M*[2] cae∘∘mentariis (2 *litt. eras.* *M*[2]) *M* 7 significibus (*om.* que) *M* effigiavit *praeter* effi *in ras.* *M*[2] immaginibus *F* 8 fama *om.* *F* concinnat *scripsi*, concilint *MCP*, conciliet *F* 9 deinceps *C* circumtullisse *MP*, contulisse *C* 10 tirreni *MCF*, tyrrenii *P*[1] 11 compleviſti (vi *induxit* *C*[1]) *C* 12 supersticionis *C* tanquam *F* non *om.* *C*, *s. l. add.* *M*[2] laudatu *M*[1] 13 mistici *CFP* 15 moralem *om.* *C* sentenciam *C* ni iuditio *F* 17 cōniē *F* Arelatensis Regensis *scripsi*, arelatenses regenseus (regenseus *C*[1], regenses *F*) *MCFP* 18 avennicus *F* triscastine (*pr.* s *eras.* *P*[1]) *P* 21 provintie *F* proxima *C* 22 oportunitas *MCFP* precii *MCF* 23 pannis *F*[1] habundantiam *F* 24 officii *corr. ex* officium *C*[2], *om.* *P* nuncius *MC* 27 precium *CF* 28 memor esse nostri d. (*ceteris om.*) *M* esse dignare domine papa *om.* *F* dignare domine papa *om.* *C* domine papa *om.* *P* *subscriptionem om.* *LT*, GAII SOLLII APOLLINARIS SIDONII EPŁARV̄ LIB̄. VI. EXPLICIT. INCIPIT LIB̄. VII. *M*, G. S. A. M. S liber .VI. expl. Incipit (5 *litt. evanuerunt*) libri .VII. *C*, Incip̄ liber VII *subscr. rubricator in F*, Ł .VI. EXPLIC̄ *add. in marg.* *P*[1]

GAI SOLLII
APOLLINARIS SIDONII
EPISTULARUM
LIBER SEPTIMUS.

I.

SIDONIUS DOMINO PAPAE MAMERTO SALUTEM.

Rumor est Gothos in Romanum solum castra movisse: huic semper irruptioni 1
nos miseri Arverni ianua sumus. namque odiis inimicorum hinc peculiaria fomenta
subministramus, quia, quod necdum terminos suos ab Oceano in Rhodanum Ligeris
5 alveo limitaverunt, solam sub ope Christi moram de nostra tantum obice patiuntur.
circumiectarum vero spatia tractumque regionum iam pridem regni minacis importuna
devoravit impressio. sed animositati nostrae tam temerariae tamque periculosae non 2
nos aut ambustam murorum faciem aut putrem sudium cratem aut propugnacula vigilum
trita pectoribus confidimus opitulatura; solo iam invectarum te auctore rogationum
10 palpamur auxilio, quibus inchoandis instituendisque populus Arvernus, etsi non effectu
pari, affectu certe non impari coepit initiari, et ob hoc circumfusis necdum dat terga
terroribus. non enim latet nostram sciscitationem, ⟨quod⟩ primis temporibus harumce 3
supplicationum institutarum civitas caelitus tibi credita per cuiusque modi prodigiorum
terriculamenta vacuabatur. nam modo scaenae moenium publicorum crebris terrae
15 motibus concutiebantur; nunc ignes sulpure flammati caducas culminum cristas super-
iecto favillarum monte tumulabant; nunc stupenda foro cubilia collocabat audacium

---

1 *epist. I totam om. LT* I. SIDONIVS MAMERTO SVO SALVTEM *C*, domino pape mamento (*ceteris om.*) *F*, *inscriptionem om. P* 4 sūministramus *M*, sūministramus *F*[1] oceano *F* in rodanum ligeris alveo *C*, et alveo ligeris in rodanum *F et in ras. M*[2], et ligeris alveo in rodanum *P* 5 nostra *corr. in* nostro *M*[2], *s. l. add. C*[1] 6 spacia *C* 8 ad *F*[2] murorū (ū *in ras. M*[1]) *M* maceriem *Leo* sudium (*prior.* u *in ras. M*[1]) *M* 9 iam *scripsi*, tamen *MCFP* 10 incohandis *P* populus • arvernus • (*bis unam litt. ut v.* q; *eras. C*[2]) *C* affectu pari effectu *F* 12 sciscitationem (scis *in ras. M*[2]) *M*, oscitacionem *C* quod *addidi, om. MCFP* harunce *MF* 13 tibi celitus *F* cuiusque modi *scripsi*, cuiuscemodi *MFP*, huiuscemodi *C* 14 scaenae] pinnae? *Mommsen* menīū *praeter e et* ū *in ras. P*[2] publicorum (o *in ras. M*[2]) *M* 15 momo tibus *C* ignis *C*[1] sulpure *scripsi*, sepe *MCFP* 16 audatium *CF*

Digitized by Google

pavenda mansuetudo cervorum: cum tu inter ista discessu primorum populariumque statu urbis exinanito ad nova celer veterum Ninivitarum exempla decurristi, ne divinae
4 admonitioni tua quoque desperatio conviciaretur. et vere iam de deo tu minime poteras absque peccato post virtutum experimenta diffidere. nam cum vice quadam civitas conflagrare coepisset, fides tua in illo ardore plus caluit; et cum in conspectu pavidae plebis obiectu solo corporis tui ignis recussus in tergum fugitivis flexibus sinuaretur, miraculo terribili novo invisitato affuit flammae cedere per reverentiam, cui sentire
5 defuit per naturam. igitur primum nostri ordinis viris et his paucis indicis ieiunia interdicis flagitia, supplicia praedicis remedia promittis; exponis omnibus nec poenam longinquam esse nec veniam; doces denuntiatae solitudinis minas orationum frequentia esse amoliendas; mones assiduitatem furentis incendii aqua potius oculorum quam fluminum posse restingui; mones minacem terrae motuum conflictationem fidei stabili-
6 tate firmandam. cuius confestim sequax humilis turba consilii maioribus quoque suis fuit incitamento, quos cum non piguisset fugere, redire non puduit. qua devotione placatus inspector pectorum deus fecit esse obsecrationem vestram vobis saluti, ceteris imitationi, utrisque praesidio. denique illic deinceps non fuere vel damna calamitati vel ostenta formidini. quae omnia sciens populus iste Viennensibus tuis et accidisse prius et non accessisse posterius vestigia tam sacrosanctae informationis amplectitur, sedulo petens, ut conscientiae tuae beatitudo mittat orationum suarum suffragia quibus
7 exempla transmisit. et quia tibi soli concessa est post avorum memoriam vel confessorem Ambrosium, duorum martyrum repertorem, in partibus orbis occidui martyris Ferreoli solida translatio adiecto nostri capite Iuliani, quod istinc turbulento quondam persecutori manus rettulit cruenta carnificis, non iniurium est, quod pro compensatione deposcimus, ut nobis inde veniat pars patrocinii, quia vobis hinc rediit pars patroni. memor nostri esse dignare, domine papa.

II.

SIDONIUS DOMINO PAPAE GRAECO SALUTEM.

1 Oneras, consummatissime pontificum, verecundiam meam, multifaria laude cumulando si quid stilo rusticante peraravero. atque utinam reatu careat, quod apicum primore congressu quamquam circumscriptus veritati resultantia tamen et diversa conexui; ignorantiae siquidem meae callidus viator imposuit. nam dum solum mercatoris praetendit officium, litteras meas ad formatae vicem, scilicet ut lector, elicuit, sed quas aliquam gratiarum actionem continere decuisset. namque, ut post comperi, plus Massiliensium benignitate profectus est, quam status sui seu per censum seu per

---

3 ãmonitioni *M* *post* desperatio *12 litt. eras.* P^2 convitiaretur *F* 6 recursus *C* sinuare••tur (re *ut v. eras.* P^2) *P* 7 invisitato *Hauptius*, inusitato *MCFP* *super* sentire *var. lect.*, *quam add.* M^1, *eras.* M^2 8 primum igitur *C* nostri ordinis viris et his paucis indicis ieiunia *in ras.* M^2 et his paucis nostri ordinis viris *CF* 9 flagicia *C* 10 denunciatae *MC* frequentia • (unam *litt. eras.* P^2) *P* 11 esse *om. C* 16 deinceps *C* dampna *MCF* 18 sacro sanctae M^1 19 suarum (*id s. l. add.* C^1) orationum *C* 21 martirum *MC* parte *P et corr. n. f. ex* parti M^1 occidui orbis *F* martiris *MC* 22 quodam M^1 23 retulit *MCFP* 24 rediit hinc *F* 25 esse dignare domine papa *om. MCFP* 26 *epist. II totam om. LT* Sidonius domino *et* salutem *om. F* 27 multipharia *F* 28 pavero *F* reatu utinam *F* 29 congressurum (rum *ind.* F^1) *F* 30 conexus *C*, cõnexui *F* inposuit *F* 32 quis *C* debuisset M^1

familiam forma pateretur. quae tamen ut gesta sunt si quispiam dignus relator evol- 2
veret, fierent iucunda memoratu. sed quoniam iubetis ipsi, ut aliquid vobis a me laetum
copiosumque pagina ferat, date veniam, si hanc ipsam tabellarii nostri hospitalitatem
comicis salibus comparandam salva vestrarum aurium severitate perstringamus, ne
5 secundo insinuatum nos nunc primum nosse videamur. simul et, si moris est regularum,
ut ex materia omni usurpentur principia dicendi, cur hic quoque quodcumque mihi
sermocinaturo materia longius quaeratur expetaturque, nisi ut sermoni nostro sit ipse
pro causa, cui erit noster sermo pro sarcina? Arverni huic patria; parentes natalibus 3
non superbis sed absolutis, et sicut nihil illustre iactantes, ita nihil servile metuentes,
10 contenti censu modico sed eodem vel sufficiente vel libero; militia illis in clericali potius
quam in Palatino decursa comitatu. pater istius granditer frugi et liberis parum
liberalis quique per nimiam parsimoniam iuveni filio plus prodesse quam placere
maluerit. quo relicto tunc puer iste vos petiit nimis expeditus, quod erat maximum
conatibus primis impedimentum; nihil est enim viatico levi gravius. attamen primus 4
15 illi in vestra moenia satis secundus introitus. sancti Eustachii, qui vobis decessit,
actutum dicto factoque gemina benedictio; hospitium brevi quaesitum, iam Eustachii
cura facile inventum, celeriter aditum, civiliter locatum. iam primum crebro accursu
excolere vicinos, identidem ab his ipse haud aspernanter resalutari. agere cum sin-
gulis, prout aetatis ratio permitteret: grandaevos obsequiis, aequaevos officiis obligare.
20 pudicitiam prae ceteris sobrietatemque sectari, quod tam laudandum in iuventute quam 5
rarum. summatibus deinceps et tunc comiti civitatis non minus opportunis quam
frequentibus excubiis agnosci innotescere familiarescere, sicque eius in dies sedulitas
maiorum sodalitatibus promoveri; fovere boni quique certatim, votis omnes plurimi
consiliis, privati donis cincti beneficiis adiuvare; perque haec spes opesque istius raptim
25 saltuatimque cumulari. forte accidit, ut deversorio, cui ipse successerat, quaedam 6
femina non minus censu quam moribus idonea vicinaretur, cuius filia infantiae
iam temporibus emensis necdum tamen nubilibus annis appropinquabat. huic hic
blandus (siquidem ea aetas infantulae, ut adhuc decenter) nunc quaedam frivola, nunc
ludo apta virgineo scruta donabat; quibus isti parum grandibus causis plurimum vir-
30 gunculae animus copulabatur. anni obiter thalamo pares: quid morer multis? adule- 7
scens, solus tenuis peregrinus, filius familias et e patria patre non solum non volente
verum et ignorante discedens, puellam non inferiorem natalibus, facultatibus
superiorem, medio episcopo, quia lector, solacio comitis, quia cliens, socru non inspi-
ciente substantiam, sponsa non despiciente personam, uxorem petit, impetrat, ducit.
35 conscribuntur tabulae nuptiales; et si qua est istic municipioli nostri suburbanitas,

---

1 re••lator (*duas litt. eras.* P^2) *P* 2 iocunda *MCFP* ipsi *scripsi*, ipse *MCFP* ut *om.* *P* 4 perstringimus M^1 5 nos *Leo*, n•• M^1, non *CFP* si *ex* etsi *s. l. add.* M^1 6 matheria *MC* docendi F^1 mihi *C* 7 matheria *MC* expectaturque (c *eras.* P^2) *CP* nisi *MFP*, n *C* 8 nr• C^1 9 nihil *C*, nl *F* nihil *C*, nl *F* 10 milicia *CF* pocius *C* 11 palatio C^1 12 quinque (n *eras.* P^2) *P* 13 quo *praeter* q *in ras.* M^1 14 nihil *CF* enim *om.* *C* 16 facto dictoque *F* benedictio *FP*, benedictio est *C et (add.* est *s. l.* M^1, *eras.* M^2) *M* hospicium *MC* eusthacii *M* 17 cura *s. l. add.* M^1 18 accolere (ac *corr. in* ex F^1) *F* ididem M^1 19 permitter& (& *in ras.* M^1) *M* 20 pudiciciam *CF* 21 oportunis *MCFP* 22 familiarescere *add. in marg.* F^1 sedulita•••s (*duas litt. eras.* M^1) *M* 23 omnis M^1 24 cincti *Vaticanus 3421 aliique*, cincti M^2, cuncti *CFP* 25 diversorio *MCFP* 27 annis *om.* *C* appropinbat *C* hic *MCF*, si *P* 30 ain C^1 moror *F* adolescens *MCFP* 31 famil *F* 32 et] etiam *C* 33 solatio *MFP* cliens *in ras.* M^1 inspitiente *F* 34 despitiente *F* 35 est *om.* *C*

8 matrimonialibus illic inserta documentis mimica largitate recitatur. peracta circumscriptione legitima et fraude sollemni levat divitem coniugem pauper adamatus et diligenter quae ad socerum pertinuerant rimatis convasatisque, non parvo etiam corollario facilitatem credulitatemque munificentiae socralis emungens receptui in patriam cecinit praestigiator invictus. quo profecto mater puellae pro hyperbolicis instrumentis coepit actionem repetundarum velle proponere et tunc demum de mancipiorum sponsaliciae donationis paucitate maerere, quando iam de nepotum numerositate gaudebat. ad hanc placandam noster Hippolytus perrexerat, cum litteras meas prius obtulit.
9 habetis historiam iuvenis eximii, fabulam Milesiae vel Atticae parem. simul et ignoscite praeter aequum epistularem formulam porrigenti, quam ob hoc stilo morante produxi, ut non tamquam ignotum reciperetis quem civem beneficiis reddidistis. pariter et natura comparatum est, ut quibus impendimus studium praestemus affectum. vos vero Eustachium pontificem tunc ex asse digno herede decessisse monstrabitis, si ut pro-
10 pinquis testamenti, sic clientibus patrocinii legata solvatis. ecce parui et oboedientis officium garrulitate complevi, licet qui indocto negotium prolixitatis iniungit, aegre ferre non debeat, si non tam eloquentes epistulas recipit quam loquaces. memor nostri esse dignare, domine papa.

III.

SIDONIUS DOMINO PAPAE MEGETHIO SALUTEM.

1 Diu multumque deliberavi, quamquam mihi animus affectu studioque parendi sollicitaretur, an destinarem, sicuti iniungis, contestatiunculas, quas ipse dictavi. vicit ad ultimum sententia, quae tibi obsequendum definiebat. igitur petita transmisi: et quid modo dicemus? grandisne haec oboedientia? puto, grandis est; grandior impudentia tamen. hac enim fronte possemus fluminibus aquas, silvis ligna transmittere; hac [enim] temeritate Apellen peniculo, caelo Phidian, malleo Polyclitum muneraremur.
2 dabis ergo veniam praesumptioni, papa sancte facunde venerabilis, quae doctissimo examini tuo naturali garrulitate deblaterat. habet consuetudo nostra pro ritu, ut etsi pauca edit, multa conscribat, veluti est canibus innatum, ut, etsi non latrant, tamen hirriant. memor nostri esse dignare, domine papa.

---

1 mimica *praeter* ca *in ras.* M^1 2 legittima *F* sollempni *MCF*, sollenni *P* 3 socrum *C*, *fort. recte* conversatisque *C* 4 crudelitatemque M^1 socrualis *CF* 5 praestigator *MCP* Q. M^2 p *F* hiperbolicis *M*, yperbolicis *F* 8 hyppolitus *M*, hyppolytus *CP*, ipolitus *F* litteras. (*unam litt. eras.* C^2) *C* optulit *F* 9 fabulam *MCFP*; fabulae *malim* Milesiae *Savaro*, milicię *MCP*, militie *F* ignoscitote M^1 10 eplarū *F* formam C^1 11 tanquam *MF* 12 vero *MCP*, g *F* 13 eusthatium *M* 14 dientibus *C* 15 officii *C* negocium *C* 16 loquacis M^1 17 esse dignare domine papa *om. MCFP* 18 *epist. III totam om. LT* Sidonius domino *om. F* migethio *MC*, megethtio *P*, migerio *F* salutem *om. F* 19 que *ex* multumque *s. l. add.* F^2 qmqm mihi *F*, quamq; michi *C* animus affectu *scripsi*, animo affectu *MCFP* 20 sollicitarentur *P* contextatiunculas *F* 24 enim *MFP*, *seclusi*; igitur *C* appellen *MF* periculo *C*, pignicalo *FP et* (igni *in ras.* M^2) *M* calo *FP et corr. ut v. ex* telo M^2, telo *C* fidian *MCFP*, *fort. recte* polielitum *MCP*, pollicitum *F* muneraremur *Bernensis aliique*, uneraremur M^1, veneraremur *CP*, emnlaremur *F* da (ergo *om.*) veniam *F* 25 fecunde *C* 26 deblatterat *CF* 28 hyrriant *MCP* nostri esse dignare domine papa *om. P*, esse dignare domine papa *om. MC*, domine papa *om. F*

Digitized by Google

IV.

SIDONIUS DOMINO PAPAE FONTEIO SALUTEM.

Insinuare quoscumque iam paveo, quia commendatis nos damus verba, vos munera: 1
tamquam non principalitas sit censenda beneficii, quod a me peccatore digressis sanctae communionis portio patet. testis horum est Vindicius noster, qui segnius domum pro munificentiae vestrae fasce remeavit, quoquo loco est, constanter affirmans, cum sitis opinione magni, gradu maximi, non tamen esse vos amplius dignitate quam dignatione laudandos. praedicat melleas sanctas et floridas, quae procedunt de temperata communione, 2
blanditias; nec tamen ex hoc quicquam pontificali deperire personae, quod sacerdotii fastigium non frangitis comitate, sed flectitis. quibus agnitis sic inardesco, ut tum me sim felicissimum iudicaturus, cum mihi coram posito sub divina ope contigerit tam securum de deo suo pectus licet praesumptiosis, artis tamen fovere complexibus. accipite confitentem: suspicio quidem nimis severos et imbecillitatis meae conscius 3
aequanimiter fero asperos mihi; sed, quod fatendum est, hisce moribus facilius humilitate submittimur quam familiaritate sociamur. in summa, viderit, qua conscientiae dote turgescat, qui se ambientibus rigidum reddit; ego tamen morum illius aemulator esse praeelegerim, qui etiam longe positorum incitare in se affectat affectum. illud quoque 4
mihi inter maxima granditer cordi est, quod apostolatus vestri patrocinium copiosum verissimis dominis animae meae, Simplicio et Apollinari, intermina intercessione conferre vos comperi. si verum est, rogo, ut non habeat vestra caritas finem; si falsum est, peto, ut non differat habere principium. praeterea commendo gerulum litterarum, cui istic, id est in Vasionensi oppido quiddam necessitatis exortum sanari vestrae auctoritatis reverentiaeque pondere potest. memor nostri esse dignare, domine papa.

V.

SIDONIUS DOMINO PAPAE AGROECIO SALUTEM.

Bituricas decreto civium petitus adveni: causa fuit evocationis titubans ecclesiae 1
status, quae nuper summo viduata pontifice utriusque professionis ordinibus ambiendi sacerdotii quoddam classicum cecinit. fremit populus per studia divisus; pauci alteros, multi sese non offerunt solum sed inferunt. si aliquid pro virili portione secundum deum consulas veritatemque, omnia occurrunt levia varia fucata, et (quid dicam?) sola est

---

1 *epist. IV totam om. LT* Sidonius domino *om. F* fontelo *C*, fonterio *F* salutem *om. F* 3 tanquam *F* sit *s. l. add. M²*, *om. F* 4 vinditius *C* *post* segnius *expunxit* nr̃ *P¹* 7 melleas *FP et in ras. M²*, illas *C* temperata *corr. ex* temperantia *F¹* communitione *P* 8 quidquam *P* personas deperire *F* personę *praeter* per *in ras. C¹* 9 si *F²* 10 felicissimum sim *F* michi *C* contigerit *s. l. add. F²* 11 praesumptuosis *(post.* u *corr. in* i *C¹) CF* artis *M¹* 12 accpe *F¹* suspitio *F* severs *M¹* inbecillitatis *F* 13 michi *C* quod *s. l. add. M¹*, *om. C* 14 sūmittimur (timur *in ras. M¹*) *MFP* sociamur *M¹*, sotiemur *F* videris *C et (corr. in* viderit *M¹) M* 16 praeelegerim *vulgo;* plegerim *MCFP* 17 michi *C* 18 simplitio et appollinari *F* conferre *om. C* intermissione *F²* 19 karitas *C* 20 deferat *M¹* 22 reverentiaeque *scripsi;* reverentiae *MCF;* reverencie *P* esse dignare domine papa *om. MCFP* 23 *epist. V initium usque ad p. 108, 2* sanctam sedem *om. LT* Sidonius domino *om. F* agroetio *MCP*, agtio *F* *post* agroetio *leg.* suo in *P* salutem *om. F* 26 sacerdocii *C* 27 multissese *F* vili *C²* 28 veritati *corr. ex* veritatēq; *ut v. M¹*, veritati *FP*

d by Google

2 illic simplex impudentia. et nisi me immerito queri iudicaretis; dicere auderem tam praecipitis animi esse plerosque tamque periculosi, ut sacrosanctam sedem dignitatemque affectare pretio oblato non reformident, remque iam dudum in nundinam mitti auctionemque potuisse, si quam paratus invenitur emptor, venditor tam desperatus inveniretur. proin quaeso, ut officii mei novitatem pudorem necessitatem exspecta- 5
3 tissimi adventus tui ornes contubernio, tuteris auxilio. nec te, quamquam Senoniae caput es, inter haec dubia subtraxeris intentionibus medendis Aquitanorum, quia minimum refert, quod nobis est in habitatione divisa provincia, quando in religione causa coniungitur. his accedit, quod de urbibus Aquitanicae primae solum oppidum Arvernum Romanorum reliquum partibus bella fecerunt. quapropter in constituendo 10 praefatae civitatis antistite provincialium collegarum deficimur numero, nisi metro-
4 politanorum reficiamur assensu. de cetero quod ad honoris vestri spectat praerogativam, nullus a me hactenus nominatus, nullus adhibitus, nullus electus est; omnia censurae tuae salva inlibata solida servantur. tantum hoc meum duco, vestras invitare personas expectare voluntates laudare sententias, [et] cum in locum statumque pontificis 15
5 quisque sufficitur, ut a vobis praeceptum, a me procedat obsequium. sed si, quod tamen arbitror minime fore, precibus meis apud vos malesuadus obstiterit interpres, poteritis praesentiam vestram potius excusare quam culpam; sicut e diverso, si venitis, ostenditis, quia terminus potuerit poni vestrae quidem regioni, sed non potuerit caritati. memor nostri esse dignare, domine papa. 20

VI.

SIDONIUS DOMINO PAPAE BASILIO SALUTEM.

1 Sunt nobis munere dei novo nostrorum temporum exemplo amicitiarum vetera iura, diuque est quod invicem diligimus ex aequo. porro autem, quod ad communem conscientiam pertinet, tu patronus: quamquam hoc ipsum praesumptiose arroganterque loquar; namque iniquitas mea tanta est, ut mederi de lapsuum eius assiduitate vix 25
2 etiam tuae supplicationis efficacia queat. igitur, quia mihi es tam patrocinio quam dilectione bis dominus, pariter et quod memini probe, quo polleas igne sensuum, fonte verborum, qui viderim Modaharium, civem Gothum, haereseos Arianae iacula vibrantem

---

1 inmerito me *C* inmerito *CFP* 2 esse animi *F* tam (*om.* que) *F* 3 precio *MCF* remque *LT*, et rem *MCFP* nudinam *F* 4 auctutionem quo *F*[1] invenite u *F*[1] emtor *L* disperatus *L* 5 proinde *C* exspectatissimi *scripsi*; spectatissimi *LMTCF*, spectantissimi *P* 6 *post* adventus tui *in Nanzii codice haec legi*: muneres indultu et inter tantos motus partium factiosarum laborantem me fluctuantemque consilio confirmes collegio informes *testatur Savaro eademque ex 'optimo codice' add. Wouwerenus* ornis *L* quanquam *LMF* 8 diusa *P*, diversa *T* provintia *LF* 10 arvennum *L* romanunũ *L*, romanis *MCFP* 11 antestitae *L* provintialium *F* deficim *corr. in* deficim *M*[2], deficimus *T* 13 nominat *P* adhibit *P* 14 illibata *MCF* hec *C* ivitare *C*[1] 15 sentencias *C* et *LMTCFP*; *del. Wilamowitz* pontificis *LMCFP*, pastoris *T* 17 aput *F* malesuad& *C* 18 pocius *L* 19 quidem vestrae *F* karitati *C* memor nostri esse dignare domine papa *om. L*, esse dignare domine papa *om. MTCP*, domine papa *om. F* *epist. VI totam om. LTP* Sidonius domino *et* salutem *om. F* 22 amiciciarum *CF* 24 quanquam *F* praesumptuose *C* 25 loquar arroganterque *M* 26 efficatia *CF* michi *C* tã *praeter* a *in ras. M*[1] 27 dilectio ne *(unam litt. eras. F*[1]*) F* memini *corr. ex* nemini *F*[2] 28 Arrianae *MF* ariane heresecos *C*

d by Google

quo tu spiritalium testimoniorum mucrone confoderis, servata ceterorum tam reverentia quam pace pontificum non iniuria tibi defleo, qualiter ecclesiasticas caulas istius haereseos lupus, qui peccatis pereuntium saginatur animarum, clandestino morsu necdum intellecti dentis arrodat. namque hostis antiquus, quo facilius insultet balatibus ovium destitu- 3
5 tarum, dormitantum prius incipit cervicibus imminere pastorum. neque ego ita mei meminens non sum, ut nequaquam me hunc esse reminiscar, quem longis adhuc abluenda fletibus conscientia premat; cuius stercora tamen sub ope Christi quandoque mysticis orationum tuarum rastris eruderabuntur. sed quoniam supereminet privati reatus verecundiam publica salus, non verebor, etsi carpat zelum in me fidei sinister
10 interpres, sub vanitatis invidia causam prodere veritatis. Evarix, rex Gothorum, quod 4
limitem regni sui rupto dissolutoque foedere antiquo vel tutatur armorum iure vel promovet, nec nobis peccatoribus hic accusare nec vobis sanctis hic discutere permissum est. quin potius, si requiras, ordinis res est, ut et dives hic purpura byssoque veletur et Lazarus hic ulceribus et paupertate feriatur; ordinis res est, ut, dum in
15 hac allegorica versamur Aegypto, Pharao incedat cum diademate, Israelita cum cophino; ordinis res est, ut, dum in hac figuratae Babylonis fornace decoquimur, nos cum Ieremia spiritalem Ierusalem suspiriosis plangamus ululatibus et Assur fastu regio tonans sanctorum sancta proculcet. quibus ego praesentum futurarumque beati- 5
tudinum vicissitudinibus inspectis communia patientius incommoda fero; primum, quod
20 mihi quae merear introspicienti quaecumque adversa provenerint leviora reputabuntur; dein quod certum scio maximum esse remedium interioris hominis, si in hac area mundi variis passionum flagellis trituretur exterior. sed, quod fatendum est, praefatum 6
regem Gothorum, quamquam sit ob virium merita terribilis, non tam Romanis moenibus quam legibus Christianis insidiaturum pavesco. tantum, ut ferunt, ori, tantum pectori
25 suo catholici mentio nominis acet, ut ambigas ampliusne suae gentis an suae sectae teneat principatum. ad hoc armis potens acer animis alacer annis hunc solum patitur errorem, quod putat sibi tractatuum consiliorumque successum tribui pro religione legitima, quem potius assequitur pro felicitate terrena. propter quod discite cito 7
catholici status valetudinem occultam, ut apertam festinetis adhibere medicinam. Bur-
30 degala, Petrogorii, Ruteni, Lemovices, Gabalitani, Helusani, Vasates, Convenae, Auscenses, multoque iam maior numerus civitatum summis sacerdotibus ipsorum morte truncatus nec ullis deinceps episcopis in defunctorum officia suffectis, per quos utique minorum ordinum ministeria subrogabantur, latum spiritalis ruinae limitem traxit. quam fere constat sic per singulos dies morientum patrum proficere defectu,
35 ut non solum quoslibet haereticos praesentum verum etiam haeresiarchas priorum temporum potuerit inflectere: ita populos excessu pontificum orbatos tristis intercisae fidei desperatio premit. nulla in desolatis cura dioecesibus parochiisque. videas in 8

---

1 spiritualium *CF* tam ceterorum *C* 2 haereseos *Wilamowitz*, aetis *(corr. in* aetis *M¹) MCF* 4 insultat (a *corr. in* e *F¹) F* 5 dormitantium *F* prius dormitantum *C* 7 stecora *C¹* 8 misticis *MCF* eruderabantur *C* 9 plublica *(pr.* l *eras. C¹) C* 11 rupto (o *in ras. M¹) M* 12 promovit *M¹* 13 bissoque *MCF* 15 versat *corr. in* versam *F²* egipto *C* farao *MC* israhelita *MC*, isrlitica *F* 16 cofino *M* babilonis *MCF* 17 hieremia *(corr. in* hieremie *C¹) MC* spiritualem *CF* hierusalem *M*, hirlm *C*, ierlm *F* 19 pacientius *C* 20 michi *C* introspitienti *F* 23 quanquam *F* 26 alacer *C* 28 legitima (e *corr. ex* & *C¹) C*, legittima *F* 29 valitudinem *MF* burdegala *corr. in* burdegali *C²* 30 helisani *C* 31 auxenses *C* 32 truncatis *C* in *om. C* 33 spiritualis *F*, spiritualiū *C* 34 traxi *C* quem *F* morientium *F* 36 popls *M¹* orbatos *corr. ex* orbat' *M¹* 37 premit.. *(duas litt. eras. M¹) M* diocesibus *MCF* parochiisque *vulgo*, parrochiis *(alt.* r *eras. M²) MCF; delet Leo*

Digitized by Google

ecclesiis aut putres culminum lapsus aut valvarum cardinibus avulsis basilicarum aditus hispidorum veprium fruticibus obstructos. ipsa, pro dolor, videas armenta non modo semipatentibus iacere vestibulis sed etiam herbosa viridantium altarium latera depasci. sed iam nec per rusticas solum solitudo parochias: ipsa insuper urbanarum ecclesiarum
9 conventicula rarescunt. quid enim fidelibus solacii superest, quando clericalis non modo disciplina verum etiam memoria perit? equidem cum clericus quisque defungitur, si benedictione succidua non accipiat dignitatis heredem, in illa ecclesia sacerdotium moritur, non sacerdos. atque ita quid spei restare pronunties, ubi facit terminus hominis finem religionis? altius inspicite spiritalium damna membrorum: profecto intellegetis, quanti subrepti sunt episcopi, tantorum vobis populorum fidem periclitaturam. taceo vestros Crocum Simpliciumque collegas, quos cathedris sibi traditis eliminatos similis exilii cruciat, poena dissimilis. namque unus ipsorum dolet se non
10 videre quo redeat; alter se dolet videre quo non redit. tu sacratissimorum pontificum, Leontii Fausti Graeci, urbe ordine caritate medius inveniris; per vos mala foederum currunt, per vos regni utriusque pacta condicionesque portantur. agite, quatenus haec sit amicitiae concordia principalis, ut episcopali ordinatione permissa populos Galliarum, quos limes Gothicae sortis inclusserit, teneamus ex fide, etsi non tenemus ex foedere. memor nostri esse dignare, domine papa.

VII.

SIDONIUS DOMINO PAPAE GRAECO SALUTEM.

1 Ecce iterum Amantius, nugigerulus noster, Massiliam suam repetit, aliquid, ut moris est, de manubiis civitatis domum reportaturus, si tamen ..... aut cataplus arriserit. per quem iocularitер plura garrirem, si pariter unus idemque valeret animus exercere laeta et tristia sustinere. siquidem nostri hic nunc est infelicis anguli status, cuius, ut fama confirmat, minus ⟨tristis⟩ fuit sub bello quam sub pace condicio. facta
2 est servitus nostra pretium securitatis alienae. Arvernorum, pro dolor, servitus, qui, si prisca replicarentur, audebant se quondam fratres Latio dicere et sanguine ab Iliaco populos computare. si recentia memorabuntur, hi sunt, qui viribus propriis hostium

---

26 cfr. Lucan. I, 427 sq.: Arvernique ausi Latio se fingere fratres, Sanguine ab Iliaco populi.

2 fructicibus *F* abstructos M^1, abstructos *C* proh *MCF* 3 altariā *F* 4 parrochias *(alt.* r *eras.* M^2*) MCF* 5 solatii *MF* 7 succidua *s. l. add.* F^2 dignitatis (ti *eras.* M^2) *M* 8 quidē (ē *eras.* M^2) *M* pronuncies *MC* 9 spiritualium *CF* dampna *MCF* 10 intelligetis *MCF* quanto *C* subrepti sunt *scripsi*, sub rēce p̄mitis *C*, sub••••p̄munt *praeter* sub *et* p̄m *in ras.* M^1, surripiuntur *F supra extr.* i *in* episcopi *ras.* M^2 quantis fueritis privati episcopis *Wilamowitz* pupulorum *C* peridaturam *C* 12 crutiat *F* dissimilist F^1 se dolet *C* 13 redeat alter se dolet videre quo *om. C* 14 leonti M^1, leonti *F* ordine urbe karitate melius C^1 15 regni *s. l. add.* F^2 conditionesque *MCF* quatinus *MF* 16 amicitiae *scripsi*, amicitia *M*, amicicia *CF* amicitia, concordia principali ut *Mommsen* 17 gotthicae *M* 18 esse dignare domine papa *om. CM*, domine papa *om. F* 19 *epist. VII totam om. LTP* Sidonius domino *om. F* GRECO PP *C* salutem *om. F* 20 amancius *C* reppetit *C* 21 sit (t *eras.* M^2) *M* aut *expunxit* M^1, *om. F; hiatum significavi* 22 ioc••ari (ul *ut v. eras.* C^2) *C* 23 infelix *C* 24 ut *in ras.* M^2, et *C* minus tristis *scripsi*, min or M^1, minus *C*, melior *F* conditio *CF* 25 precium *MCF* proh *MCF* 26 prischa *F* ab iliaco sanguine *F* 27 hii *F* *ante* viribus *leg.* pro *in M* nuribus *C*

Digitized by Google

publicorum arma remorati sunt; cui saepe populo Gothus non fuit clauso intra moenia formidini, cum vicissim ipse fieret oppugnatoribus positis intra castra terrori. hi sunt, qui sibi adversus vicinorum aciem tam duces fuere quam milites; de quorum tamen sorte certaminum si quid prosperum cessit, vos secunda solata sunt, si quid contrarium, illos adversa fregerunt. illi amore rei publicae Seronatum barbaris provincias propinantem non timuerunt legibus tradere, quem convictum deinceps res publica vix praesumpsit occidere. hoccine meruerunt inopia flamma, ferrum pestilentia, pingues 3 caedibus gladii et macri ieiuniis proeliatores? propter huius tam inclitae pacis expectationem avulsas muralibus rimis herbas in cibum traximus, crebro per ignorantiam venenatis graminibus infecti, quae indiscretis foliis sucisque viridantia saepe manus fame concolor legit? pro his tot tantisque devotionis experimentis nostri, quantum audio, facta iactura est? pudeat vos, precamur, huius foederis, nec utilis 4 nec decori. per vos legationes meant; vobis primum pax quamquam principe absente non solum tractata reseratur, verum etiam tractanda committitur. veniabilis sit, quaesumus, apud aures vestras veritatis asperitas, cui convicii invidiam dolor eripit. parum in commune consulitis; et, cum in concilium convenitis, non tam curae est publicis mederi periculis quam privatis studere fortunis; quod utique saepe diuque facientes iam non primi comprovincialium coepistis esse, sed ultimi. at quousque istae poterunt 5 durare praestigiae? non enim diutius ipsi maiores nostri hoc nomine gloriabuntur, qui minores incipiunt non habere. quapropter vel consilio, quo potestis, statum concordiae tam turpis incidite. adhuc, si necesse est, obsideri, adhuc pugnare, adhuc esurire delectat. si vero tradimur, qui non potuimus viribus obtineri, invenisse vos certum est quid barbarum suaderetis ignavi. sed cur dolori nimio frena laxamus? 6 quin potius ignoscite afflictis nec imputate maerentibus. namque alia regio tradita servitium sperat, Arverna supplicium. sane si medicari nostris ultimis non valetis, saltem hoc efficite prece sedula, ut sanguis vivat, quorum est moritura libertas; parate exulibus terram, capiendis redemptionem, viaticum peregrinaturis. si murus noster aperitur hostibus, non sit clausus vester hospitibus. memor nostri esse dignare, domine papa.

VIII.

SIDONIUS DOMINO PAPAE EUPHRONIO SALUTEM.

Quandoquidem me clericalis officii vincula ligant, felicissimum mediocritatis meae 1 statum pronuntiarem, si nobis haberentur quam territoria vicina tam moenia. de minimis videlicet rebus coronam tuam maximisque consulerem, fieretque actionum

---

1 rememorati *F*[1] clausa *C* 2 terr••ori• (it *et* i *ut v. eras.* *C*[2]) *C* hii *F* 4 contaminum *C* prosperum (u *in ras.* *M*[1]) *M* 5 r. p. *C* provintias *F* 6 deinceps *C* 8 macril *F*[1] tam *scripsi*, tamen *MCF* 10 grāminibus *M*, grāminibus *C* succisque *C* 11 nostri *vulgo*, nostris *MCF* 12 foederis (r *in ras.* *C*[2]) *C* 13 quanquam *F* 14 reserantur (n *eras.* *M*[1]) *MC* comittuntur *C* quaesumus] q̃s *CF* 15 aput *F* cuius *CF* convitii *F* eripit (*pr.* i *corr. ex* u *M*[1]) *M*, erepit *C*[1] 16 concilio *M*[1], concilio *C* est *om.* *MC* 17 facientes diuque *C* 18 comprovincialium *C*, comprovintialium *F* sed ulti *M*[1], seduli *C*, ⊃ ultimi *F* aut *MC* 20 minoris (*alt.* i *corr. in* e *M*[1]) *MC* 23 suaderetis] adluvaretis *Mommsen* 24 impunitate *C*[1] maerentibus *om.* *C* 25 servicium *C* supplitium *F* 26 saltim *C* 28 esse dignare domine papa *om.* *MCF* 30 domino *om.* *F* EVFRONIO *TC* salutem *om.* *F* 31 meae *om.* *P* 32 pronunciarem *LMC* tam *eras.* *M*[2], *om.* *P*, q̃ *T* 33 videllicet *L*

Digitized by Google

mearum quasi cuiuspiam fluvii placidus cursus atque inoffensus, si e tractatu tuo veluti ex saluberrimo fonte manaret. procul dubio tunc ille non esset aut spumosus per iactantiam aut turbidus per superbiam aut caenosus per conscientiam aut praeceps per iuventutem. quin potius in illo squalidum si quid ac putre sorderet, totum id
2 admixta consilii tui vena diluaret. sed quoniam huiuscemodi votis spatia sunt longa interposita praepedimento, sedulo precor, ut consulentem de scrupulo incursae ambiguitatis expedias et, quia Simplicium, spectabilem virum, episcopum sibi flagitat populus Biturix ordinari, quid super tanto debeam negotio facere, decernas. huius es namque vel erga me dignationis vel erga reliquos auctoritatis, ut si quid fieri voles (voles
3 autem quicquid aequissimum est), non suadere tam debeas quam iubere. de quo tamen Simplicio scitote narrari plurima bona, atque ea quidem a plurimis bonis. quae testimonia mihi prima fronte conloquii non satis grata, quia satis gratiosa, iudicabantur. at postquam aemulos eius nihil vidi amplius quam silere, atque eos maxume, qui fidem fovent Arianorum, neque quippiam nominato, licet necdum nostrae professionis, inlicitum opponi, animum adverti exactissimum virum posse censeri, de quo civis
4 malus loqui, bonus tacere non posset. sed cur ego ista haec ineptus adieci, tamquam darem consilium qui poposci? quin potius omnia ex vestro nutu arbitrio litterisque disponentur sacerdotibus, popularibus manifestabuntur. neque enim ita desipimus in totum, ut evocandum te primum, si venire possibile est, deinde, si quid sequius, certe consulendum decerneremus, nisi in omnibus obsecuturi. memor nostri esse dignare, domine papa.

IX.

SIDONIUS DOMINO PAPAE PERPETUO SALUTEM.

1 Desiderio spiritalium lectionum, quarum tibi tam per authenticos quam per disputatores bybliotheca fidei catholicae perfamiliaris est, etiam illa, quae maxumam tuarum scilicet aurium minime digna sunt occupare censuram, noscere cupis; siquidem iniungis, ut orationem, qua videor ad plebem Biturigis in ecclesia sermocinatus, tibi dirigam; cui non rhetorica partitio, non oratoriae minae, non grammaticales figurae
2 congruentem decorem disciplinamque suppeditaverunt. neque enim illic, ut exacte

---

1 fluvi *C* placidissimus (ssi *in ras.* M^2) *MTCFP* adque *L* e tractatu *LMCP*, retractatu *T*, ⁊ tractatu *F* 2 e *MCF*, ꝛ *P* manaret (et *in ras.* M^2) *M* ant•• *(corr. ut v. ex* autem M^2*)* spumosus (sus *in ras.* M^2) *M* 3 iactanciam *C* ac turbidus *P* preceb *C* 4 ac] aut *F* id *LMCFP*, ꝯ *T* 5 ammixta *(corr. in* amixta M^2*) LMC* venena (ne *eras.* C^2) *C* quoniam *L*, quod *MTCFP* spacia *LC* 6 praepedimento (o *in ras.* M^2) *M* sedullo *L* 8 negocii *L*, negocio *C* ē *P* nanque *M* 9 vel *s. l. add.* M^1, *om. P*, ul *F* 11 bona *om. C* adque *L* 12 prima michi *C* colloquii *MTCFP* 13 nichil *MCF* adque *L* maxime *MTCFP* 14 arrianorum *LMTCFP* quippium *C* 15 illicitum *MC*, illitum F^1 apponi *C* animatum adverti *C*, aiadūti *F* quivis *MFP*, ꝯ civis *s. l. add.* M^1, vis *C* 16 qur ergo *L* tanquam *LMF* 17 arbitrio•• *(duas litt. eras.* M^2*) M* 18 popularibusq; (q; *eras.* M^1) *MT* 19 inprimis *T* venire *om. T* secus *MTCFP* 20 nostri esse dignare domine papa *om. MFP*, esse dignare domine papa *om. TC* 22 domino *et* salutem *om. F* 23 spiritalium (spir *in ras.* M^1) *M*, spiritualium *CF* autenticos *MTCFP* 24 byblioteca L^1, bibliotheca *MTCFP* fidei catholicae *aut delere aut post* disputatores *transponere malim* maxumam *Wouwerenus*, maxumū *L*, maximo *MTCFP* 26 quam *MTCFP* biturgis *FP* 27 rethorica *LMTFP* participatio *F* minime *C* 28 disciplinamque (c *in ras.* M^1) *M* enī *s. l. add.* M^1

Digitized by Google

perorantibus mos est, aut pondera historica aut poetica schemata scintillasve controversalium clausularum libuit aptari. nam cum me partium seditiones studia varietates in diversa raptarent, sic dictandi mihi materiam suggerebat iniuria, quod tempus occupatio subtrahebat. etenim tanta erat turba competitorum, ut cathedrae unius numerosissimos candidatos nec duo recipere scamna potuissent. omnes placebant sibi, omnes omnibus displicebant. neque [enim] valuissemus aliquid in commune consulere, 3
nisi iudicii sui faciens plebs lenita iacturam sacerdotali se potius iudicio subdidisset, presbyterorum sane paucis angulatim fringultientibus, porro autem palam ne mussitantibus quidem, quia plerique non minus suum quam reliquos ordines pertimescebant. Igitur, dum publice totos singuli cavent, factum est, ut omnes non aspernanter audirent quod deinceps ambienter expeterent. itaque paginam sume subditis voluminibus ad- 4
iunctam, quam duabus vigiliis unius noctis aestivae Christo teste dictatam plurimum vereor ne ipsi amplius lectioni, quae hoc de se probat, quam mihi credas. memor nostri esse dignare, domine papa.

CONTIO.

Refert historia saecularis, dilectissimi, quendam philosophorum discipulis ad- 5
venientibus prius tacendi patientiam quam loquendi monstrasse doctrinam et sic incipientes quosque inter disputantium consectaneorum cathedras mutum sustinuisse quinquennium, ut etiam celeriora quorumpiam ingenia non liceret ante laudari quam deceret agnosci. ita fiebat, ut eosdem post longam taciturnitatem locutos quisque audire coeperat, non taceret; quia, donec scientiam natura conbiberit, non maior est gloria dixisse quod noveris quam siluisse quod nescias. at nunc mediocritatem meam 6
manet longe diversa condicio, cui per suspiriosas voragines et flagitiorum volutabra gradienti professionis huiusce pondus impactum est; et prius quam ulli bonorum reddam discentis obsequium, cogor debere ceteris docentis officium. adicitur huic inpossibilitati pondus pudoris, quod mihi peculiariter paginae decretalis oblatu pontificis eligendi mandastis arbitrium coram sacrosancto et pontificatu maximo dignissimo papa; qui cum sit suae provinciae caput, sit etiam mihi usu institutione, facundia privilegio, tempore aetate praestantior, ego deque coramque metropolitano verba facturus, et provincialis et iunior, pariter fero imperiti verecundiam, procacis invidiam. sed quoniam vestro sic libitum errori, ut ipse prudentia carens prudentem vobis in 7
cuiusque personam bona multa concurrant sub ope Christi episcopum exquiram, noveritis huiusmodi assensu multum me honoris, plus oneris excipere. primore loco

---

1 schaemata *L*, scemata *MTCFP* 3 michi matheriam *C* 5 scampna *F* 6 enim *seclusi*, *s. l. add. M*[1] 7 iuditio *CF* 8 presbiterorum *MCF* fringulcientibus *MC* aut *F* mussitantibus *F* 9 quas *L* ꝑtimscebant *F*[2] 11 deinceps *C* expeterent *LMFP*, exponerent *TC*, *var. lect., quam s. l. add. M*[1], *eras. M*[2] ita (*om.* que) *F* subdititis *F*[1] 13 ipsi *LMTFP*, si *C* michi *C* memor nostri esse dignare domine papa *om. L* 14 esse dignare domine papa *om. MCFP* digneris *T* 15 *post* papa *leg.* incipit contio *in LMTFP*, explicit incipit concio *in C* 16 dilictissimi *L* filosophorum *L* 17 pacientiam *C* 18 quousque *F*[1] disputantum *T* cathedras (as *in ras. M*[2]) *M* 20 eos *C* longa *L* loquutos *L*, loqutos *T* 21 audiret (*om.* coeperat) *T* taceret] tacere placeret *Mommsen* combiberit *MTCFP* gloria est *T* 22 dixisse *s. l. add. C*[1] 23 longe *s. l. add. C*[1] conditio *TCFP* flagitiora *F*[1] 26 impossibilitati (tati *add. C*[1]) *MTCFP* decretalis (er *in ras. M*[1]) *M* 27 corā (ā *in ras. M*[1]) *M* 28 provintiae *MF* usu *om. MTCFP*, *sed* in *ex* institutione *in ras. 6 litt. M*[2] 29 3 privilegio *T* ẹtate (ẹta *in ras. M*[2]) *M*, 3 aetate *T* deq; coriq; *praeter* de *in ras. M*[1] 30 provintialis *F* 33 huinscemodi *C* oneris] honeris *LTFP* accipere *T*

Digitized by Google

grandem publicae opinionis sarcinam penditote, quod iniunxistis incipienti consummata iudicia atque ab hoc rectum consilii tramitem postulatis, in quo recolitis adhuc nuper erratum. igitur quia vobis id fuit cordi, obsecro, ut quales nos fide creditis, tales intercessione faciatis atque dignemini humilitatem nostram orationibus potius in caelum
8 ferre quam plausibus. primum tamen nosse vos par est, in quas me obloquiorum Scyllas et in quos linguarum, sed humanarum, latratus quorundam vos infamare conantum turbo coniecerit. est enim haec quaedam vis malis moribus, ut innocentiam multitudinis devenustent scelera paucorum, cum tamen e diverso bonorum raritas
9 flagitia multorum nequeat excusare virtutibus communicatis. si quempiam nominavero monachorum, quamvis illum, Paulis Antoniis, Hilarionibus Macariis conferendum, sectatae anachoreseos praerogativa comitetur, aures ilico meas incondito tumultu circumstrepitas ignobilium pumilionum murmur everberat conquerentum: 'hic qui 'nominatur', inquiunt, 'non episcopi, sed potius abbatis complet officium et intercedere 'magis pro animabus apud caelestem quam pro corporibus apud terrenum iudicem 'potest'. sed quis non exacerbescat, cum videat sordidari virtutum sinceritatem crimi-
10 natione vitiorum? si eligimus humilem, vocatur abiectus: si proferimus erectum, superbire censetur; si minus institutum, propter imperitiam creditur inridendus: si aliquatenus doctum, propter scientiam clamatur inflatus; si severum, tamquam crudelis horretur: si indulgentem, facilitate culpatur; si simplicem, despicitur ut brutus: si acrem, vitatur ut callidus; si diligentem, superstitiosus decernitur: si remissum, neglegens iudicatur; si sollertem, cupidus: si quietum, pronuntiatur ignavus: si abstemium producimus, avarus accipitur: si eum qui prandendo pascat, edacitatis impetitur: si eum
11 qui pascendo ieiunet, vanitatis arguitur. libertatem pro improbitate condemnant: verecundiam pro rusticitate fastidiunt; rigidos ob austeritatem non habent caros: blandi apud eos communione vilescunt. ac sic, utrolibet genere vivatur, semper hic tamen bonarum partium mores pungentibus linguis maledicorum veluti bicipitibus hamis inuncabuntur. inter haec monasterialibus disciplinis aegre subditur vel popularium
12 cervicositas vel licentia clericorum. si clericum dixero, sequentes aemulantur, derogant antecedentes. nam ita ex his pauci, quod reliquorum pace sit dictum, solam clericatus diuturnitatem pro meritis autumant calculandam, ut nos in antistite consecrando non utilitatem velint eligere sed aetatem, tamquam diu potius quam bene vivere debeat

1 iniuxistis *C* consumata *C* 2 adque ob *L* 3 id quia vobis fuit cordi *T*, quia id vobis concordi (con *ind.* F^1) fuit *F* tales *om.* *T*, tales nos *F* 4 adque *L* in cęlum potius *T* 5 par est *corr. ex* parem C^2 6 scillas *MCFP* quorumdam *TCP* 7 conantum *in ras.* P^2, conatum *L* proiecerit *T* 8 malis *F* innocenciam *L* 9 nequead *L* 10 quanvis *M* hylarionibus *C* machariis *LMTCFP* 11 sectatae *(pr.* ta *eras.* C^2*)* *C* comiter &' *L*, cōmitetur (ō *corr. in* o C^2) *C*, cōmittetur *P* incondita (a *corr. in* o C^2) *C* 12 circumstrepitans *Leo* pomilionum *MTCFP* conquerentum *(pr.* o *in ras.* M^2*)* *M*, conquirentum *T*, conquerentam (a *corr. in* u C^2) *C* 14 aput *F* aput *F* iudicem terrenum *T* 15 8; (; *in ras.* M^2) *M* exacerbascat (cat *in ras.* M^1) *MTFP* 16 viciorum *MC* eligemus *T* 17 impitiam (impi *in ras.* M^1) *M* irridendus *MTCFP* 18 aliquatinus *LF* aliquaten' doctū *praeter* aliqua *in ras.* M^1 clamatur *s. l. add.* P^2 inflatus M^1, inflandus *LT* tanquam *LMF* 19 dispicitur *L* 20 viciatur *T* supersticiosus *LTCFP* negligens *MFP* 21 solertem *L* pronunciatur *LMTCP* 23 pascendo *in ras.* M^1 condempnant *MTCFP* 24 ab austeritate *MCFP* habent (nt *in ras.* M^1) *M* 25 aput *F* si *M* utroquilibet *C* *post* tamen *expunxit* genere P^1 26 patrium *L* 27 inuncabantur L^1 popularium cervicositas *LMTFP*, popularitas *C* 28 inis *F* 29 cleric' *P*, catus *in marg. add.* P^2 30 auctumant *L* 31 vellint *L* tanquam *LMF*

accipi ad summum sacerdotium adipiscendum pro omnium gratiarum privilegio decoramento lenocinamento. et ita quipiam, in ministrando segnes in obloquendo celeres, in tractatibus otiosi in seditionibus occupati, in caritate infirmi in factione robusti, in aemulationum conservatione stabiles in sententiarum assertione nutantes, nituntur
5 regere ecclesiam, quos iam regi necesse erit per senectam. sed nec diutius placet 13
propter paucorum ambitus multorum notare personas: hoc solum astruo, quod, cum nullum proferam nuncupatim, ille confitetur repulsam, qui profitetur offensam. sane id liberius dico, de multitudine circumstantium multos episcopales esse, sed totos episcopos esse non posse; et, cum singuli diversorum charismatum proprietate potiantur,
10 sufficere omnes sibi, omnibus neminem. si militarem dixero forte personam, protinus 14
in haec verba consurgitur: 'Sidonius ad clericatum quia de saeculari professione 'translatus est, ideo sibi assumere metropolitanum de religiosa congregatione dissimulat; 'natalibus turget, dignitatum fastigatur insignibus, contemnit pauperes Christi'. qua- 15
propter inpraesentiarum solvam quam non tam bonorum caritati quam maledicorum
15 suspicioni debeo fidem (vivit spiritus sanctus, omnipotens deus noster, qui Petri voce damnavit in Simone mago cur opinaretur gratiam benedictionis pretio sese posse mercari) me in eo, quem vobis opportunum censui, nec pecuniae favere nec gratiae, sed statu satis superque trutinato personae temporis, provinciae civitatis, virum, cuius in consequentibus raptim vita replicabitur, competentissimum credidisse. benedictus 16
20 Simplicius, hactenus vestri iamque abhinc nostri, modo per vos deus annuat, habendus ordinis comes, ita utrique parti vel actu vel professione respondet, ut et respublica in eo quod admiretur et ecclesia possit invenire quod diligat. si natalibus servanda 17
reverentia est, quia et hos non omittendos evangelista monstravit (nam Lucas laudationem Iohannis aggressus praestantissimum computavit, quod de sacerdotali stirpe
25 veniebat, et nobilitatem vitae praedicaturus prius tamen extulit familiae dignitatem): parentes ipsius aut cathedris aut tribunalibus praesederunt. inlustris in utraque conversatione prosapia aut episcopis floruit aut praefectis: ita semper huiusce maioribus aut humanum aut divinum dictare ius usui fuit. si vero personam suam tractatu con- 18
siliosiore pensemus, invenimus eam tenere istic inter spectabiles principem locum.

---

23 Lucas I, 4.

1 accipiat summum sacerdocium *L* accipiendū *T*, ł adipiscendum *s. l. add. T*² 2 lenocimento *C*¹ quipiam *in ras. M*?, quippiam *(pr.* p *eras. C*¹*) TCF* imministrando *T* signes *L* 3 ociosi *C* sedicionibus *M* 4 sentiarum *M*¹ 5 iā *s. l. add. M*¹ erit *LT*, est *MCFP*, ł erit *s. l. add. M*¹ 7 qui profitetur *s. l. add. P*² qui ꝙfitetur offensam *add. in marg. F*² 8 circumstantiū multos epales *praeter* circumstanti *add. in marg. M*¹ ee s; totos *in ras. M*¹ 9 esse *s. l. add. L*¹ ••posse *(2 litt. eras. P*²*) P* carismatum (ca *in ras. M*¹) *MTFP*, karismatum *C* 10 omnibus *s. l. add. F*² forte dixero *F* 11 consurgit (it *in ras. M*¹) *M* 12 assumere sibi *T* religiosa (sa *corr. ut v. in* ne *C*¹) *C* 13 fatigatur (s *s. l. add. T*¹) *TC* contempnit *MTCFP* 14 quam *in ras. C*² karitati *C* 15 suspitioni *FP* vivit] iuvet *Wilamowitz*, novit *Leo* omps *LC*, opc *F* 16 dampnavit *MTCFP* in *s. l. add. M*¹ symone *FP* praetio sese *L*, precio sese *F*, preciose (e *corr. in* o *C*²) *C* 17 oportunum *LMTCFP* 18 3 temporis *T* provintiae *MTFP* 19 competenstissimum *L*¹ 21 parti (i *ut v. corr. ex* u *C*²) *C* 22 ammiretur *LMTP*, admiraretur (ra *eras. C*²) *C* 23 est reverentia *F* quia hos non omitendos et euangelista *C* lucas *C* 24 qd *s. l. add. T* styrpe *F* 25 dignitatem familie *F* 26 praesiderunt (i *corr. in* e *M*²) *LM* illustris *MTCFP* in utraque illustris *C* conversatione *LMCFP*, parte *T* 27 floruit *LMTCP*, ł claruit *s. l. add. P*², claruit *F* 28 consilio sic repensemus *T* 29 venimus *P*¹ principes *MTCFP*

d by Google

sed dicitis viro Eucherium et Pannychium inlustres haberi superiores: quod hactenus eos esto putatos, sed praesentem iam modo ad causam illi ex canone non requiruntur, qui ambo ad secundas nuptias transierunt. si annos ipsius computemus, habet efficaciam de iuventute, de senectute consilium. si litteras vel ingenium conferamus, certat
19 natura doctrinae. si humanitas requirenda est, civi clerico peregrino, minimo maximo- 5
que, etiam supra sufficientiam offertur, et suum saepius panem ille potius, qui non erat redditurus, agnovit. si necessitas arripiendae legationis incubuit, non ille semel pro hac civitate stetit vel ante pellitos reges vel ante principes purpuratos. si ambigitur quo magistro rudimentis fidei fuerit imbutus: ut proverbialiter loquar, domi habuit
20 unde disceret. postremo iste est ille, carissimi, cui in tenebris ergastularibus con- 10
stituto multipliciter obserata barbarici carceris divinitus claustra patuerunt. istum, ut audivimus, tam socero quam patre postpositis ad sacerdotium duci oportere vociferabamini; quo quidem tempore plurimum laudis domum rettulit, quando honorari parentum
21 maluit dignitate quam propria. paene transieram, quod praeteriri non oportuerat. sub Moyse quondam, sicut psalmographus ait, in diebus antiquis, ut tabernaculi 15
foederis forma consurgeret, totus Israel in eremo ante Beselehelis pedes oblaticii symbolam coacervavit impendii. Salomon deinceps, ut templum aedificaret in Solymis, solidas populi vires in opere concussit, quamvis Palaestinorum captivas opes et circumiectorum regum tributarias functiones australis reginae Sabaitis gaza cumulaverit. hic vobis ecclesiam iuvenis miles, tenuis solus, adhuc filius familias et iam pater extruxit. 20
nec illum a proposita devotione suspendit vel tenacitas senum vel intuitus parvulorum,
22 et tamen fuit morum factura quae taceret. vir est namque, ni fallor, totius popularitatis alienus; gratiam non captat omnium sed bonorum, non indiscreta familiaritate vilescens sed examinata sodalitate pretiosus et a bono viratu aemulis suis magis prodesse cupiens quam placere, severis patribus comparandus, qui iuvenum filiorum 25
non tam cogitant vota quam commoda; in adversis constans in dubiis fidus in prosperis modestus, in habitu simplex in sermone communis, in contubernio aequalis in consilio praecellens; amicitias probatas enixe expetit, constanter retinet, perenniter servat; inimicitias indictas honeste exercet, tarde credit, celeriter deponit; maxime ambiendus,
23 quia minime ambitiosus, non studet suscipere sacerdotium, sed mereri. dicit aliquis: 30
'unde tibi de illo tam cito tanta conperta sunt?' cui respondeo: prius Bituriges

9 Terent. Adelph. III, 3, 59 (413). 16 immo Exod. 36, 2.

1 sed *LTP*, si (i *in ras.* M^1) *MCF*, l s; *s. l. add.* M^1 viros *T*, vero *C*; iure *Mommsen*, spectabili viro *Wilamowitz* panhichium *MTCF*, panichium (a *corr. in* ā P^2) *P* illustres *MTCFP* haberis *L* actenus M^1 2 ad *s. l. add.* F^2 3 nubtias *L* computem *T* efficatiam *MT* 4 de nectute *L* 5 cui *P* 6 sup supra suffitientiam T^1 psepius L^1 potius *om. T* 7 redditusus (s *corr. in* r C^1) *C* aggnovit *F*, accepit *T*, l agnovit *s. l. add.* T^1 8 vel *post* stetit *om. MTCFP* principat' *F* 10 diceret P^1, didicit *T* kīni *CF* 11 observata F^1 13 retulit *MTCFP* maluit parentum *F* 14 malluit *L* posne *M* quo *L* oportueram F^1 15 muse *L*, moise (i *corr. in* y M^1) *MC* quodam *L* psal•mografus *(unam litt. eras.* P^2*) P* 16 fedis *(expunxit* T^2*)* vetis *T* isrl in heremo *LMTCFP* beseloelis *LT* oblatytii symbolam *L*, oblaticii (c *corr. in* t M^2) simbolum *MC*, oblati crysimbolum *T*, oblativi simbolum *F*, oblati simbolum *P* 17 deincebs *C* solimis *LMTCFP* 20 ecclesiam *s. l. add.* F^2 exstruxit *M*, instruxit T^1 21 propositi *T, fort. recte* 22 morum fuit *T* facta *C* faceret *L* nanque *M* nisi *MTFP* pupularitatis *(pr.* u *corr. in* o C^2*) C* 23 hominum *C* 24 soliditate F^2 preciosus *MC* a *om. MCFP* 25 siveris *L* 28 amicicias *CF* perhenniter *TCF* 29 inimicicias *C*, inimicias F^2 maxime *corr. ex* maxume M^2 30 ambiciosus *MC* suscipere (cip *in ras.* M^1) *M* 31 tanta *add. in marg.* P^2 comperta *MTCFP*

noveram quam Biturigas. multos in itinere multos in commilitio, multos in contractu multos in tractatu, multos in sua multos in nostra peregrinatione cognoscimus. plurima notitiae dantur et ex opinione compendia, quia non tam parvos terminos posuit famae natura quam patriae. quocirca si urbium status non tam murorum ambitu quam civium claritate taxandus est, non modo primum qui essetis, sed ubi essetis agnovi. uxor illi de Palladiorum stirpe descendit, qui aut litterarum aut altarium cathedras 24
cum sui ordinis laude tenuerunt. sane quia persona matronae verecundam succinctamque sui exigit mentionem, constanter adstruxerim respondere illam feminam sacerdotiis utriusque familiae, vel ubi educta crevit vel ubi electa migravit. filios ambo bene et prudenter instituunt, quibus comparatus pater inde felicior incipit esse, quia vincitur. et quia sententiam parvitatis meae in hac electione valituram esse iurastis, 25
siquidem non est validius dicere sacramenta quam scribere, in nomine patris et filii et spiritus sancti Simplicius est, quem provinciae nostrae metropolitanum, civitati vestrae summum sacerdotem fieri debere pronuntio. vos autem de viro, quem loquimur, si novam sententiam meam sequimini, secundum vestram veterem consonate.

X.

SIDONIUS DOMINO PAPAE AUSPICIO SALUTEM.

Si ratio temporum regionumque pateretur, non per sola officia verborum amicitias semel initas excolere curarem. sed quoniam fraternae quietis voto satis obstrepit 1
conflictantium procella regnorum, saltim inter discretos separatosque litterarii consuetudo sermonis iure retinebitur, quae iam pridem caritatis obtentu merito inducta veteribus anuit exemplis. superest, ut sollicito veneratori culpam rarae occursionis indulgeas, quae quo minus assidue conspectus tui sacrosancta contemplatione potiatur, nunc periculum de vicinis timet, nunc invidiam de patronis. sed de his ista: haec etiam multa sunt. interim Petrum, tribunicium virum, portitorem nostri sermonis, insinuo, 2
qui id ipsum sedulo exposcit, quique quid negotii ferat praesentaneo conpendiosius potest intimare memoratu. cui, precor, quod in vobis opis est intuitu paginae praesentis accedat, manente respectu nihilominus aequitatis, contra quam nec magis familiarium causas commendare consuevi. memor nostri esse dignare, domine papa.

---

1 biturgas *LT*, bituricas *CF* in *ante* itinere *om. C* commilicio (c *corr. in* t M^2) *M*, commitilio *C*, comicilio *F* multos in contractu *om. F* 2 multos in tractatu *add. in marg.* P^2 multos in tractatu multos in contractu *(sed* multos in tractatu *s. l. add.* M^1*) MC* quosdã in sua plerosq; in nostra peregrinatione *(extr. r in ras.* C^1*) C* 3 noticie *CF* piniono C^1 tam *om. T* 4 tam *s. l. add.* P^2 5 civium *om. C* pensandus (pens in *ras.* M^1) *MFP*, 1 taxandus, *quod s. l. add.* M^1, *eras.* M^2 primum modo *C* qui esset *P* sed ubi essetis *s. l. add.* M^1 essetis (is *eras.* P^2) *P* 6 peleidorum *C*, paladiorum *F* styrpe *MF* discendit *L* 8 astruxerim *MCFP* 9 educata *F* cre•vit *(unam litt. eras.* P^2*) P* electa *in ras.* M^1 11 sentenciam *C* valitura *C* iuratis *LT* 12 scri•bere *(unam litt. eras.* L^1*) L* 13 ẽ *s. l. add.* M^1 provintie *F* 14 pronuncio *MTC* quem *scripsi*, quo *LMTCFP* 15 sentenciam *C* consonante *(post.* n *eras.* C^2*) C* *subscriptum est* memor nostri esse dignare domine papa *in MTP*, memor nostri *in CF* 16 domino *om. F* AVSPITIO PAPAE *C* auspitio *P* 17 amicicias *CF* 19 saltem *P* litterarum *C* 20 karitatis *C* optentu *LMC* 21 anuit *L*, annuit *MTCFP* culpas *F* 22 cominus *P* pociatur *C* 23 ista haec *MTCFP*, istaec *L* 24 tribunitium *CFP*, tribucinium *LT* virum *om. F* 25 quidque P^1 quod *F* negocii *C* compendiosius *MTCFP* 26 est opis *MCFP* 27 nichilominus *MTCFP* ẽt quã *in ras.* M^1 28 memor nostri esse dignare domine papa *om. L*, nostri esse dignare domine papa *om. MP (sed* nostri *s. l. add.* P^2*)*, esse dignare domine papa *om. CF* memor esto nostri d p *subscr. in T*

XI.

SIDONIUS DOMINO PAPAE GRAECO SALUTEM.

1 Invideo felicitati consuetudinarii portitoris, a quo contigit saepius vos videri. sed quid de Amantio loquar, cum ipsas quoque litteras meas aemuler, quae sacrosanctis reserabuntur digitis, inspicientur obtutibus? et ego istic inter semiustas muri fragilis clausus angustias belli terrore contigui desiderio de vobis meo nequaquam satisfacere permittor. atque utinam haec esset Arvernae forma vel causa regionis, ut
2 minus excusabiles iudicaremur! sed, quod est durius, per iniustitiae nostrae merita conficitur, ut excusatio nobis iusta non desit. quocirca salutatione praefata, sicut mos poscit officii, magno opere deposco, ut interim remittatis occursionis debitum vel verba solventi. nam si commeandi libertas pace revocetur, illud magis verebor, ne assiduitas praesentiae meae sit potius futura fastidio. memor nostri esse dignare, domine papa.

XII.

SIDONIUS FERREOLO SUO SALUTEM.

1 Si amicitiae nostrae potius affinitatisque quam personae tuae tempus ordinem statum cogitaremus, iure vobis in hoc opere, quantulumcumque est, primae titulorum rubricae, prima sermonum officia dedicarentur. isset per avitas tibi stilus noster curules, patricias nihilominus infulas enumeraturus; non tacuisset triplices praefecturas et Syagrio tuo pro totiens mutatis praeconibus praeconia non negasset; patrem inde
2 patruosque minime silendos percucurrisset. et quamlibet posset triumphalibus adoreis familiae tuae defetigari, non tamen eatenus explicandis antiquorum stemmatibus exinaniretur, ut ob hoc ad narrandam gloriam tuam fieret obtusior; qui, si etiam in scribendis maiorum tuorum virtutibus fuisset hebetatus, tuis denuo meritis cacuminaretur. sed salutationem tibi publicam destinaturus non quid fuisses, sed quid nunc
3 potius esses consideravit. praetermisit Gallias tibi administratas tunc, cum maxume incolumes erant. praetermisit Attilam Rheni hostem, Thorismodum Rhodani hospitem, Aetium Ligeris liberatorem sola te dispositionum salubritate tolerasse, propterque prudentiam tantam providentiamque currum tuum provinciales cum plausuum maximo accentu spontaneis subisse cervicibus, quia sic habenas Galliarum moderarere, ut

---

1 GRECO PAPAE *C* 2 consuetudinarii — videri *om. M, add. in marg. M*[1] contingit *MCFP* 3 a*mantio *(unam litt. eras. M*[1]*) M* meas *om. C* 4 inspitientur *FP* semiiustas *F*[1], semiustras (r *eras P*[1]) *P* 5 flragilis *(prior.* l *eras. L*[1]*) L*, flamgilis *C*, fragiles *F*[1] de vobis de vobis *F* 6 adque *L* 7 iudicaremur *L*, excusaremur *(corr. ex* excusarem' *F*[1]*) MTCFP* iniusticiae *CF* 8 iusta (t *in ras. M*[1]) *M* salutacione *C* 9 magnopere *MTCFP* 11 memor nostri esse dignare domine papa *om. L*, esse dignare domine papa *om. MCFP* digneris *T* domine papa *om. T* 12 ferriolo *MFP* salutem om. *F* 13 amicicie *CF* pocius *C* 15 avitas vel stilus tibi *T* 16 nichilominus *MTCP*, nlominus *F* 17 siagrio *MCFP* toties *M*[1], toties *(corr. ex* totius *L*[1]*) LT*, tocies *C* 18 percurrisset *MCFP* 19 defetigari *F*[2], defatigari *TC*, def&tigari *P* 20 ut *MTCFP*, & *L* optusior *L* 21 hebeatus *L* acuminaretur *MTCFP* 22 salutionem *M*[1] distinaturus *L* 23 amministratas *LMTCP* maxime *MTCFP* 24 thorismodū (ū *in ras. M*[1]) *M* rodani *C*, rothdani *P* 25 ethiū ligeris libatorē *in ras. M*[1] & hium *C*, ethium *FP* 26 provintiales *F* 27 cervitibus *F* gallie *T* moderare *F*

possessor exhaustus tributario iugo relevaretur. praetermisit regem Gothiae ferocissimum inflexum affatu tuo melleo gravi, arguto inusitato, et ab Arelatensium portis quem Aetius non potuisset proelio te prandio removisse. haec omnia praetermisit, 4 sperans congruentius tuum salve pontificum quam senatorum iam nominibus adiungi; censuitque iustius fieri, si inter perfectos Christi quam si inter praefectos Valentiniani constituerere. neque te sacerdotibus potius admixtum vitio vertat malignus interpres: nam grandis ordinum ignorantia tenet hinc aliquid derogaturos, quia, sicuti cum epulum festivitas publica facit, prior est in prima mensa conviva postremus ei, qui primus fuerit in secunda, sic absque conflictatione praestantior secundum bonorum sententiam computatur honorato maximo minimus religiosus. ora pro nobis.

XIII.

SIDONIUS SULPICIO SUO SALUTEM.

Himerius antistes, filius tuus, notus mihi hactenus parum vultu, satis opinione, 1 quae quidem in bonam partem porrigebatur, Lugdunum nuper a Tricassibus venit, quo loci mihi raptim ac breviter inspectus sanctum episcopum Lupum, facile principem pontificum Gallicanorum, suae tam professionis magistrum quam dignitatis auctorem, morum nobis imitatione restituit. deus bone, quae viro censura cum 2 venustate, si quid vel deliberet forte vel suadeat! abundat animi sale, cum consulitur, melle, cum consulit. summa homini cura de litteris, sed maxime religiosis, in quibus cum magis occupat medulla sensuum quam spuma verborum. tota illi actionum suarum intentio celeritas mora Christus est. quodque mirere vel laudes, nihil otiosum facit, cum nihil faciat non quietum. ieiuniis delectatur, edulibus adquiescit; illis 3 adhaeret propter consuetudinem crucis, istis flectitur propter gratiam caritatis: summo utrumque moderamine, quia comprimit, quotiens prandere statuit, gulam, quotiens abstinere, iactantiam. officia multiplicat propria, vitat aliena; cumque ipsi vicissim deceat occurri, gratius habet, si sibi mutuus honos debeatur mage quam rependatur. in convivio itinere consessu inferioribus cedit; quo fit, ut se illi voluptuosius turba 4 postponat superiorum. sermonem maximo temperamento cum conloquente dispensat, in quo non patitur ullam aut verecundiam externus aut familiaris iniuriam, aut credulus invidiam aut curiosus repulsam aut suspiciosus nequitiam, aut peritus calumniam aut imperitus infamiam. simplicitatem columbae in ecclesia servat, in foro serpentis astutiam; bonis prudens, malis cautus, neutris callidus iudicatur. quid plura? totum 5

---

1 exhautus *L*, exautus *P* tributario iugo exhaustus *T* 2 flexum *C*[1] affatu *F* gravi *om. T* et *eras. M*[1], *om. P*, *fort. recte* 3 a. e. tius *L*, ethius *M*, ethius *TFP*, & hius *C* remonuisse *L* 4 congruentius sperans *F* 5 praefectos *LMFP*, perfectos *TC* 6 constituere *L* ammixtum *LMTP* interpreba *P* 7 hordinum (h *ind. C*[1]) *C* 8 prior est *corr. ex* priorem *C*[1] coviva *C* 9 absque *L* 10 sentenciam *C*, conscientiam *F* maximo *MTCFP* minimus *scripsi*, minus *LMCFP*, quisque *T* ora pro nobis *LT*, vale *MCF*, Mem̄ nr̄i *F* 11 SVLPLCIO *C*, sulpitio *FP* 12 hymerius *MCF* actenus *L*[1] 13 quidam *L*[1] trecassibus *MTCFP* 17 vel *post* quid *om. MTCFP* habundat *LTFP* 18 set *F* 19 magis eum *T* 20 nichil *MTCFP* ociosum *C* 21 nichil *MTCFP* eduliis *MCFP* 22 karitatis *C* 23 quoties *LMTP* p̄andere *P* quoties *LMTP* 25 grati' (ti *corr. ex* vi *F*[2]) *F* honor (r *corr. in* s *M*[1]) *MT* 26 postponat turba *T* 27 colloquente *MTCFP* 28 aut ullam *T* 29 suspitiosus *F* nequiciam *C* calumpniam *TFP* 30 inperitus *C* 31 astuciam *C*

Digitized by Google

te nobis ille iam reddidit; totam tuam temperantiam religionem, libertatem verecundiam et illam delicatae mentis pudicissimam teneritudinem iucunda similitudine exscripsit. quapropter quantum volueris deinceps frui secreto, indulgere secessui, licebit indulgeas: quandoquidem nos in fratre meo Himerio avum nomine, patrem facie, utrumque prudentia iam tenemus. vale.

XIV.

SIDONIUS PHILAGRIO SUO SALUTEM.

1 Proxime inter summates viros (erat et frequens ordo) vestri mentio fuit. Omnes de te boni in commune senserunt omnia bona, cum tamen singuli quique varia virtutum genera dixissent. sane cum sibi quipiam de praesentia tua, quasi te magis nossent, praeter aequum gloriarentur, incandui, quippe cum dici non aequanimiter admitterem virum omnium litterarum vicinantibus rusticis quam institutis fieri remo-
2 tioribus notiorem. processit in ulteriora contentio; et cum aliqui super hoc errore pervicaciter controversarentur (idiotarum siquidem est, sicut facile convinci, ita difficile compesci), constanter asserui, si eloquentibus amicis numquam agnitio contemplativa proveniat, esse asperum, utcumque tolerabile tamen, quia praevalcant ingenia sua, coram quibus imperitia civica peregrinatur, ad remotarum desideria provinciarum stilo adminiculante porrigere; per quem saepenumero absentum dumtaxat institutorum tantus colligitur affectus, quantus nec praesentanea sedulitate conficitur. igitur, si ita est, desistant calumniari communis absentiae necessitatem vultuum mage quam morum
3 praedicatores. equidem si humana substantia rectius mole quam mente censenda est, plurimum ignoro, quid secundum corpulentiam per spatia quamvis porrecta finalem in homine miremur, quo nihil aeque miserum destitutumque nascendi condicio produxit. quippe cum praebeat tamquam ab adverso bovi pilus, apro saeta, volucri pluma vestitum (quibus insuper, ut vim vel inferant vel repellant, cornu dens unguis arma genuina sunt), membra vero nostra in hunc mundum sola censeas eiecta, non edita; cumque fingendis artubus animalium ceterorum multifario natura praesidio quasi quaedam sinu patente mater occurrat, humana tantum corpora effudit, quorum inbecillitati
4 quodammodo novercaretur. nam illud, sicuti ego censeo, qui animum tuum membris duco potiorem, non habet aequalitatem, quod statum nostrum supra pecudes

---

1 suam *T* 2 iocunda *MTCFP* 3 exscribsit *L*, exscripsit *M*, ł expressit *s. l. add. M*¹, excripsit *P* voleris deincebs *C*¹ indulgeres (s *eras. C*¹) *C* 4 hymerio *CF* aut navum *P*¹ patruum *C* 5 vale *om. L*, Memor nri *F* 6 FILAGRIO *LMTCP* 7 *post* omnes *leg.* semp *in F* 9 quippiam (*pr.* p *eras. C*²) *CFP* 10 n *s. l. add. M*¹ 11 limitterem (ā *corr. in* ad *M*²) *M*, mitterem *L* remotioribus fieri *T* 12 notitiorem *MP*, noticiorem *F* aliquis *L* 14 sic (c *eras. C*²) *C* nunquam *L*, nquam *TP* 16 impericia *C* peregrinantur *F*¹ provintiarum *F* 17 amminiculante *LMTP* 19 calumpniari *TFP* vulgultuum *F*¹ morum (um *in ras. C*¹) *C* 20 substancia *C* 21 quid *LMTFP*, ul quid quia *C* spacia *C* 22 nieremur *corr. in* meremur *F*¹ cuquo *P* nichil *TF*, nil *MCP* distitutumque *L* conditio *LCF* produxit *in ras. M* 23 tanquam *LMF* apro seta *in ras. M*¹ 24 *post* arma *3 litt.* (*fort.* bis) *eras. L*² 25 sunt *om. L* menbra *F* 26 fingendis *scripsi*, signendis *L*, gignendis *MTCFP* artutib; *L*, artibus *MCP* ceterorum (o *corr. ex* u *M*¹) *M* 27 effudit (u *corr. in* ū *F*²) *F* inbecilitati *L*, imbecillitati (c *corr. ex* l *M*¹) *MF* 29 habet equalitatem *praeter* litatem *in ras. M*¹

veri falsique nescias ratiocinatio animae intellectualis evexit; cuius si tantisper summoveant dignitatem isti, qui amicos ludificabundi non tam iudicialiter quam oculariter intuentur, dicant velim in hominis forma quid satis praestans, quid spectabile putent. 5
proceritatemne? quasi non haec saepe congruentius trabibus aptetur. an fortitudinem?
5 quae valentior in leoninae cervicis toris regnat. an decorem liniamentorum? quem crebro melius infigit et argilla simulacris et cera picturis. an velocitatem? quae competentius canibus adscribitur. an vigilantiam? cui certat et noctua. an vocem? cui non cesserit asinus claritate. an industriam? cui pro suo modulo comparari nec formica formidat. sed forsitan praeferunt vim videndi: tamquam non sit eminentior 6
10 visus aquilarum. praeferunt audiendi efficaciam: tamquam sus hispidus non antistet auditu. praeferunt odorandi subtilitatem: tamquam non praecedat vultur olfactu. praeferunt gustandi discretionem: tamquam non plurimum hinc † nosse cedamus et simio. quid de tactu loquar, quinto sensu corporis nostri? quem sibi indifferenter tam philosophus quam vermiculus usurpant. taceo hic de appetitibus inlecebrosis, quos in coitu
15 motui beluino carnis humanae voluptas inclinata communicat. ecce quam miseriam 7
praeferunt excoluntque qui mihi, quod eis solo sis obtutu notior, turgidi insultant. ast ego illum semper Philagrium video, cuius si tacentis viderem faciem, Philagrium non viderem. unde illud simile vulgatum est, quod ait quidam in causa dispari sententia pari: 'filium Marci Ciceronis populus Romanus non agnoscebat
20 loquentem.' conclamata sunt: namque iudicio universali scientiae dignitas virtus praerogativa, cuius ad maximum culmen meritorum gradibus ascenditur. primum 8
etiam bestiale corpus, si iam forte formatum est, dignitate transcendit materiam informem; deinde formato praeponitur corpus animatum; tertio praecedit animam pecudis animus humanus, quia, sicut inferior est caro vitae, sic vita rationi, cuius
25 assequendae substantiam nostram compotem deus artifex, ferinam vero impotem fecit; ita tamen, quod in statu mentis humanae pollet bipertita condicio. nam sicut animae humanitus licet ratiocinantes, hebetes tamen pigrioresque prudentum acutarumque calcantur ingenio, ita si quae sunt, quae sola naturali sapientia vigent, hae peritarum se meritis superveniri facile concedunt. quorum ego graduum differentiam observans 9
30 illum Philagrium cordis oculo semper inspicio, cui me animus potentialiter notum morum similitudine facit. nam licet bonis omnibus placeas, nemo te plus valuit intrinsecus intueri quam qui forinsecus affectat imitari. sane qualiter studiorum tuorum consectaneus fiam, consequa paginae parte reserabitur. amas, ut comperi, quietos; 10

---

1 ratiotinatio *L*, rationatio *F* intellectualis animae *P* tantib; per *L* 2 ñ tã *ante* non tam *induxit* P^2 occulariter *C* 3 scitis *P*, satis *add. in marg.* P^2 4 trabitibus *L* 5 quę *corr. ex* quē M^1 thoris *MCFP* laniamentorum *(pr.* a *corr. in* i F^1*) FP* 6 an infingit? simulachris *F* 7 canibus competentius *MFP* ascribitur *MCFP*, asscribitur *T* vigilanciam *C* 9 tanquam *LM* 10 audendi M^1 efficatiam *LMC* tanquam *LMF* antestet *MCFP* 11 tanquam *MF*, quam *L* olfatu *MCP* 12 tanquam *LMF* nosse cedamus *LMCFP*, nos cedamus *T*, *fort. recte* 13 philosofus *L*, phylosophus *C* 14 illecebrosis *MTCFP* 15 beluino motui *T* 16 michi *C* optutu *LT* 17 st *F* filagrium *LT* tancentis L^1 videre *T* filagrium *LT* 18 est vulgatum *F* *post* quidam *expunxit* eorum F^1 19 sentencia *C* parari *L* cyceronis *F* romanus *om. TF* 20 conclamata *LMTFP*, conclamati *C* nanque *M* sunt namque] sancitaque *Wilamowitz* iuditio *LF* 22 matheriam *MC* 23 tercio *TCF*, tertia *L* 24 vitę caro *transp.* C^1 racioni *C* 25 formā *C* inpotem *T* 26 conditio *LTCFP* 27 raciocinantes *L* prigrioresque *C* 28 pheritarum *F* 29 diferentiam C^1 30 filagrium *LT* inspitio *TF* 31 omnibus *om. F* plus te *C* 32 forisecus C^1 33 consentaneus *F* reserabitur *F*

d by Google

ego et ignavos. barbaros vitas, quia mali putentur; ego, etiamsi boni. lectioni adhibes diligentiam; ego quoque in illa parum mihi patior nocere desidiam. comples ipse personam religiosi; ego vel imaginem. aliena non appetis; ego etiam refero ad quaestum, si propria non perdam. delectaris contuberniis eruditorum; ego turbam
11 quamlibet magnam litterariae artis expertem maxumam solitudinem appello. diceris esse laetissimus; ego quoque lacrimas omnes perire definiò, quas quisque profuderit, nisi quotiens deo supplicat. humanissimus esse narraris; nostram quoque mensulam nullus, ut specum Polyphemi, hospes exhorruit. summa clementia tibi in famulos esse perhibetur; nec ego torqueor, si mei, quotiens peccaverint, non totiens torqueantur.
12 ieiunandum alternis putas? non piget sequi . prandendum? non pudet praevenire. de cetero, si vos a me videri Christi munere datur, ita gaudeam tamquam cui de te nec minora subtracta sint. porro autem quae sint in te maiora iam satis novi. propter quae fieri facilius potest, ut et si quandoque faciem tuam coram positus inspexero, aliqua de te recens mihi laetitia potius quam sententia accedat. vale.

XV.

SIDONIUS SALONIO SUO SALUTEM.

1 Quotiens Viennam venio, emptum maximo velim, ut te fratremque communem colonum civitatis habitatio plus haberet, qui mihi non amore solum verum etiam professione sociamini. sed et ille imputationem meam praetextu frequentatae suburbanitatis eludit, per quam efficitur, ut nobis nec praesens ipse nec reus sit, et tu habes
2 quo te interim excuses, quod te diu possidet vix recepta possessio. quicquid illud est, iam venite, hac deinceps condicione discessum impetraturi, ut aut vicissim redeatis aut serius. nam quamlibet ruri positi strenuos impleatis agricolas, tum vere propriam terram fecundabitis, si ecclesiam, quam plurimum colitis, plus colatis. vale.

XVI.

SIDONIUS CHARIOBAUDO ABBATI SALUTEM.

1 Facis, unice in Christo patrone, rem tui pariter et amoris et moris, quod peregrini curas amici litteris mitigas consolatoriis. atque utinam mei semper sic recorderis,

1 ego *corr. ex* evo P^2 2 michi *C* 3 ipse *om. MTCFP* e & ĩã *s. l. add.* M^1 5 quanlibet *M* maximam *MTCFP* solitudinẽs *F*, sollitudinem *P* apello *TCF* 6 quas quisque *LMTCP*, quisquis *F* 7 quoties *LMTP* 8 polyfemi *T*, poliphemi *F*, polifemi *MCP* 9 prohibetur (pro *corr. in* p M^1) *M* *ante* si *duas litt. eras.* M^1 quoties *LMTFP* peccaverint ñ toties *om. M, add. in marg.* M^1 toties *LMTFP* 10 piget *LMCFP*, pudet *T* *ante* prandendum *leg.* ad *in FP, s. l. add.* M^1 pvenire *F* 11 *ante* vos *expunxit* me T^1 tanquam *LMF* 12 subtrata C^1 13 et *om. T* 14 mrecens (r *corr. ex* a F^1) *F* michi *C* leticia *CF* *post* vale *leg.* in Christo *in MTP* 15 Sidonius *et* salutem *om. F* SALANIO *C* 16 quotiens (t *ut v. corr. ex* c L^1) *LTCF*, quoties *MP* venio *LMTCP*, redeo *F* 17 habitacio *C* michi *C* professione professione *(alt. ind.* P^2*)* *P* 18 sotiamini *F* et *om. P* 19 per quam *in ras.* M^1 20 quod L^1 te *s. l. add.* M^1 quod *L*, quia *MTCFP* quidquid *TP*, quid *F* illud *s. l. add.* M^1 21 hac (h *eras.* C^2) deinceps *C* conditione *LTCFP* 22 *ante* aut *alt.* aut *ut v. eras.* P^1 nam quamlibet *LT*, nanq; lic& *M*, ĩ quã lib& *s. l. add.* M^1, namque licet *CFP* vere *LMTP*, ĩ vero *s. l. add.* M^1, vero *CF* 23 fecunda••bitis *(2 litt. eras.* M^1*)* *M* 24 Sidonius *et* salutem *om. F* CHARIOBAUDO *(post.* O *corr. in* I L^2*)* *L*, CHARIOBALDO *T, fort. recte*, CHARIOBAUDI *MCP*, cariobaudi *F* ABBATI *LMTFP*, SVO *C* *fere evanidum* 25 fac *F* *ante* unice *leg.* o *in MCFP* 26 consulatoris L^1, consolatoris *P* adque *L* semper mei *C*

Digitized by Google

ut sollicitudines ipsas angore succiduo concatenatas, qui exhortator attenuas, intercessor incidas! de cetero, libertos tuos causis quas iniunxeras expeditis reverti puto, quos 2
ita strenue constat rem peregisse, ut nec eguerint adiuvari. per quos nocturnalem cucullum, quo membra confecta ieiuniis inter orandum cubandumque dignanter tegare.
5 transmisi, quamquam non opportune species villosa mittatur hieme finita iamque temporibus aestatis appropinquantibus. vale.

XVII.

SIDONIUS VOLUSIANO FRATRI SALUTEM.

Iubes me, domine frater, lege amicitiae, quam nefas laedi, iam diu desides 1
digitos incudibus officinae veteris imponere et sancto Abrahae diem functo neniam
10 sepulchralem luctuosis carminibus inscribere. celeriter iniunctis obsecundabo, cum tua tractus auctoritate, tum principaliter amplissimi viri Victorii comitis devotione praeventus, quem iure saeculari patronum, iure ecclesiastico filium excolo ut cliens, ut pater diligo; qui satis docuit, quae sibi aut qualis erga famulos Christi cura ferveret, cum torum circa decumbentis antistitis, non dignitatem minus quam membra curvatus
15 ac supra vultum propinqua morte pallentem dolore concolor factus, quid viro vellet lacrimis indicibus ostenderet. et quia sibi maximas humandi funeris partes ipse prae- 2
ripuit, totum apparatu supercurrentis impendii quod funerando sacerdoti competeret impertiens, saltim ad obsequium quae remanserunt verba conferimus, nihil aliud exaraturi stili scalpentis impressu quam testimonium mutuae dilectionis. ceterum viri
20 mores gesta virtutes indignissime meorum vilitate dictorum ponderabuntur.

Abraham sanctis merito sociande patronis,
quos tibi collegas dicere non trepidem;
nam sic praecedunt, ut mox tamen ipse sequare:
dat partem regni portio martyrii.
5 natus ad Euphraten, pro Christo ergastula passus
et quinquennali vincula laxa fame,
elapsus regi truculento Susidis orae
occiduum properas solus ad usque solum.
sed confessorem virtutum signa sequuntur
10 spiritibusque malis fers, fugitive, fugam.
quaque venis, Lemurum se clamat cedere turba:
daemonas ire iubes exul in exilium.

---

1 anguore *MTFP* concathenatas *F* 2 liberos *M*[1] tuto *P* 4 cucullum *TCF*, cocullum *L*, coculum *MP*, 4 cucullum *s. l. add. M*[1] dignater *F* 5 quanquam *LMT* oportune *LMTCFP* villosammittatur *L*[1] 7 Sidonius *et* salutem *om. F* FRATRI *LMTFP*, SVO *C* 8 amicicise *CF* *post* nefas *leg.* est *in TCP et s. l. in M*[1] 9 offinae *M*[1] diem (m *eras. M*[2]) *LMT*, die *CFP* defuncto *F* veniam *L* 10 sepulcralem *CF* 11 devotionē *P* 13 cura *corr. ex* cfl *M*[1] ferverat *L* 14 thorum *MTCFP* antistis *C* bembra *L* 15 pellentem *L* 16 iudicibus *F* 17 totum *s. l. add. M*[1] apparatum *M* 18 nichil *MTCFP* 19 dilictionis *L* v. 1 braham *F*; *itemque ceterorum vv. primae quaeque litt. desunt* sotiande *F* v. 2 trepidas *F* v. 4 martirii *MCP* v. 5 eufraten *MTCFP* v. 6 quinquenali *L* v. 7 susudis *(alt.* u *corr. in* i *M*[1]*) M*, subsidis *F* horae *MCP* v. 8 occidum *C* v. 9 et *F* sequntur *T* v. 10 spiritibus (*om.* que) *P*

Digitized by Google

expeteris cunctis, nec te capit ambitus ullus;
est tibi delatus plus onerosus honor.
Romuleos refugis Byzantinosque fragores
atque sagittifero moenia fracta Tito.
murus Alexandri te non tenet Antiochique;
spernis Elisseae Byrsica tecta domus.
rura paludicolae temnis populosa Ravennae
et quae lanigero de sue nomen habent.
angulus iste placet paupertinusque recessus
et casa, cui culmo culmina pressa forent.
aedificas hic ipse deo venerabile templum,
ipse dei templum corpore facte prius.
finiti cursus istic vitaeque viaeque:
sudori superest dupla corona tuo.
iam te circumstant paradisi milia sacri;
Abraham iam te conperegrinus habet;
iam patriam ingrederis, sed de qua decidit Adam;
iam potes ad fontem fluminis ire tui.

3 Ecce, ut iniunxeras, quae restant sepulto iusta persolvimus; sed, si vicissim caritatis imperiis fratres amicos commilitones obsequi decet, ad vicem, quaeso, tu quoque quibus emines institutis discipulos eius aggredere solari fluctuantemque regulam fratrum destitutorum secundum statuta Lirinensium patrum vel Grinincensium festinus informa; cuius disciplinae si qui rebelles, ipse castiga; si qui sequaces, ipse conlauda.
4 praepositus illis quidem videtur sanctus Auxanius, qui vir, ut nosti, plusculum iusto et corpore infirmus et verecundus ingenio eoque parendi quam imperandi promptior exigit te rogari, ut tuo ipse sub magisterio monasterii magister accedat et, si quis illum de iunioribus spreverit tamquam imperitum vel pusillanimem, per te unum sentiat utrumque non impune contemni. quid multa? vis ut paucis quid velim agnoscas? quaeso, ut abbas sit frater Auxanius supra congregationem, tu vero et supra abbatem. vale.

XVIII.

SIDONIUS CONSTANTIO SUO SALUTEM.

1 A te principium, tibi desinet. nam petitum misimus opus raptim electis exemplaribus, quae ob hoc in manus pauca venerunt, quia mihi nil de libelli huiusce

---

14 Vergil. eclog. VIII, 11: a te principium, tibi desinam (desinet).

v. 13 nec *LMTFP*, no∘ *corr. ut v. ex* nunc C^2 v. 14 honerosus *TCFP* v. 15 refugis F^1 bizantinosque *MTCFP* v. 16 adque sagitiffero *L* *ante* tito *expunxit* viro P^1 v. 18 elisse aei L^1, elisseae M^2, elisse *F*, heliseae *P* birsica *MTCFP* v. 19 paludicoce *C* tempnis *MTCFP* v. 20 habent (ent *in ras.* M^1) *M*, habet C^1 v. 22 cui *om.* *P* v. 26 superest *MTCFP*, superet *L* v. 27 paradysi *MF* v. 28 te iam *C* comperegrinus *MTCP*, comperegrinis *F* v. 29 sed de *LMTCP*, sedē *F*
1 si *s. l. add.* M^1 3 institutos F^1 4 distitutorum *L* lyrinensium *LT* grinnicensium *C*
5 collauda *MTCFP* 6 quidem illis *F* auxianus *F* 7 pariendi F^1 promtior *L*, proptior *F*
9 tanquam *LMF* pusilanimem *L* senciat *C* 10 contempni *MTCF*, contempnit P^1 11 auxianus *LF*
12 val ꝓ *P* 13 Constancio (*om.* Sidonius *et* suo salutem) *inscr.* *F* 14 a te *M*, l ad te *s. l. add.* M^1 desinet *MTCFP*, desinit *L* relectis *MCFP* 15 quae ob (*om.* hoc) pauca in manus *T* michi *C*

d by Google

conscriptione meditanti hactenus incustodita nequeunt inveniri. sane ista pauca, quae quidem et levia sunt, celeriter absolvi, quamquam incitatus semel animus necdum scripturire desineret, servans hoc sedulo genus temperamenti, ut epistularum produceretur textus, si numerus breviaretur. pariter et censui librum, quem lector deli- 2
5 catissimus desiderares, et satis habilem nec parum excusabilem fore, si, quoniam te sensuum structurarumque levitas poterat offendere, membranarum certe fascibus minus onerarere. commendo igitur varios iudicio tuo nostri pectoris motus, minime ignarus, quod ita mens pateat in libro velut vultus in speculo. dictavi enim quaepiam hortando, laudando plurima et aliqua suadendo, maerendo pauca iocandoque nonnulla. et 3
10 si me uspiam lectitavisti in aliquos concitatiorem, scias volo Christi dextera opitulante numquam me toleraturum animi servitutem, compertissimum tenens bipertitam super his moribus hominum esse censuram. nam ut timidi me temerarium, ita constantes liberum appellant. inter quae ipse decerno satis illius iacere personam, cuius necesse est latere sententiam. ad propositum redeo. interea tu, si quid a lectionis sacrae 4
15 continuatione respiras, his licebit neniis avocere. nec faciet materia ut immensa fastidium, quia cum singulae causae singulis ferme epistulis finiantur, cito cognitis in quae oculum intenderis ante legere cessabis quam lecturire desistas. vale.

---

2 quanquam *LMT* 3 scribitur ire *L* *post* epistularum *leg.* non *in F, ñ s. l. add. M*[1] 6 menbranarum *MF* 7 onerere *M*[1], honerarere *TP*, honerare *F* iuditio *F* 8 placeat *F* velud *F* 10 concitaciorem *M* 11 nunquam *LM*, ñquam *T* 13 appellent *F* 14 sentenciam *CT* 15 *inde ab* his licebit *epist. exitus om. in LT, partim in ras. partim in marg. add. in M*[1] inmensa *CFP* 16 ẽplis ferme *transposuit C*[1] iniq; *F*[1] *nulla subscriptio in L*, G. SOLLII apoLLINARIS SIDON[II] EPLARV LIB. VII. EXPLICIT. INCIPIT LIBER. VIII. *partim in ras. partim in marg. add. M*[1], SIDONII EPLARV LIB. VI. EXPLIC. INCIPIT. VII. *T*, EXPLICIT LIBER SIDONII EPI. VII. *C*, Gaii Sollii apollin. Sidon. epistolarum lib VIII' Incipit *F*, G. S. APOLLINARIS Sidonii EPLARV LIB. VII. EXPLIC. INCIPIT LIBER OCTAVVS *et in fol. seq. repet.* INCIPIT LIBER VIII. *P*

GAI SOLLII
APOLLINARIS SIDONII
EPISTULARUM
LIBER OCTAVUS.

I.
SIDONIUS PETRONIO SUO SALUTEM.

1 Tu quidem pulchre (mos hic tuus, et persevera), vir omnium bonorum, qui uspiam degunt, laude dignissime, quod amicorum gloriae, sicubi locus, lenocinaris. hinc est quod etiam scrinia Arverna petis eventilari, cui sufficere suspicabamur, si quid superiore vulgatu protulissemus. itaque morem geremus iniunctis, actionem tamen stili eatenus prorogaturi, ut epistularum seriem nimirum a primordio voluminis inchoatarum in extimo fine parvi adhuc numeri summa protendat, opus videlicet ex-
2 plicitum quodam quasi marginis sui limbo coronatura. sed plus cavendum est, ne sera propter iam propalati augmenta voluminis in aliquos forsitan incidamus vituperones, quorum fugere linguas cote livoris naturalitus acuminatas ne Demosthenis quidem Ciceronisque sententiae artifices et eloquia fabra potuere, quorum anterior orator Demaden, citerior Antonium toleravere derogatores; qui lividi cum fuerint malitiae clarae, dictionis obscurae, tamen ad notitiam posterorum per odia virtutum
3 decucurrerunt. sed quia hortaris, repetitis laxemus vela turbinibus et qui veluti maria transmisimus, hoc quasi stagnum pernavigemus. nam satis habeo deliberatum, sicut adhibendam in conscriptione diligentiam, ita tenendam in editione constantiam. demum vero medium nihil est: namque aut minimum ex hisce metuendum est aut per omnia omnino conticescendum. vale.

---

1 Sidonius *et* suo salutem *om. F* 2 pulchre (re *in ras. M*[1]) *M*, pulcre *C* 4 arvenna *L* eventilaris (s *eras. M*[1]) *M* conspicabamur *F* 5 protilissemus *F* 7 extimo *corr. ex* extim' *C*[1] 8 qsi *corr. ex* qdam *F*[1] 9 vituperationes *F*[1] 10 cote *in ras. M*[1] natulitus *C*[1], naturaliter *T* a•cuminatas *(unam litt. eras. M*[1]*) M* nec *MTCP* demostenis *TCF*, demonstenis *MP* 11 sentenciae *C* 12 orator *MTCP*, orat' *L*, *om. F* clemaden *F* antonium *add. in marg. F*[1] *an secludendum* lividi? 13 malicise *C* noticiam *TCF* posterum *C*[1] de••currerunt *(2 litt. eras. M*[2]*) M*, decurrerunt *TCFP* 14 reperitis *L* laxamus *T* turbinibus *MTCFP*, turbidinis *L* 15 trasmisimus *M*[1] 16 adhibendum *F* scriptione *T* 17 nichil *MTCP*, nl *F* nanque *M* 18 conticiscendum *LC* *totam ep. II om. LT* *inscriptionem om. F*

Digitized by Google

II.

SIDONIUS IOHANNI SUO SALUTEM.

Credidi me, vir peritissime, nefas in studia committere, si distulissem pro- 1
sequi laudibus quod aboleri tu litteras distulisti, quarum quodammodo iam sepultarum
suscitator fautor assertor concelebraris, teque per Gallias uno magistro sub hac tem-
5 pestate bellorum Latina tenuerunt ora portum, cum pertulerint arma naufragium.
debent igitur vel aequaevi vel posteri nostri universatim ferventibus votis alterum te 2
ut Demosthenem, alterum ut Tullium nunc statuis, si liceat, consecrare, nunc ima-
ginibus, qui te docente formati institutique iam sinu in medio sic gentis invictae, quod
tamen alienae, natalium vetustorum signa retinebunt: nam iam remotis gradibus digni-
10 tatum, per quas solebat ultimo a quoque summus quisque discerni, solum erit posthac
nobilitatis indicium litteras nosse. nos vero ceteros supra doctrinae tuae beneficia 3
constringunt, quibus aliquid scribere assuetis quodque venturi legere possint elabo-
rantibus saltim de tua schola seu magisterio competens lectorum turba proveniet. vale.

III.

SIDONIUS LEONI SUO SALUTEM.

15 Apollonii Pythagorici vitam, non ut Nicomachus senior e Philostrati sed ut 1
Tascius Victorianus e Nicomachi schedio exscripsit, quia iusseras, misi; quam, dum pararе
festino, celeriter eiecit in tumultuarium exemplar turbida et praeceps et Opica translatio.
neque mihi rem credito diuturnius elaboratam vitio vertas: nam dum me tenuit in-
clusum mora moenium Livianorum, cuius incommodi finem post opem Christi tibi
20 debeo, non valebat curis animus aeger saltim saltuatim tradenda percurrere, nunc per
nocturna suspiria, nunc per diurna officia districtus. ad hoc, et cum me defetigatum 2
ab excubiis ad devorsorium crepusculascens hora revocaverat, vix dabatur luminibus
inflexis parvula quies; nam fragor ilico, quem movebant vicinantes impluvio cubiculi
mei duae quaepiam Getides anus, quibus nil umquam litigiosius bibacius vomacius erit.
25 sane, cum primum reduci aliquid otii fuit, inpolitum hunc semicrudumque et, ut aiunt,

---

2 nephas *F* 3 sepultarum iam *F* sepulta••rum *(2 litt. eras. C²) C* 4 celebraris *C* hac *om. F* 6 unifusi ferventib (*om.* votis) *F*, satim favfitib; votis *add. in marg. F²* 7 demosthenen *M*, demostenen *CF* staci *F*, tuis *add. in marg. F²* 9 alienae natalium *scripsi*, aliena *(post.* a *corr. in* u *M¹)* talium *MC*, alienae talium *FP* vetustatū (orum) *F¹* retinebant (a) *C¹* iam *s. l. add. F²* 11 inditium *F* an supra ceteros? 13 scola *MCFP* 14 Sidonius *om. F* salutem *om. CF* 15 pithagorici *L*, pitagorici *MTCP*, phitagorici *F* nichomacus *MCFP*, nichomachus *T* pilostrati *MCFP* 16 stacius *T*, statius *F* e *s. l. add. M²*, *corr. ex* & *C¹* nichomachi (ni *s. l. add. M²*) *MCFP* scedio *MCFP* exscribsit *L* misi *corr. ex* mihi *L¹* parare *L*, parere *MTCFP* 17 preceps *C* opaca *(prior.* a *corr. ex* i *M¹)* *MFP* 18 michi *C* elaboturam *C* vicio *MC* 19 post christum *T* 20 trabenda *F* percu••ere (1 *ut v. eras. M¹*) *M* 21 diuturna (ut *eras. M²*) *MF* districtus *scripsi*, destrictus *L*, distractus (us *in ras. M¹*) *MTCFP* defatigatum *TC* 22 de (ab) *F²* diversorium *MTCFP* crepulascens *T* 23 naufragor *P*, aderat *s. l. add. P¹* vitinantes impluvio *F* 24 quaepiam *LMTCP*, quidem *F* gethides *MCFP* unquam *M* litigiosus *C* bibatius *LTFP* vomatius *TFP* erat *T* 25 *post* reduci• *una litt. eras.* mihi *s. l. add. P¹* impolitum *MCFP*

Digitized by Google

3 tamquam musteum librum plus desiderii tui quam officii mei memor obtuli. quocirca sepone tantisper Pythicas lauros Hippocrenenque et illos carminum modos tibi uni tantum penitissime familiares, qui tamen doctis, ut es ipse, personis non tam fonte quam fronte sudantur. suspende perorandi illud quoque celeberrimum flumen, quod non solum gentilicium sed domesticum tibi quodque in tuum pectus per succiduas aetates ab atavo Frontone transfunditur. sepone pauxillulum conclamatissimas declamationes, quas oris regii vice conficis, quibus ipse rex inclitus modo corda terrificat gentium transmarinarum, modo de superiore cum barbaris ad Vachalin trementibus foedus victor innodat, modo per promotae limitem sortis ut populos sub armis,
4 sic frenat arma sub legibus. exuere utcumque continuatissimis curis et otium tuum molibus aulicis motibusque furare. historiam flagitatam tunc recognosces opportune competenterque, si cum Tyaneo nostro nunc ad Caucasum Indumque, nunc ad Aethiopum gymnosophistas Indorumque bracmanas totus lectioni vacans et ipse quodammodo
5 peregrinere. lege virum fidei catholicae pace praefata in plurimis similem tui id est a divitibus ambitum nec divitias ambientem; cupidum scientiae continentem pecuniae; inter epulas abstemium, inter purpuratos linteatum, inter alabastra censorium; concretum hispidum hirsutum in medio nationum delibutarum atque inter satrapas regum tiaratorum murrhatos pumicatos malobathratos venerabili squalore pretiosum; cumque proprio nihil esui aut indutui de pecude conferret, regnis ob hoc, quae pererravit, non tam suspicioni, quam [fuisse] suspectui; et a fortuna regum sibi in omnibus obsecundante illa tantum beneficia poscentem, quae mage sit suetus oblata praestare quam
6 sumere. quid multis? si vera metimur aestimamusque, fors fuat an philosophi vitae scriptor aequalis maiorum temporibus accesserit. certe par saeculo meo per te lector obvenit. vale.

---

1 Plini epist. VIII, 21, 6.

1 tanquam *LMF* optuli *F* 2 pythigas *L*, phyticas *M*, phiticas *CF*, phi••ticas (si *ut v. eras.* P^1) *P* hypocrenenque *MCP*, hypocrenemque *F* 3 plenitissime F^1 ipea *L* 4 fronte (r *eras.* P^2) *P* flum̄ *M*, ł fulm̄ *s. l. add.* M^1, fulmen *LT*, fulm̄ *P*, ł flum̄ *s. l. add.* P^1 5 non gentilicium sed solum (solum *eras.* P^2) domesticum *FP* gentilitium *C* 6 attavo *MTCFP*, ł octavo *s. l. add.* M^1 transfuditur *C* pauxilulum M^1 conclamantissimas (*post.* n *eras.* M^1) *MC* 7 declamationes (de *corr. ex* con F^2) *F* vice regii *T* 8 vachalin *L*, vacalin *C*, vachalyn *MT*, vachalim *F*, uacalim *P* trementibus (tr *in ras.* M^1) *M*, tremescentibus *F* 9 innodat victor *transposuit* P^2 per *om. C* promotę (motę *in ras.* M^1) *M* 11 hystoriam fatigatā *F*, flagitatā *add. in marg.* F^2 oportune *LMTCFP* 12 tyoneo (*prior.* o *in ras.* M^2P^1) *MP*, thyaneo *L*, thianeo *T* 13 gimnosophistas *MFP*, gimnosophystas *C*, ginnosophistas *T* bragmanas *MTCF* 14 peregrinare *T* praefatata F^1 15 divicias *M* continentem *LMCFP*, contemptorem *T* 16 purpuras M^1 lintheatum *F* alabastra L^1, habaustra *T*, alabaustra (n *eras.* P^2) *P* 17 hirsucum *F* dilubatarum *L* adque *L*, atque *s. l. add.* P^1 regum *om. F, s. l. add.* P^1 18 tyaratorum *F*, thiaratorum *TC*, thyaratorum *M et corr. ex* piratorum P^1 murratos *L*, myrratos *M et corr. ex* miratos P^1, mirratos *TCF* punicatos *F* mallobathatros L^1, malobatratos *MTP*, malabatratos *C*, malebatratos *F* venerabilis (s *eras.* M^1) *M* preciosum *MCP* 19 *ante* proprio *eras. ut v.* pronidi P^1 nichil *MTCFP* aut *LMTCP*, ac *F* induitu *L* 20 suspitioni *LTCP* fuisse *seclusi* a *om. MCFP* 21 suetus *MTCFP*, vestus *L* 22 estimamusq; *in ras.* M^1 fuat *LMCP*, ł fiat *s. l. add.* M^1, fiat *T*, ruat *F* philosofi *L*, phylosophi *C* 23 accesserit *C*

d by Google

IV.

SIDONIUS CONSENTIO SUO SALUTEM.

Umquamne nos dei nutu, domine maior, una videbit ille ager tuus Octavianus, 1
nec tuus tantum quantum amicorum? qui civitati fluvio mari proximus hospites epulis,
te pascit hospitibus, praeter haec oculis intuentum situ decorus, primore loco, quod
domicilium parietibus attollitur ad concinentiam scilicet architectonicam fabre locatis;
tum sacrario porticibus ac thermis conspicabilibus late coruscans; ad hoc agris aquis-
que, vinetis atque olivetis, vestibulo campo colle amoenissimus; iam super penum vel
supellectilem copiosam thesauris bibliothecalibus large refertus, ubi ipse dum non
minus stilo quam vomeri incumbis, difficile discernitur domini plusne sit cultum rus an
ingenium. igitur hic tu, quantum recordor, citos iambos, elegos acutos ac rotundatos 2
hendecasyllabos et cetera carmina musicos flores thymumque redolentia, nunc Narbo-
nensibus cantitanda, nunc Biterrensibus, ambigendum celerius an pulchrius elucubrasti,
apud aequaevos gratiam tuam, famam apud posteros ampliaturus. certe mihi, quotiens
tui versus a meditationis incude tamquam adhuc calidi deferebantur, sic videbatur,
qui, etsi non bene scribo, bene iudico. sed, quod fatendum est, talibus studiis anterior 3
aetas iuste vacabat seu, quod est verius, occupabatur; modo tempus est seria legi,
seria scribi deque perpetua vita potius quam memoria cogitari nimiumque meminisse
nostra post mortem non opuscula sed opera pensanda. quae quidem ad praesens non 4
ita loquor, quasi tu non utraque laudanda conficias aut, si adhuc durat in sermone
laetitia, non custodiatur in actione censura, sed ut qui Christo favente clam sanctus
es, iam palam religiosa venerandus iugo salubri colla pariter et corda subdare in-
vigiletque caelestibus lingua praeconiis, anima sententiis, dextra donariis: praecipue
tamen dextra donariis, quia quicquid ecclesiis spargis, tibi colligis; ad cuius exercitia
virtutis illud vel principale te poterit accendere, quod inter opes quaslibet positi
quae bona stultis falso vocantur, si quid agimus, nostrum, si quid habemus, alienum
est. vale.

V.

SIDONIUS FORTUNALI SUO SALUTEM.

Ibis et tu in paginas nostras, amicitiae columen, Fortunalis, Hibericarum decus 1
inlustre regionum; neque enim tibi familiaritas tam parva cum litteris, ut per has

---

1 consencio *F* salutem *om.* *F* 2 unquamne *M* dei nutu *s. l. add.* M^1 argentuus *L* obtavianus *C* 3 proxmus *F* 4 occulis *C* intuentium *F* 5 adtollitur *L* continentiam *C*, continentiam P^1, concinnentiam *MTF* scilicet *om.* *T* architectoricam *TCF*, architec•••tonicam *(3 litt. eras.* P^1*)* *P* 6 termis *MCFP* choruscans *F* 7 adque *L* 8 suppellectilem *MTCFP* refectus *P* dum *om.* *TC* 9 dificile *L* 10 hic igitur tu *C* ic *L* rotundos (dos datos *corr.* P^1) *FP* 11 endecasyllabos *L*, endecasillabos *MTCFP* cetera et *L* cetera *s. l. add.* C^1 thimumque *TP* 12 quantitanda *T* ambigendū (endū *in ras.* M^1) *M* pulcrius *CP* 13 aput *F* aput *F* cer|certo *(prius* cer *eras.* C^2*)* *C* mihi quotiens *LMT*, michi quotiens *C*, quotiens mihi *F*, quotiens m *(corr. in* m quotiens•• P^2*)* *P* 14 tanquam *LMF* 16 occubabatur *(prior.* b *corr. in* p C^1*)* *C* 17 de^{que} F^1 de memoria *T* 18 set *F* 19 ita *corr. ex* ta F^1 utroque *L* 20 leticia *F* 21 religiose *(post.* o *corr. ex* a M^2, *in ras.* P^2*)* *MP* cola *L* subdare (a *in ras.* M^1) *M* 22 praeconis L^1 sentenciis *C* dextera *M* 23 quidquid *T* exercicia *F* 24 principale *L*, principaliter *MTCFP* te *om.* *T* accedere *L* 25 agim' *corr. ex* habem' C^1 27 salutem *om.* *F* 28 in *s. l. add.* M^1 amicicine *CF* 29 illustre *MTCFP* familiaritas tibi *T* ut *s. l. add.* F^1

ipsas de te aliquid post te superesse non deceat. vivet ilicet, vivet in posterum
2 nominis tui gloria. nam si qua nostris qualitercumque gratia reverentia fides chartulis inest, sciat aetas volo postuma nihil tua fide firmius forma pulchrius, sententia iustius patientia tolerantius, consilio gravius convivio laetius colloquio iucundius. illud quoque supra cetera agnoscet, praeconia laudibus tuis ex votorum contrarietate venisse. nam prope est, ut eminentius censeatur quod probaverunt te adversa constantem, quam si celarent secunda felicem. vale.

VI.

SIDONIUS NAMATIO SUO SALUTEM.

1 Gaium Caesarem dictatorem, quo ferunt nullum rem militarem ducalius administrasse, studia certatim dictandi lectitandique sibi mutuo vindicavere. et licet in persona unius eiusdemque tempore suo principis viri castrensis oratoriaeque scientiae cura certaverit ferme gloria aequipari, idem tamen numquam se satis duxit in utriusque artis arce compositum, priusquam vestri Arpinatis testimonio ceteris mortalibus
2 anteferretur. quod mihi quoque, si parva magnis componere licet, secundum modulum meum quamquam dissimillimo similiter accessit. quae super cunctos te quam primum decuit agnoscere, quia tibi est tam gloria mea quam verecundia plurimum curae. Flavius Nicetius, vir ortu clarissimus, privilegio spectabilis, merito inlustris et hominum patriae nostrae prudentia peritiaque iuxta maxumus, praeconio, quantum comperi, immenso praesentis opusculi volumina extollit, insuper praedicans, quod plurimos iuvenum nec senum paucos vario genere dictandi militandique, quippe adhuc aevo
3 viridis, ipse sim supergressus. equidem, in quantum fieri praeter iactantiam potest, gaudeo de praestantissimi viri auctoritate, si certus est, amore, si fallitur: licet quis provocatus nunc ad facta maiorum non inertissimus, quis quoque ad verba non infantissimus erit? namque virtutes artium istarum saeculis potius priscis saeculorum rector ingenuit, quae per aetatem mundi iam senescentis lassatis veluti seminibus emedullatae parum aliquid hoc tempore in quibuscumque, atque id in paucis, mirandum ac memo-
4 rabile ostentant. huius tamen ego, etsi studiorum omnium caput est litterarumque, quia personam semper excolui, vereor sententiam supra quam veritas habet affectu ponderatiore prolatam. neque ob hoc infitias ierim me saepe luculentis eius actionibus adstitisse, quarum me, etsi reddere mutuum videor, vel ex parte cursimque fieri

---

1 ipsa *C* te *om. TC* illic et *T* 2 cartulis *TCF* 3 posthuma *LMTCF* nichil *MTCP*, nl *F* pulcrius L^1, pulcrius *C* 4 pacientia *LC* iocundius *LMTCFP* 7 scla *C* vale *om. M* 8 nammatio *MC*, namma • tio (u *ut v. eras.* T^1) *T*, naumatio *F*, nam • matio (p *ut v. eras.* P^2) *P* salutem *om. F* 9 quod *L* amministrasse *LMTFP* 10 certatim *LMTC*, certandi *FP et s. l. add.* M^1 vendicavere *F* 11 eiusdem q; M^1 scientiae, *quod om. F, add. in marg.* F^1, *nunc evanidum* 12 *post.* ferme 3 *litt. eras.* P^1 aequipari *T*, equip • • ari (er *ut v. eras.* C^2) *C* nunquam *M* 13 harpinatis *L* 14 michi *C* 15 quanquam *M* disimillimo *L*, dissimilissimo *C* primum *om. C* 16 tam *om. C, s. l. add.* P^1 primum *C* 17 niceeius *LC* illustris *MTCFP* 18 prundentia *L* periciaque *F* maximus *MTCFP* inmenso *CFP* 20 dictandi • q; • • (*om.* militandi) *corr. ut v. ex* dictandique *P* 21 supergressus sim *T* 23 fic *corr. ex* ne T^1 24 nanquo *M* 25 *post* veluti *leg.* iš *in T* 26 *ante* hoc *leg.* in *in TCFP, s. l. add. in* M^1 adque *L* ac *s. l. add.* F^1 27 caput ÷ (÷ *eras* T^2) omnium est *T* capud *L* 28 quia *LMC*, qui *TFP*, qui • *et s. l. add.* l quia M^2 sentenciam *C* affectus *F* 29 ponderatione *CF* in (in *add.* M^2) inficias *MCFP* luculenti' *C* 30 astitisse *MTCFP* fieri *om. F, s. l. add.* P^1

memorem fas est. audivi eum adulescens atque adhuc nuper ex puero, cum pater 5
meus praefectus praetorio Gallicanis tribunalibus praesideret, sub cuius videlicet
magistratu consul Asterius anni sui fores votivum trabeatus aperuerat. adhaerebam
sellae curuli, etsi non latens per ordinem, certe non sedens per aetatem, mixtusque
5 turmae censualium paenulatorum consulis, proximae proximus eram. itaque, ut primum
brevi peracta, nec brevis, sportula datique fasti, acclamatum est ab omni Galliae coetu
primoribus advocatorum, ut festivitate praeventas horas antelucanas, quae diem serum
cum silentio praestolarentur, congrua emeritorum fascium laude honestarent. Nicetium 6
protinus circumspexere conspicati, qui non sensim singulatimque, sed tumultuatim
10 petitus et cunctim cum quodam prologo pudoris vultum modeste demissus inrubuit.
atque ob hoc illi maximum sophos non eloquentia prius quam verecundia dedit. dixit
disposite graviter ardenter, magna acrimonia maiore facundia maxima disciplina, et
illam Sarranis ebriam sucis inter crepitantia segmenta palmatam plus picta oratione,
plus aurea convenustavit. per ipsum fere tempus, ut decemviraliter loquar, lex de 7
15 praescriptione tricennii fuerat proquiritata, cuius peremptoriis abolita rubricis lis omnis
in sextum tracta quinquennium terminabatur. hanc intra Gallias ante nescitam primus,
quem loquimur, orator indidit prosecutionibus edidit tribunalibus, prodidit partibus
addidit titulis, frequente conventu raro sedente, paucis sententiis multis laudibus.
praeter ista per alias vices doctrinam illius, quo more citius homo discitur, inobservatus 8
20 inspexi tunc, cum quae regit provincias fascibus Nicetiano regeretur praefectura con-
silio. quid multa? nil quod non meum vellem, nil quod non admirarer audivi. propter 9
quae omnia bona in viro sita laetor ad puncta censoris omnium voce concelebrati.
granditer enim sua in utramvis de me opinionem sententia valet: quae, si vera com-
perimus, tantum mihi est favens securitati, quantum fieret adversata formidini. de
25 cetero fixum apud me stat constitutumque, prout rem ex asse cognovero, vel silentio lora
laxare vel stringere frena garritui. namque si supradicti confirmor assensu. Athenis
loquacior, si minus, Amyclis ipsis taciturnior ero. sed de sodali deque me satis dictum. 10
tu nunc inter ista quid rerum? quas mihi ad vicem nosse non minus cordi. venaris,

---

1 adolescens *MTCFP* adque *L* 3 astyrius *L*, astirius *(corr. in* asterius *M²) MTP* 4 coruli *F¹* *post* latens *leg.* generositatis *in CP et s. l. in M¹, expunxit F¹* 5 consulis proximae proximus *L*, consuli proxime proximus *(corr. in* proximis *M¹P¹) MP*, consuli proximi *(corr. in* proxime *F²)* proximus *F*, consuli proxime proximis *C*, proximae proximis consuli *T* 7 quae *L*, quę (ę *in ras. M¹) M*, que *FP*, qui *TC* 8 praestularentur *L* congrua (a *in ras. M²)* meritorum *MTCFP* nicecium *C* 9 conspicati *Mommsen*, conspecti *LMTCF*, conpecti *P* singultimque *M¹*, *om. T* tumultimq; (q; *eras. T²) T¹* 10 po&it' *praeter* p *in ras. M²* proloco *L* dimissus *T* irrubuit *MTFP*, erubuit *C* 11 adque *L* 12 andenter *(prior.* n *corr. in* r *F¹) F* 13 crepitancia *F* 14 ut *s. l. add. F²* decimviraliter *L*, decemvilariĩ *corr. in* decemvilalit *F¹* 15 triennii *F* peremptoriis *L¹* 16 terminabantur *C¹* ante nescitam *LMTFP*, ł anne sciam *s. l. add. M²*, an nesciam *C* 17 prosequutionibus *L* prosecutionibus edidit *om. T* 18 frequenter *(post.* r *eras. C²) C* sententcis *C¹* 19 ista *M¹* cicius *C* dicitur *C* 20 cūq; *corr. in* cūq *M²* provintias *F* facibus *C* niceciano *MC* 21 nil qd fi. meū vellē *s. l. add. M¹* non *s. l. add. F²* ammirarer *LMTC* 22 sita *MTCFP*, ista *L* 23 sua *om. F* sentencia *C* vera *(corr. in* verā *M¹) LMTC*, verā *FP* 24 michi *C* seccuritati (cu *in ras. M¹) M* adversa • *M¹*, adversa *TCFP* 25 aput *F* stat constitūq; *praeter prior.* st *in ras. M¹* ex asse *(corr. in* ex sese *M²) LMTCF*, ex sese (ex *in ras. P¹) P* silentio (o *in ras. M²) M* *ante* lora *leg.* me *in MTCFP* 26 nanque *M* affirmor *C* 27 loquatior *LCFP* amyc • lis (h *ut v. eras. L²) L*, amiclis *MTCFP* taciturnio r&ro *L* 28 tu nunc *LMTFP*, tunc *C* michi *C* ad invicem *F¹*

aedificas, rusticarisne? an horum aliquid unum? an singula vicissim? an pariter et cunctim? sed de Vitruvio sive Columella, seu alterutrum ambosve sectere, decentissime facis. potes enim utrumque more quo qui optimo, id est ut cultor aliquis e primis archi-
11 tectusque. ceterum, ut tibi de venatoris officio quam minimum blandiaris, maxume iniungo. namque apros frustra in venabula vocas, quos canibus misericordissimis, quibus abundas, et † si quidem solis, movere potius quam commovere consuesti. Esto, sit indulgentia dignum, quod reformidant catuli tui bestiis appropinquare terribilibus corpulentisque: illud ignoro quomodo excuses, quod capreas, pecus simum, pariter et dammas in fugam pronos iacentibus animis pectoribus erectis, passibus raris crebris
12 latratibus prosequuntur. quapropter de reliquo fructuosius retibus cassibusque scrupeas rupes atque opacandis habilia lustris plosor statarius nemora circumvenis ac, pudor si quis, temperas cursibus apertis quatere campos et insidiari lepusculis Olarionensibus; quos nec est tanti, raro te insectante superandos, copulis palam ductis inquietari, nisi forsitan, dum tibi ac patri noster Apollinaris intervenit, rectius fiet ut exerceantur.
13 exceptis iocis fac sciam tandem, quid te, quid domum circa sed ecce dum iam epistulam, quae diu garrit, claudere optarem, subitus a Santonis nuntius; cum quo dum tui obtentu aliquid horarum sermocinanter extrahimus, constanter asseveravit nuper vos classicum in classe cecinisse atque inter officia nunc nautae, modo militis litoribus Oceani curvis inerrare contra Saxonum pandos myoparones, quorum quot remiges videris, totidem te cernere putes archipiratas: ita simul omnes imperant parent, docent discunt latrocinari. unde nunc etiam ut quam plurimum caveas, causa
14 successit maxuma monendi. hostis est omni hoste truculentior. inprovisus aggreditur praevisus elabitur; spernit obiectos sternit incautos; si sequatur, intercipit, si fugiat, evadit. ad hoc exercent illos naufragia, non terrent. est eis quaedam cum discriminibus pelagi non notitia solum, sed familiaritas. nam quoniam ipsa si qua tempestas est huc securos efficit occupandos, huc prospici vetat occupaturos, in medio fluctuum
15 scopulorumque confragosorum spe superventus laeti periclitantur. praeterea, priusquam de continenti in patriam vela laxantes hostico mordaces anchoras vado vellant, mos est remeaturis decimum quemque captorum per aquales et cruciarias poenas plus

---

1 rusticarisne *om.* *T* & cunctim *C*, ł cuncta *add. s. l.* C^1, & cuncta •• L^2, et cuncta *MFP*, vl cunctim *add. in marg.* M^1, cuncta *T* 2 vetruvio *LM*, vectrivio F^2 colomella *T* ambosve *LMCFP*, seu ambos *T* decentissime • L^2 3 potest F^1 obtimo *MC* 4 maxime *MTCFP* 5 nanque *M* venabulas F^1 nib; ex canib; *add. in marg.* T^1 6 habundas *TF* etsi quidem solis *L*, et quidem solus *MTCFP*, et iis quidem solis *Mommsen* consuevisti *CF* 7 si F^2 reformident *(corr. in* reformidant P^1*)* *CFP* 8 ignoro illud *C* 9 damnas *L* 10 prosecuntur *(corr. in* prosequntur M^2*)* *MTCP* fructuosi' de reliq *transp.* T^1 casibusque *C* 11 adque *L* oppacandis *F* clusor *TCFP et in ras.* M^1 circuenis *F* 12 *an* apertos? olorionensibus (ori *in ras.* C^2) *C*, clarionensibus *F* 13 tanti nec est *P* superando scopulis *TC* 14 appollinaris *LF*, apollonaris *C* 15 quod te *C* 16 obtarem *FP* subitos L^1 nuncius *MC* 17 optentu *LT*, attentu *P* extraimus *C* asseveraverit *L* 18 cecicinisse adque *L* offitia ficiali te *T* 19 littoribus *MTCFP* occeani *F* curvis oceani *T* inerrare *C, sed 3 fere litt., s. l. ad* rare *add., eras.* C^2 mioparones *MTCP*, miopariones F^1 quod *L* 20 putis *L* archipirratas *F* 21 discunt docent *transp.* C^1 22 successit *s. l. add.* M^1 maxima *MTCFP* 23 spernit *LMCFP*, sternit *T* 25 pe • lagi (l *ut v. eras.* M^1) *M* non *om.* *L* noticia *TCF* 26 *bis* huc *(corr. in* hinc M^1*)* *LMTC*, hinc *FP*, *fort.* hac securos (o *in ras.* M^2) *M* 28 conci • nenti (n *ut v. eras.* C^2) *C* ancoras *C* valent *L* 29 est *s. l. add.* F^2 captorum *in marg. add.* F^1 crucarias *LMCFP*

Digitized by Google

ob hoc tristi quod superstitioso, ritu necare superque collectam turbam periturorum mortis iniquitatem sortis aequitate dispergere. talibus se ligant votis, victimis solvunt; et per huiusmodi non tam sacrificia purgati quam sacrilegia polluti religiosum putant caedis infaustae perpetratores de capite captivo magis exigere tormenta quam pretia.
5 qua de re metuo multa, suspicor varia, quamquam me e contrario ingentia hortentur: 16
primum, quod victoris populi signa comitaris; dein quod in sapientes viros, quos inter iure censeris, minus annuo licere fortuitis; tertio, quod pro sodalibus fide iunctis, sede discretis frequenter incutiunt et tuta maerorem, quia promptius de actionibus longinquis ambigendisque sinistra quaeque metus augurat. sed dicas non esse tantum forte 17
10 curanda quae perhorresco. id quidem verum est; sed nec hoc falsum, quod his, quos amplius diligimus, plus timemus. unde nihilominus, precor, obortum tui causa sensibus nostris quam primum prospero relatu exime angorem. neque enim ex integro flecti umquam ad hoc possum, ut de peregrinantibus amicis, quippe quos bellicum militarisque tessera terit, donec secunda cognosco, non adversa formidem. Varronem logi- 18
15 storicum, sicut poposceras, et Eusebium chronographum misi, quorum si ad te lima pervenerit, si quid inter excubiales curas, utpote in castris, saltim sortito vacabis, poteris, postquam arma deterseris, ori quoque tuo loquendi robiginem summovere. vale.

VII.

SIDONIUS AUDACI SUO SALUTEM.

Ubinam se nunc, velim dicas, gentium abscondunt qui saepe sibi de molibus 1
20 facultatum congregatarum deque congestis iam nigrescentis argenti struibus blandiebantur? ubi etiam illorum praerogativa, qui contra indolem iuniorum sola occasione praecedentis aetatis intumescebant? ubi sunt illi, quorum affinitas nullo indicio maiore cognoscitur quam simultate? nempe, cum primum bonis actibus locus et ad trutinam 2
iudicii principalis appensa tandem non nummorum libra sed morum, remansere illi,
25 qui superbissime opinabantur solo se censu esse censendos quique sic vitiis ut divitiis incubantes volunt vanitatis videri alienam surrexisse personam, cum nolint cupiditatis notari suam crevisse substantiam. in qua tamen detrahendi palaestra exercitati tamquam per oleum sic per infusa aemulationum venena macerantur. tu vero inter haec 3
macte, qui praefecturae titulis ampliatus, licet hactenus e prosapia inlustri computarere,

---

1 supersticioso *TCF* 2 se ligant *L*, eligunt *MTCFP* *post* votis 5 *litt. eras.* M^1 solvant M^1 3 huiuscemodi *F* sacrilegio *T* 4 exigere (*post.* e *in ras.* M^1) *M* precia *CF* 5 qua de re *LT*, quam ob rem *MCFP*, 1 qua de re *s. l. add.* M^1 multa (a *corr. ex* ũ M^1) *M* quanquam *LMT* indigentia F^2 7 tercio *CF* 8 incuciunt *C* tuta *in ras.* P^1 promtius *L* 9 ambiendisque M^1 agurat *L* 10 ũm *F* 11 nichilominus *MTCP*, ulominus *F* obhortum *LF* causa tui *T* 12 prospero (s *in ras.* M^1) *LMT*, propero *CFP* 13 unquam *M* posum C^1 *post* de *expunxit* me F^1 bellicum *L*, bellica *MTCFP* 14 tessera terit *om.* *L* terit *MTCP*, rapit *F* formidem (em *in ras.* M^1P^1) *MTCFP*, formidinem *L* 15 posceras *L* chronografum *L*, cronographum *MTCF*, cronografum *P* sicut poposceras *ante* misi *repetivit* *T* 16 sortito *in ras.* M^1, fortuito *T* vacabis (vaca *in ras.* M^1) *M*, vocabis *C* 17 rubiginem *MTCFP* subinovere *MCFP* 18 audati M^1 salutem *om.* *F* 19 se *corr. ex* si F^2 milibus facultarum *C* 20 nigriscentis *L* 22 inditio *MCF* maiore inditio *T* 23 *post* locus *leg.* est *in P et* ÷ *s. l. in* M^1 24 principalis iuditii *T* ñ *s. l. add.* T^1 25 opinabantur C^1 viciis ut diviciis *C* 26 surrexe *T* nollint *L* 27 substanciam *F* palestra detrahendi *transp.* C^1 tanquam *LMF* 29 illustri *T*, illustris *MCFP*

peculiariter nihilo segnius elaborasti, ut a te gloriosius posteri tui numerarentur. nil enim est illo per sententiam boni cuiusque generosius, quisquis ingenii corporis opum
4 iunctam in hoc constans operam exercet, ut maioribus suis anteponatur. quod superest, deum posco, ut te filii consequantur aut, quod te plus decet velle, transcendant, et quicumque non sustinet diligere provectum, medullitus aestuantes a semet ipso livoris proprii semper exigat poenas, cumque nullas in te habuerit umquam misericordiae causas, habeat invidiae; siquidem iuste sub iusto principe iacet qui, per se minimus et tantum per sua maxumus, animo exiguus vivit et patrimonio plurimus. vale.

VIII.

SIDONIUS SYAGRIO SUO SALUTEM.

1 Dic, Gallicanae flos iuventutis, quousque tandem ruralium operum negotiosus urbana fastidis? quamdiu attritas tesserarum quondam iactibus manus contra ius fasque sibi vindicant instrumenta cerealia? quousque tua te Taionnacus patriciae stirpis lassabit agricolam? quousque prati comantis exuvias hibernis novalibus non ut eques sed ut
2 bubulcus abscondis? quousque pondus ligonis obtusi nec perfossis antibus ponis? quid Serranorum aemulus et Camillorum cum regas stivam, dissimulas optare palmatam? parce tantum in nobilitatis invidiam rusticari. agrum si mediocriter colas, possides; si nimium, possideris. redde te patri, redde te patriae, redde te etiam fidelibus amicis, qui iure ponuntur inter affectus. aut si te tantum Cincinnati dictatoris vita delectat,
3 duc ante Raciliam, quae boves iungat. neque dixerim sapienti viro rem domesticam non esse curandam, sed eo temperamento, quo non solum quid habere sed quid debeat esse consideret. nam, si ceteris nobilium studiorum artibus repudiatis sola te propagandae rei familiaris urtica sollicitat, licet tu deductum nomen a trabeis atque eboratas curules et gestatorias bratteatas et fastos recolas purpurissatos, is profecto inveniere, quem debeat sic industrium quod latentem non tam honorare censor quam censitor onerare. vale.

---

1 nichilo *MTCFP* signius *L* nichil *MTFP* 2 sentenciam *C* 3 constans *om. T* 4 quod te *L*, quod *MTCFP* decet plus *T* 5 sustinet *L*, sustinet te *MCFP*, sustinent te *T* 6 propriis *L* unquam *M* 7 se per *F* 8 maximus *MTCFP* maxim' *T*, ł plurim' *s. l. add. T*¹ 9 siagrio *MTCP* 10 negociosus *C* negotio suburbana *T* 11 quandiu *M* atritas tessararum *C* ictibus *C*¹ 12 vindicant *(prior.* i *corr. in* e *F*²*) F* cerialia *L* laxabit *T* 13 quousque prati *usque ad* abscondis *om. M, add. in marg. M*¹ 14 bobulcus *C* 15 serrannorum *F* 16 tandem *C* 17 redde te patriae *s. l. add. M*¹ te *ante* etiam *om. L* etiam *2 litt. eras. s. l. add. M*¹ 18 te tantum *LM*, tantum te *C*, tantum (*om.* te) *s. l. add. T*¹, tantum (te *add. in marg. F*¹) *F*, te (tantum *s. l. add. P*¹) *P* cincinnati *T*, cincinnati *C*¹ delectari (ri *corr. in* t *F*¹) *F* 19 ducanter aciliam *L*, duc•••erciliam *(3 litt. eras. M*²*) M*, ducāt herciliam *T*, duc erciliam *CP*, dū (duc *add. in marg. F*¹) erciliam *F* quae boves *LMCFP*, bovesq; *T* iungant *(post.* n *eras. M*¹*) LMT* 20 curandam (d *corr. ex* cl *C*¹) *C* quo *L*, quod *MTCFP* 21 artibus *s. l. add. M*¹ 22 attrabeis *F* adque *L* 23 et *s. l. add. M*¹ brattheatas *MFP*, brattheas *T* pupurissatos *L* invenire *M*², invenire *TCFP* 24 censitor onerare *scripsi*, cens& oronerare *L*, censens onerare *M*, censens honerare (h *eras. P*²) *TFP*, censes onerare *C* 25 VALE IN XPO *T* *post. ep. VIII haec subscriptio* EXPLIC. LIB. VII. INCIP. VIII *leg. in T, quali subscriptione ut v. erasa* censor quam censens onerare vale *cum seq. ep. inscriptione in ras. add. M*¹*; ep. IX inscriptio deest in T*

Digitized by Google

IX.

SIDONIUS LAMPRIDIO SUO SALUTEM.

Cum primum Burdigalam veni, litteras mihi tabellarius tuus obtulit plenas nectaris 1
florum margaritarum, quibus silentium meum culpas et aliquos versuum meorum
versibus poscis, qui tibi solent per musicum palati concavum tinnientes voce variata
quasi tibiis multiforatilibus effundi. sed hoc tu munificentia regia satis abutens iam
securus post munera facis, quia forsitan satiricum illud de satirico non recordaris:
Satur est cum dicit Horatius 'euhoe'. quid multis? merito me cantare ex 2
otio iubes, quia te iam saltare delectat. quicquid illud est, pareo tamen, idque non
modo non coactus verum etiam spontaliter facio; tantum tu utcumque moderere Cato-
nianum superciliosae frontis arbitrium. nosti enim probe laetitiam poetarum, quorum
sic ingenia maeroribus ut pisciculi retibus amiciuntur; et si quid asperum aut triste,
non statim sese poetica teneritudo a vinculo incursi angoris elaqueat. necdum enim
quicquam de hereditate socruali vel in usum tertiae sub pretio medietatis obtinui.
interim tu videris, quam tibi sit epigrammatis flagitati lemma placiturum; me tamen 3
nequaquam sollicitudo permittit aliud nunc habere in actione, aliud in carmine. illud
sane praeter iustitiam feceris, si in praesentiarum vicissim scripta quasi compares.
ago laboriosum, agis ipse felicem; ago adhuc exulem, agis ipse iam civem: et ob hoc
inaequalia cano, quia similia posco et paria non impetro. quod si quopiam casu in- 4
eptias istas, quas inter animi supplicia conscripsimus, nutu indulgentiore susceperis,
persuadebis mihi, quia cantuum similes fuerint olorinorum, quorum est modulatior
clangor in poenis: similes etiam chordae lyricae violentius tensae, quae quo plus torta,
plus musica est. ceterum si probari nequeunt versus otii aut hilaritatis expertes, tu
quoque in pagina, quam supter attexui, nil quod placeat invenies. his adhuc adde, 5
quod materiam, cui non auditor potius sed lector obtigerit, nihil absentis auctoris
pronuntiatio iuvat. neque enim post opus missum superest quod poeta vel vocalis-
simus agat, quem distantia loci nec hoc facere permittit, quod solent chori pantomi-
morum, qui bono cantu male dictata commendant.

---

7 Iuvenal. VII, 62.

2 primum∘ (p *eras.* L^2) *L* burdegalam (e *corr. ex* i M^1) *MTCFP* tuas michi *C* optulit *MC* 4 *post* versibus *leg.* tuis *in T, s. l. add.* P^1 5 tybiis *F* multis foratilibus *T* tum munificencia *L* 6 satyricum *(corr. ex* satiricum M^1P^1*) LMP* aliud *F* satyrico *(corr. ex* satirico M^1P^1*) LMP* 7 oratius *CFP* heuoee *L*, euoe M^1, heuhohe *T*, euhohe *CP* merito *LMTCFP, fort.* immerito 8 iam te saltare *T*, te saltare iam *transp.* C^1 quidquid *T* 9 ii *expunxit et* verum etiam *in marg. add.* F^1 cumque (*om.* ut) *L* moderare *T* 10 leticiam *F* 11 sic *in ras.* M^1 12 se∘∘ M^1, se *TCFP* 13 quicquã (ã *in ras. corr. ex* id M^1) *M* terciae *CF* precio *CF* obtinui *s. l. add.* M^1, optinui *L* 14 epygrammatis *M* 15 permittit sollicitudo *T* ii *expunxit et* nũc *in marg. add.* F^1 aliud *corr. ex* illud M^1 16 iusticiam *CF* impraesentiarum *F* 18 *et* 19 *bis* me *expunxit et* ipse *in marg. add.* F^1 18 quopiam *(una litt. s.* o *eras.* C^2*) C*, copiam *LTP* casu *L* 20 michi *C* olonnorum (n *corr. in* ri F^1) *F* 21 plangor (p *corr. in* o P^1) *P* cordae liricae *MTCFP* 22 ocii *C* 23 subter *MTCFP* attexui *M*, ł annex://// *add. in marg.* M^1 nichil *MCFP* hiis *F* adde adhuc *C* 24 quod *om. T* matheriam *MCP* nichil *MTCFP* auctoris *om. T* 25 pronunciatio *LMC* enim *om. F* qd *(cum ras. s. l.) M*, quid *L* 26 cori *C* 27 bona cantu *L*, bono cant' *MCF* commendat *C*

Quid Cirrham vel Hyantias Camenas,
quid doctos Heliconidum liquores,
scalptos alitis hinnientis ictu,
nunc in carmina commovere temptas,
5 nostrae Lampridius decus Thaliae,
et me scribere sic subinde cogis,
ac si Delphica Delio tulissem
instrumenta tuo novusque Apollo
cortinam tripodas, chelyn pharetras,
10 arcus grypas agam duplaeque frondis
hinc bacas quatiam vel hinc corymbos?
tu iam, Tityre, rura post recepta
myrtos et platanona pervagatus
pulsas barbiton atque concinentes
15 ora et plectra tibi modos resultant,
chorda voce metro stupende psaltes:
nos istic positos semelque visos
bis iam menstrua luna conspicatur,
nec multum domino vacat vel ipsi,
20 dum responsa petit subactus orbis.
istic Saxona caerulum videmus
assuetum ante salo solum timere;
cuius verticis extimas per oras
non contenta suos tenere morsus
25 altat lammina marginem comarum,
et sic crinibus ad cutem recisis
decrescit caput additurque vultus.
hic tonso occipiti, senex Sygamber,
postquam victus es, elicis retrorsum
30 cervicem ad veterem novos capillos.
hic glaucis Herulus genis vagatur,
imos Oceani colens recessus
algoso prope concolor profundo.
hic Burgundio septipes frequenter

---

vv. 1. 2 *praeter* quores *in ras.* M^1 v. 1 cirrham *L*, cyrram *MCFP*, cirram *T* hiantias *MT* v. 2 doctos quid *transp.* M^1 eliconidum *MCFP* v. 3 scalptos (a *in ras.* M^1) *M*, scaltos *FP* halitis *L* hictu (h *eras.* C^2) *C* v. 4 temtas *L* v. 5 nostrae o *LMTCFP*; o *del. Wilamowitz* lampridius (us *in ras.* M^1) *M* camene *T*, ł thalie *s. l. add.* T^1 v. 6 sic *LMTCP*, qui *F* v. 7 si• (c *ut v. eras.* C^2) *C* delfica *TF* v. 8 appollo *F* v. 9 chortinam *LMTCFP* chelin *T*, chelim *MCFP* v. 10 grippas M^1, gripphas *CFP* frontis (tis *corr. ut v. ex* dis M^2) *MTCFP* v. 11 bachas *M*, baccas *CFP* quatiam (qua *in ras.* M^1) *M* chorymbos *L*, chorimbos *TCFP*, corimbos M^1 v. 12 titire *T*, o titire *MCFP* v. 13 mirtos *MTCFP* v. 14 adque (dq; *in ras.* M^1) *LM* concinnentes *(alt.* n *eras.* C^1) *C* v. 15 ti•• *(2 litt. eras.* C^2) *C* modo *L* v. 16 corda *TCFP* spaltes *F* v. 22 solum *M*, ł salum *s. l. add.* M^1 v. 23 vertices (e *corr. in* i C^1) *C* per horas *MTCFP*, personas *L* v. 25 artat *Mommsen* lamina *C* maginem F^1 commarum *C* v. 26 cu • tem *(unam litt. eras.* C^2) *C* v. 28 coticipi *P* sicamber *MTC*, siccamber *F*, sicanber (b *corr. in* b P^1) *P* v. 31 erulus *F* genus (u *corr. in* i C^1) *C* v. 34 burgundo *F* *pro* septipes *quod deest rasura est in C, an erasit* supplicat C^2?

Digitized by Google

35 flexo poplite supplicat quietem.
istis Ostrogothus viget patronis
vicinosque premens subinde Chunos,
his quod subditur, hinc superbit illis.
hinc, Romane, tibi petis salutem,
40 et contra Scythicae plagae catervas,
si quos Parrhasis ursa fert tumultus,
Eorice, tuae manus rogantur,
ut Martem validus per inquilinum
defendat tenuem Garumna Thybrim.
45 ipse hic Parthicus Arsaces precatur,
aulae Susidis ut tenere culmen
possit foedere sub stipendiali.
nam quod partibus arma Bosphoranis
grandi hinc surgere sentit apparatu,
50 maestam Persida iam sonum ad duelli
ripa Euphratide vix putat tuendam;
qui cognata licet sibi astra fingens
Phoebea tumeat propinquitate,
mortalem hic tamen implet obsecrando.
55 haec inter terimus moras inanes;
sed tu, Tityre, parce provocare;
nam non invideo magisque miror,
qui, dum nil mereor precesque frustra
impendo, Meliboeus esse coepi.

En carmen, quod recenseas otiabundus nostrumque sudorem ac pulverem spectans 6
veluti iam coronatus auriga de podio. de reliquo non est quod suspiceris par me officii genus repetiturum, etiamsi delectere praesenti, nisi prius ipse destiterim vaticinari magis damna quam carmina. vale.

v. 35 suplicat *L* v. 36 patronus (u *corr. in* i C^1) *C* v. 37 cunos *F* v. 39 hic *F* salutis[ens] F^1 v. 40 sythicae *L*, scithicae *MTC*, sithice *F* page[i] F^1 catervas *in ras.* M^1 v. 41 parrasis *(post. s in ras.* M^1*) MTCFP* ursa *in ras.* M^1 v. 42 teorice *T*, eorice[o] C^1, eorice *F* v. 43 et *C* inquilinium *F* v. 44 defenset *MCFP* garunna *L*, garonna *MTCP*, garrona *F* thybrem *L*, thibrim *MCFP*, tybrim *T* *vv. 45—59 ita ordinati in F:* 45, 47, 46, 48, 49 (vv. 46, 48, 49 *in ras.* F^1) 51, 50, 52, 53, 54, 55, 57, 56, 59, 58. v. 45 particus[h] M^1, parasich' F^1 v. 46 aule cassidis *F* v. 47 sub stipendiali[l.] federe *transp.* C^1 sub *corr. ex* sup F^1 v. 49 hic *F* sensit *C* v. 50 perfida mestam iam somnum *P* persidam *C* a duelli *F* v. 51 eufratide *MTCF*, euphatide[a] F^1 v. 52 figens *C*, fidens *F* v. 54 hinc *T* v. 56 provocare tytyre parce *transp.* P^1 titire *MTCF* v. 57 mereor *in ras.* M^1 v. 58 preces[que] F^2 1 ⊥ *F*, en *in marg. add.* F^1 recensas *C* ociabundus *CP*, ocitabundus F^1 urmque *F* sudurem hac pulverem *L*, pulverem ac sudorem *T* expectans *L* 2 relinque F^1 3 aetiamsi *L* dilectere (i *corr. in* e F^1) *F* distiterim *L* 4 dampna *MTCFP* vale *om. LM*

X.

SIDONIUS RURICIO SUO SALUTEM.

1 Esse tibi usui pariter et cordi litteras granditer gaudeo. nam stilum vestrum quanta comitetur vel flamma sensuum vel unda sermonum, liberius assererem, nisi, dum me laudare non parum studes, laudari plurimum te vetares. et quamquam in epistula tua servet caritas dulcedinem, natura facundiam, peritia disciplinam, in sola materiae tamen electione peccasti, licet id ipsum praedicari possit in voto, quod videris errasse (in) iudicio. ingentes praeconiorum titulos moribus meis applicas; sed si pudoris nostri fecisses utcumque rationem, Symmachianum illud te cogitare par
2 fuerat: ut vera laus ornat, ita falsa castigat. quo loci tamen si animum vestrum bene metior, super affectum, quem maximum ostendis, hoc tu et arte fecisti. nam moris est eloquentibus viris ingeniorum facultatem negotiorum probare difficultatibus et illic stilum peritum quasi quendam fecundi pectoris vomerem figere, ubi materiae sterilis argumentum velut arida caespitis macri glaeba ieiunat. scaturrit mundus similibus exemplis: medicus in desperatione, gubernator in tempestate cognoscitur; horum omnium famam praecedentia pericula extollunt, quae profecto delitescit, nisi
3 ubi probetur invenerit. sic et magnus orator, si negotium aggrediatur angustum, tunc amplum plausibilius manifestat ingenium. Marcus Tullius in actionibus ceteris ceteros, pro Aulo Cluentio ipse se vicit. Marcus Fronto cum reliquis orationibus emineret, in Pelopem se sibi praetulit. Gaius Plinius pro Attia Viriola plus gloriae de centumvirali suggestu domum rettulit, quam cum Marco Ulpio incomparabili principi com-
4 parabilem panegyricum dixit. sic et ipse fecisti, qui, dum vis exercere scientiam tuam, non veritus es fore tibi impedimento etiam conscientiam meam. quin potius supplicando meis medere languoribus neque per decipulum male blandientis eloquii aegrotantis adhuc animae fragilitatem gloriae falsae pondere premas. sane cum tibi sermone pulchro vita sit pulchrior, plus mihi indulges, si mei causa orare potius velis quam perorare. vale.

XI.

SIDONIUS LUPO SUO SALUTEM.

1 Quid agunt Nitiobroges, quid Vesunnici tui, quibus de te sibi altrinsecus vindicando nascitur semper sancta contentio? unus te patrimonio populus, alter etiam

1 RVRITIO *MTCF*, RVSTITCIO *corr. in* RVSRI•CIO *P*[1] 2 usui *corr. ex* visu *F*[2] 3 framma *L*[1] liberius *MTCFP*, brevius *L* 4 studes laudare non parum *T* plumum *C*[1] quanquam *T* 6 matheriae *MCP* tamen matheriae *C* peccati *C*[1] 7 errasse *corr. ex* errare *F*[2] in *add. Mohrius, om. LMTCFP* iuditio *C* 8 si *om. C* simmachianum *MFP*, simachianum *TC* 9 fuerit (i *corr. in* a *M*[1]) *MCFP* lux *F* Q loci *praeter prior.* o *in ras. M*[1] si *s. l. add. M*[1] 11 negotiorum *om. T* 12 matheriae *MCP* 13 velud *LF* geba *F*[2] ieiunet *T* scaturit *MTCFP* 14 disperatione *(prior.* i *corr. in* o *M*[1]) *LM* 15 praecedencia *F* profecti *L* dilitescit *(prior.* i *corr. in* e *F*[2]) *LF* 16 negocium aggreditur *C*[1] 17 plausibilius (us *in ras. C*[1]) *C*, plausibib; *F*[2] 18 cleuentio *F*[1] immineret *F*[2] 19 pelopen sese *T* protulit (pro *mut. in* prae) *F* attica *C* pl•us *(unam litt. eras. M*[1]) *M* de *s. l. add. F*[2] 20 retulit *MTCFP* 21 panygericum *LT*, panigericum *MCP*, paniygericum *F*[1] exerere *M*[1] sentenciā *F* 22 tuam *F*[1] 23 langoribus *(praeter* ribus *in ras. M*[1]) *MCP* decipulam *MTCFP* 24 falso *MCFP* 25 pulcro *CFP* pulcrior *CFP* michi *C* indulgeas *F* potius orare *F* potius *om. T* 27 salutem *om. F* 28 nisiobroges *LMTCFP* quidve sunnici *TC*

Digitized by Google

matrimonio tenet; cumque hic origine, iste coniugio, melius illud, quod uterque iudicio. te tamen munere dei inter ista felicem, de quo diutius occupando possidendoque operae pretium est votiva populorum studia confligere! tu vero utrisque praesentiam 2 tuam disposite vicissimque partitus nunc Drepanium illis, modo istis restituis Anthedium. et si a te instructio rhetorica poscatur, hi Paulinum, illi Alcimum non requirunt. unde te magis miror, quem cotidie tam multiplicis bybliothecae ventilata lassat egeries, aliquid a me veterum flagitare cantilenarum. pareo quidem, licet intempestiva videatur recordatio iocorum tempore dolendi. Lampridius orator modo primum mihi occisus 3 agnoscitur, cuius interitus amorem meum summis conficeret angoribus, etiamsi non eum rebus humanis vis impacta rapuisset. hic me quondam, ut inter amicos ioca, Phoebum vocabat ipse a nobis vatis Odrysii nomine acceptus. quod eo congruit ante narrari, ne vocabula figurata subditum carmen obscurent. huic quodam tempore Burdigalam invisens metatoriam paginam quasi cum Musa praevia misi. puto hanc liberius offerri, quam si aliquid super decedentis occasu lugubre componens, qui non placebam per eloquentiam, per materiam displicerem.

Dilectae nimis et peculiari
Phoebus commonitorium Thaliae.
Paulum depositis, alumna, plectris
sparsam stringe comam virente vitta,
et rugas tibi syrmatis profundi
succingant hederae expeditiores.
soccos ferre cave nec, ut solebat,
laxo pes natet altus in coturno;
sed tales crepidas ligare cura,
quales Harpalyce vel illa vinxit,
quae victos gladio procos cecidit.
perges sic melius volante saltu,
si vestigia fasceata nudi
per summum digiti regant citatis
firmi ingressibus atque vinculorum
concurrentibus ansulis reflexa
ad crus per cameram catena surgat.
hoc pernix habitu meum memento
Orpheum visere, qui cotidiana
saxa et robora corneasque fibras
mollit dulciloqua canorus arte;
Arpinas modo quem tonante lingua

---

1 origene *(prior.* e *corr. in* i *F²)* *F* *post* melius *leg.* ÷ *s. l. in* *M¹* 3 precium *MCF* 4 drypanium *LMTF*, dripanium *CP* modo *s. l.* *T¹* restituis *T¹* antedium *MCFP* 5 rethorica *MTP*, hystorica *F¹* hinc *F* alchimum *C* 6 quem cotidie *om.* *T* bybliotecae *L*, bibliothecae *MTCF*, bibliotecae *P* egeries (geri *in ras.* *M¹*) *M* 8 mihi primum *T* michi *C* 11 foebum *L* odrisii *TC* acceptus *Wilamowitz*, accepto *LMTCFP* 12 subitum *T* 13 burdegalam *MTCFP* 14 decentis *LC* 15 matheriam *MCP* v. 2 thalia *L* v. 3 alumpna *MCFP* v. 4 virentem *L* vita *C* v. 5 sirmatis *MCFP* v. 6 edere *F* v. 7 socos *TF* v. 8 conturno *L* v. 9 set *F* v. 10 hapalice *L*, arpalice *MTCFP* v. 11 gladio] stadio *Leo* cicidit *(prior.* i *corr. in* e *F²)* *F* v. 12 pergis *L* v. 13 fasceta *F²* v. 15 adque *L* v. 17 cathena *CF* v. 19 an cotidiano? v. 21 dulcidoqua *(post.* d *corr. in* l *L¹)* *L*, dulciloqua • (m *ut v. eras.* *C²*) *C* v. 22 harpinas *LMTFP* quam *MCFP*

ditat, nunc stilus aut Maronianus
aut quo tu Latium beas, Horati,
Alcaeo melior lyristes ipso,
et nunc inflat epos tragoediarum,
nunc comoedia temperat iocosa,
nunc flammant satirae et tyrannicarum
declamatio controversiarum.
dic: 'Phoebus venit atque post veredos
remis velivolum quatit Garumnam;
occurras iubet, ante sed parato
actutum hospitio.' Leontioque,
prisco Livia quem dat e senatu,
dic: 'iam nunc aderit.' satis facetum et
solo nomine Rusticum videto.
sed si tecta negant ut occupata,
perge ad limina mox episcoporum,
sancti et Gallicini manu osculata
tecti posce brevis vacationem,
ne, si destituor domo negata,
maerens ad madidas eam tabernas
et claudens geminas subinde nares
propter fumificas gemam culinas,
qua serpylliferis olet catillis
bacas per geminae ruber botellus
ollarum aut nebulae vapore iuncto
fumant cum crepitantibus patellis,
hic cum festa dies ciere ravos
cantus coeperit et voluptuosam
scurrarum querimoniam crepare,
tunc, tunc carmina digniora vobis
vinosi hospitis excitus Camena
plus illis ego barbarus susurrem.

4 O necessitas abiecta nascendi, vivendi misera, dura moriendi! ecce quo rerum volubilitatis humanae rota ducitur. amavi, fateor, satis hominem, licet quibusdam, tamen veniabilibus, erratis implicaretur atque virtutibus minora misceret. namque crebro levibus ex causis, sed leviter, excitabatur, quod nilominus ego studebam sententiae ceterorum naturam potius persuadere quam vitium; adstruebamque meliora, 5

v. 23 distat (s *eras.* C^2) *C* vv. 24 et 25 *om.* *L* v. 24 te lacium *F* beans *Leo* orati *C* v. 25 liristes *TC*, lyrista es *Leo* v. 26 epos *praeter* p *et* s *in ras.* P^1 tragoedia atrum *Wilamowitz* v. 28 satyrae *LMTFP* tirannicarum *MTCP* v. 30 foebus *L* adque *L* veruedos *L* v. 31 quattit *L* garunnam *L*, garonnam *MTCP*, garronnam *F* v. 32 Accurras (A *add. et* s *corr. ex* t *rubr.*) *F* v. 33 hospicio *MCF* v. 34 .risco *F* v. 35 adherit *L* facetum (cetum *in ras.* M^1) *M* v. 37 .et *F*, *itemque in vv. 38—54 prima quaeque litt. deest in F* v. 41 distituor *L*, destitu•or (t *ut v. eras.* C^2) *C* v. 45 qua serphylliferis *L*, qua serpilliferis *MCFP*, quas herpilliferis *T* catillis *Wilamowitz*, catenis *LMTCP*, cathenis *F* v. 46 baccas *TCF* gemminas (*prior.* m *eras.* L^2) *L* v. 47 atq; *F*, aut *s. l. add.* F^2 v. 48 concrepitantibus *Mommsen* v. 52 digniora carmina *transp.* C^1 v. 53 camene L^1 v. 54 ego *om.* *F* 1 nascendi (*prior.* n *in ras.* M^1) *M* 2 dicitur M^1 armavi *L* 3 tamen *om.* *T* venialibus *MTCFP* adque *L* nanque *M* 4 nichilominus *MTCP*, nlominus *F* sentenciae *C* 5 vicium *C* astruebamque *MTCFP*

quatenus in pectore viri iracundia materialiter regnans, quia naevo crudelitatis fuerat infecta, praetextu saltim severitatis emacularetur. praeterea etsi consilio fragilis, fide firmissimus erat; incautissimus, quia credulus; securissimus, quia non nocens. nullus illi ita inimicus, qui posset eius extorquere maledictum; et tamen nullus sic amicus, qui posset effugere convicium. difficilis aditu, cum facilis inspectu, et portandus quidem, sed portabilis. de reliquo, si orationes illius metiaris, acer rotundus, com- 5
positus excussus; si poemata, tener multimeter, argutus artifex erat. faciebat siquidem versus oppido exactos tam pedum mira quam figurarum varietate; hendecasyllabos lubricos et enodes; hexametros crepantes et cothurnatos; elegos vero nunc echoicos, nunc recurrentes, nunc per anadiplosin fine principiisque conexos. hic, ut arreptum 6
suaserat opus, ethicam dictionem pro personae temporis loci qualitate variabat, idque non verbis qualibuscumque, sed grandibus pulchris elucubratis. in materia controversiali fortis et lacertosus; in satirica sollicitus et mordax; in tragica saevus et flebilis; in comica urbanus multiformisque; in fescennina vernans verbis, aestuans votis; in bucolica vigilax parcus carminabundus; in georgica sic rusticans multum, quod nihil rusticus. praeterea quod ad epigrammata spectat, non copia sed acumine 7
placens, quae nec brevius disticho neque longius tetrasticho finiebantur, eademque cum non pauca piperata, mellea multa conspiceres, omnia tamen salsa cernebas. in lyricis autem Flaccum secutus nunc ferebatur in iambico citus, nunc in choriambico gravis, nunc in alcaico flexuosus, nunc in sapphico inflatus. quid plura? subtilis aptus instructus quaque mens stilum ferret eloquentissimus, prorsus ut eum iure censeres post Horatianos et Pindaricos cygnos gloriae pennis evolaturum. aleae ut sphaerae non 8
iuxta deditus; nam cum tesseris ad laborem occuparetur, pila tantum ad voluptatem. fatigabat libenter, quodque plus dulce, libentius fatigabatur. scribebat assidue, quamquam frequentius scripturiret. legebat etiam incessanter auctores cum reverentia antiquos, sine invidia recentes, et, quod inter homines difficillimum est, nulli difficulter ingenii laude cedebat. illud sane non solum culpabile in viro fuit, sed peremptorium, 9

---

1 quatinus (i *corr. ex* e C^1) *LCF* fuerit (i *corr. in* a M^1) *M* 2 infecta fuerat *T* emaculatur M^1, emaculetur *C* 4 possit *L* tamen *s. l. add.* C^1 5 possit *L* convitium *LTF* dificilis *L* aditu *om. C* 6 portbilis M^1 rationes *F* 8 endecasyllabos *L*, endecesillabos *(post.* e *corr. ex* i F^2) *MTCFP* 9 enodos *C* exametros *LMTCFP* coturnatos *MTCFP*, coturnaeos *L* eschoicos *MTCP*, escoicos *F* 10 principisque M^1 connexos *(prior.* n *eras.* L^2) *LF* huc *L* 11 et hic amdictionem *LT*, et hic addi•tionem (c *ut v. eras.* M^1) *M*, et hic additionem *(corr. in* ethicā•ditionem *man. rec. in C) CFP* persona (a *corr. in* ae M^1) temporis loci qualitate *M*, persone temporis loquacitate *L*, personae ⅁ temporis et loci qualitate *T*, persona (⅁ *add. man. rec. in C*) temporis et loci qualitate *C*, persone temporis et loci qualitate *F* 12 set *corr. ex* si F^2 pulcris *CF* matheria *MP*, materiali *C* controversia F^2 13 satyrica *LT* 14 fescennia *T*, fescennia F^2 15 vigilanx *corr. ex* vigilans F^2 16 nichil *MTCP*, nl *F* rusticus *C*, ⅁ rusticius *s. l. add.* C^1 ad *s. l. add.* M^1 17 brevis M^1 dysticho *L*, distico *MTCFP* nec *C* tetrastico *MTCFP* finiebatur *T* eidemque F^2 eadem (*om.* que) *T* 18 multa *om. C* liricis *MTCFP* 19 flacchum F^1 ñc (c *in ras.* M^1) *M* coriambico (ic *s. l. add.* P^1) *MCP*, choriiambico *T*, coriiambico *F* 20 alchaico *LMTCFP* saphico *TC*, saffico *MP*, safphyrico *L* 21 mens *s. l. add.* F^2 22 oratianos *LM(FP* et in pindaricos *L* gignos *(corr. in* cignos M^1) *LM*, cignos *TCFP* pinnis *L* ut *scripsi*, aut *L*, ⅁ *T*, *om. MCFP*, at *Mommsen* 23 editus M^1 thosseris *F* 24 fatig•••abat *(3 litt. eras.* M^1) *M* libenter *LMTCP*, frequenter *F* fatibatur (ga *s. l. add. m. rec.*) *C* quanquam *LTF* 26 dificillimum *C* difficultū (tū *corr. in* t̄ū F^1) *F* 27 perimtorium *L*, peremtorium *T*

quod mathematicos quondam de vitae fine consuluit, urbium cives Africanarum, quorum, ut est regio, sic animus ardentior; qui constellatione percontantis inspecta pariter annum mensem diemque dixerunt, quos, ut verbo matheseos utar, climactericos esset habiturus, utpote quibus themate oblato quasi sanguinariae geniturae schema patuisset, quia videlicet amici nascentis anno, quemcumque clementem planeticorum siderum globum in diastemata zodiaca prosper ortus erexerat, hunc in occasu cruentis ignibus inrubescentes seu super diametro Mercurius asyndetus seu super tetragono Saturnus
10 retrogradus seu super centro Mars apocatastaticus exacerbassent. sed de his, si qua vel quoquo modo sunt, quamquam sint maxume falsa ideoque fallentia, si quid plenius planiusque, rectius coram, licet et ipse arithmeticae studeas et, quae diligentia tua, Vertacum Thrasybulum Saturninum sollicitus evolvas, ut qui semper nil nisi arcanum celsumque meditere. interim ad praesens nil coniecturaliter gestum, nil per ambages, quandoquidem hunc nostrum temerarium futurorum sciscitatorem et diu frustra tergiversantem tempus et qualitas praedictae mortis
11 innexuit. nam domi pressus strangulatusque servorum manibus obstructo anhelitu gutture obstricto, ne dicam Lentuli Iugurthae atque Seiani, certe Numantini Scipionis exitu periit. haec in hac caede tristia minus, quod nefas ipsum cum auctore facti parricidalis diluculo inventum. nam quis ab hominum tam procul sensu, quis ita gemino obtutu eluminatus, qui exanimati cadavere inspecto non statim signa vitae
12 colligeret extortae? etenim protinus argumento fuere livida cutis, oculi protuberantes et in obruto vultu non minora irae vestigia quam doloris. inventa est quidem terra tabo madefacta deciduo, quia post facinus ipsi latrones ad pavimentum conversa defuncti ora pronaverant, tamquam sanguinis eum superaestuans fluxus exinanisset. sed protinus capto qui fuerat ipsius factionis fomes incentor antesignanus ceterisque complicibus oppressis seorsumque discussis criminis veritatem de pectoribus invitis
13 tormentorum terror extraxit. atque utinam hunc finem, dum inconsulte fidens vana consultat, non meruisset excipere! nam quisque praesumpserit interdicta secreta vetita rimari, vereor huius modi (hominem) a catholicae fidei regulis exorbitaturum

---

1 matematicos *MP* *post* vite *leg.* suo *in F* affricanarum (co *corr. in* co[a] M^1) *MCFP* quorum *L*, quibus *MTCFP* 3 ut *corr. ex* in F^2 mateseos *MP* climacthericos *MCP*, climathericos *F* 4 themathe *MF* schaema *L*, scema *TFP* potuisset (o *corr. in* a M^2) *M*, ł patuisset, *quod s. l. add.* M^1, *eras.* M^2 5 videllicet *L* syderum *F* 6 diastemata zodiaca *vulgo*, diastema zodiaca *LTC*, diastemate zodiaco *FP*, dio (o *eras.* M^1) astemate zodiaca[o] M^1 prosper (sper *in ras.* M^1) *M* erexerit[ła] M^1 7 irrubescentib; (ib; *corr. in* es T^1) *T* asynditus *LT*, asinditus *MCFP* supra[ta] L^1 saturnis *L* 8 retrogadus[r] C^1 apocatastaticus *MT*, ł apotastaticus *s. l. add.* M^1, apocatasticus L^2, apocatasticus *CFP* si qua vel quoque (e *corr. in* o L^1) *L*, qualia ł quoque *T*, qualia quoque *MCFP* 9 quanquam *LT*, quāq; *C* maxime *MTCFP* fallacia (ac *corr. in* ent P^2) *P* 10 coram *LT*, cohaeret *MCFP* et *om. T* arydtmeticae *L*, aritmeticae *T*, arismetico *F* 11 tua (tua *s. l. add.* M^1) diligentia *MCFP* thrasybalum *L*, transybalum *MT*, trasibalum *C*, transibalum *FP* 12 archanum *MTCFP* excelsumque *T* inter *T* 15 praessus (a *eras.* L^2) *L* servorum manibus *om. T* anhellitu *L*, hanelitu *T* 16 adque *L* 17 perit *L*, per•lit *(unam litt. eras.* C^2*) C* trist••ia (ic *ut v. eras.* M^1) *M* 18 *ad* inventum *s. l. add.* . s . est M^1C^1 19 eliminatus[u] M^1 20 exortae[t] M^1 f•uere *(unam litt. eras.* M^1*) M* 21 vestia *C* 22 qua[i] M^1 p̄ facinus *C* 23 tanquam *LF* sanguis[ni] M^1 24 captionis comes *F* 25 oppresis *C* peccatoribus *L* 26 adque *L* fidens *Wilamowitz*, fides *LMTCFP* varia *L* 27 no[n] L^1 meruisse *(post.* e *in ras. ut v. corr. ex* & C^2*) C* exciper& *C*, accipere *TF* 28 veta[ti] F^2 hominem *addidi, om. LMTCFP* exhorbitaturum *F*, exorbitatū (tū *corr. in* turū M^1) *M*

d by Google

et effici dignum, in statum cuius respondeantur adversa, dum requiruntur inlicita. secuta quidem est ultio extinctum, sed magis prosunt ista victuris. nam quotiens homicida punitur, non est remedium sed solacium vindicari. longiuscule me progredi 14
amor impulit, cuius angorem silentio exhalare non valui. tu interim, si quid istic cognitu dignum, citus indica, saltim ob hoc scribens, ut animum meum tristitudine gravem lectio levet. namque confuso pectori maeror, et quidem iure, plurimus erat, cum paginis ista committerem sola. neque enim satis mihi aliud hoc tempore manu sermone consilio scribere loqui volvere libet. vale.

XII.

SIDONIUS TRYGETIO SUO SALUTEM.

Tantumne te Vasatium civitas non caespiti imposita sed pulveri, tantum Syrticus 1
ager ac vagum solum et volatiles ventis altercantibus harenae sibi possident, ut te magnis flagitatum precibus, parvis separatum spatiis, multis exspectatum diebus attrahere Burdigalam non potestates, non amicitiae, non opimata vivariis ostrea queant? an temporibus hibernis viarum te dubia suspendunt et, quia solet Bigerricus turbo mobilium aggerum indicia confundere, quoddam vereris in itinere terreno pedestre naufragium? ubi, quaesumus, animo tam celeriter excessit vestigiis tuis nuper subacta 2
Calpis? ubi fixa tentoria in occiduis finibus Gaditanorum? ubi ille Trygetio meo idem qui Herculi quondam terminus peregrinandi? tantumne a te ipso ipse tu discrepas, ut totus in desidiae iura concesseris, quo peragrante secreta regionum fabulosarum prius defuit actio laboris quam fatigationis intentio? et post haec portum 3
Alingonis tam piger calcas, ac si tibi nunc esset ad limitem Danuvinum contra incursaces Massagetas proficiscendum, vel si nunc etiam tuae navi stagna Nilotidis aquae per indigenas formidata crocodillos transfretarentur. et cum nec duodecim milium obiectu sic retarderis, quid putamus cum exercitu Marci Catonis in Leptitana Syrte fecisses? sed quamlibet sola hiemalium mensium nomina tremas, tam clemens 4

---

1 cui' *corr. in* cui C^2 requirantur *MCP* illicita *MTCFP* 2 sequuta *L* est *om. T* quoties *(corr. in* quotiēs F^1*) LMTF* 3 solatium *MTFP* 4 anguorem *T* silentio *T*, silentior *C* exhalare *LC*, exalare *FP*, ex•••halare *(3 litt. eras.* M^1*) M*, extorbale *T* valuit F^1, potui *T* 5 *post* dignum *leg.* .s. ÷ *s. l. in* M^1 tristudine *C*, tristitududine *F* 6 nanque *M* 7 enim *om. P* satis enim *TF* michi *C* aliud *om. T* 8 vale *om. MP* 9 trygethio *L*, tricethio M^1, trigethio *C*, trigetio *TFP* 10 set *F* t•ntum F^1 sirticus *TCF* 11 arenae *MC et corr. ex* are *P*^{2} 12 spaciis *MC* expectatum *MCFP* 13 adtrahere *L* burdegalam (e *corr. ex* i M^1) *MTCFP* amiciciae *CF*, amicitia (a *corr. in* ae M^1) *MT* variis os *ex* vivariis ostrea *in ras.* M^1 14 solet *suo loco om. leg. post* confundere *in C* bigericus *F* 16 naufragium pedestre *C* ubi quesumus *praeter* sumus *in ras.* M^1, ubi q̃s *TF* 17 *ante* calpis *leg.* mons hispan' *in T* calpis ubi *in ras.* M^1 graditanorum *(prior.* r *eras.* C^2*) C* trygethio *LT*, tyrigetio *M*, l tricethio *s. l. add.* M^1, trigethio *C*, trichechio *F*, trigetio *P* 18 idem *LMTFP*, id est *C* 19 in *s. l. add.* T^1 desidie (e *in ras.* M^1) *M* 20 de fuit T^1 21 alingonis *(prior.* n *eras.* C^2*) C*, alinguonis *MTFP* danubinum *MCFP*, danubium *T* 22 tuae navi *L*, tuae naves (es *in ras.* M^2, naves *s. l. add.* F^2) *MTCFP* 23 formidata *(post.* a *in ras.* M^1*) M* crocodrillos *MP*, corcodrillos *T*, cocodrillos *CF* transfretarent *MTCFP* 24 sic *s. l. add.* M^1 putas *F* lepcitana *LT*, lepitana *F* sirte *TCFP* 25 sed *MTCFP*, de *L* mensuum *L* tremas nomina *transp.* C^1

est facies caeli, tam tepida, tam suda et sic auras mage quam ventos habet, ut te non valeat enixius retinere tempus quam invitare temperies. sed si epistulam spernis evocatoriam, credo, vel versibus non reluctaberis impulsoribus blandis et desiderii mei, quantum suspicor, strenuis executoribus, quorum in te castra post biduum commo-
5 vebuntur. ecce Leontius meus, facile primus Aquitanorum, ecce iam parum inferior parente Paulinus ad locum quem supra dixi per Garumnae fluenta refluentia non modo tibi cum classe verum etiam cum flumine occurrent. hic tuas laudes modificato celeumate simul inter transtra remiges, gubernatores inter aplustria canent. hic te aedificatus culcitis torus, hic tabula calculis strata bicoloribus, hic tessera frequens eboratis resultatura pyrgorum gradibus expectat: hic, ne tibi pendulum tinguat volu-
10 bilis sentina vestigium, pandi carinarum ventres abiegnarum trabium textu pulpita-
6 buntur; hic superflexa crate paradarum sereni brumalis infida vitabis. quid delicatae pigritiae tuae plus poterit impendi, quam ut te pervenisse invenias, cum venire vix sentias? quid mussitas? quid moraris? ipsae mihi tuum videntur adventum reptiles cocleae cum domibus nativis antecessurae. est praeterea tibi copiosissima penus
15
7 aggeratis opipare farta deliciis, modo sit eventilando par animus impendio. quid multa? veni ut aut pascaris aut pascas; immo, quod gratius, ut utrumque; veni cum mediterraneo instructu ad debellandos subiugandosque istos Medulicae supellectilis opulones. hic Aturricus piscis Garumnicis mugilibus insultet; hic ad copias Lapur-
8 densium lucustarum cedat vilium turba cancrorum. tu tamen etsi ceteris eris in hoc genere pugnandi dimicaturus, si quid iudicio meo censes adquiescendum (neque enim iniustum est credere experto), senatorem nostrum, hospitem meum, conflictui huic facies exsortem; cuius si convivio tectoque succedas, dapes Cleopatricas et loca lautia putas. nam quamvis super hoc studio tam ipse quam patria confligant, olim lata sententia est, quod ille transeat ceteros cives, licet et illa ceteras civitates. vale.
20
25

XIII.

SIDONIUS DOMINO PAPAE NVNECHIO SALUTEM.

1 Multa in te genera virtutum, papa beatissime, munere superno congesta gaudemus. siquidem agere narraris sine superbia nobilem sine invidia potentem, sine

---

1 lepida *C* 2 invitare *LT*, minitare (*corr. in* invitare F^1) *MCFP*, 1 invitare *s. l. add.* M^1 3 reluctaberis (is *in ras.* 5 *litt.* M^1) *M* 4 exequutoribus *L*, exsecutoribus *MCP* 5 leoncius *MC* 6 parente (r *in ras.* M^1) *M* peri F^1 garunnae *L*, garonnae *MTCFP* 8 apalustria (*prior.* a *eras.* C^2) *C* 9 a edificatus te *C* culcitris *F* torus M^1, thorus *TCFP* 10 res ultatura (*unam litt. eras.* M^1) *M* pirgorum *CF* respectat *L*, exspectat *T* tinguat (tin *in ras.* M^1) *M* 11 vestigia panda M^1 abigenarum *F* palpitabuntur F^2 13 pigriotiae L^1, pigriciae *MC* plus *s. l. add.* F^2 14 musitas M^2, musitas *CF* michi videntur tuum *C* 15 copiosa *F* poenus *MP* 16 oppipare *T*, opipare *corr. in* opime C^2 ferta M^1, referta *TCFP* it e *ex* sit eventilando *in ras.* M^1 17 pascaris (r *corr. ex* s C^1) aut ut pascas *C* 18 medullicae *MCFP* suppellectilis (*prior.* p *eras.* M^1) *MTF* 19 atturicus *F* garunnicis *L*, garonnicis *MCP*, garronnicis *F* lapurdensium (p *corr. ex* b C^1, *corr. in* b C^2) *C* 20 locustarum *MTCFP* caedat *L*, cedat *MP* tamen etsi *LF*, tametsi *MTCP* eris ceteris *M*, ceteris his (his *induxit* C^1) eris *C* 21 meo iuditio *MCFP* enim *om. T* 23 exortem *MTCFP* concedas *F* latia *TCP et in ras.* M^1, a latio *s. l. add.* M^1, lacia *F* 24 putas *LFP*, putas M^1, putes *TC*, puta *Mommsen* confligat *T* sentencia *C* 25 vale *om. MP* 26 nonechio *LMCP*, nonnechio *T*, noechio *F* salutem *om. F* 27 papa (*post.* a *in ras.* M^1) *M* 28 noblem *T*

superstitione religiosum sine iactantia litteratum, sine ineptia gravem sine studio facetum, sine asperitate constantem sine popularitate communem. praeterea his hoc 2
praestantissimum bonis Fama superaggerat, quod te asserit hasce tot gratias fastigatissimae caritatis arce transcendere; Fama, inquam, quae de laudibus tuis cum canat multa, plus reticet. nam longius constitutis actionum tuarum propositum potest assignare, non numerum. quarum relatione succensus ultro primus, ut longe inferiorem decet, ad solvenda officia procurro nec vereor garrulitatis aliquando argui, qui potui taciturnitatis hucusque culpari. commendo Promotum gerulum litterarum, 3
vobis quidem ante iam cognitum, sed nostrum nuper effectum vestris orationibus contribulem; qui cum sit gente Iudaeus, fide tamen praeelegit censeri Israelita quam sanguine, et municipatum caelestis illius civitatis affectans occidentemque litteram spiritu vivificante fastidiens, pariter huc iustis praemia proposita contemplans, huc, nisi faceret ad Christum de circumcisione transfugium, praevidens sese per aeterna saecula aequiterna supplicia passurum, patriam sibi maluit Ierusalem potius quam Hierusolymam computari. quibus agnitis adventantem Abrahae nunc filium veriorem 4
maternis ulnis spiritalis Sara suscipiat. namque ad Agar ancillam pertinere tunc desiit, cum legalis observantiae servitutem gratiae libertate mutavit. de cetero, quae ipsi fuerit isto causa veniendi, praesentaneo conducibilius idem poterit explicare memoratu. nobis vero propter quae supra scripsi carissimus habetur; quod ideo significo, quia is efficacissime quemque commendat, qui meras causas iustae commendationis aperuerit. memor nostri esse dignare, domine papa.

XIV.

SIDONIUS DOMINO PAPAE PRINCIPIO SALUTEM.

Iam diu nobis, papa venerabilis, etsi necdum vester vultus aspectus, tamen actus 1
inspectus est. namque sanctorum laus diffusa meritorum stringi spatiis non est contenta finalibus. hinc est quod, quia bonae conscientiae modus non ponitur, nec bonae opinioni terminus invenitur. quae loquor falsa censete, nisi professioni meae com- 2
petens adstipulator accesserit, satis in illo quondam coenobio Lirinensi spectabile caput, Luporum concellita Maximorumque et parsimoniae saltibus consequi affectans Mem-

---

1 supersticione *CF* iactancia *CF* litterarum *L*, literatum *F* inepcia *F* 3 gracias fatigatissime *F* 4 arce] apice *Wilamowitz* 5 recitet *LC* 7 garulitatis *F* 9 nobis *MTCFP* 10 praelegit *L*, praelegit *M*[1] israbelita *LC*, hisrabelita *MT*, hisraelita *P* 12 hinc *MTCFP* hinc *MTCFP* 13 aeo *corr. ex* ee *L*[1] 14 sibimet *F* malluit *L* hierusalem *L*, hierlm *MP*, hirlm *C*, ierlm *TF* 15 hierusolimam *LMP*, ierosolimam *TF*, ihrlomam *C* adventatem *C* habrahae *(prior.* h *eras. L*[2]*) LMP* 16 spiritualis *CF* sarra *(alt.* r *eras. M*[1]*) LMTCP* surcipiat *L* nanque *M* 17 libertatē (ē *corr. in* e *L*[1]*) L* 18 isto veniendi ipsi fuerit causa *T*, ipsi fuerit veniendi isto causa *P* conducibilius (n *in ras. M*[1]*) M* 19 scripsim' *T* ideo *L*, eo *MTCFP* 20 his (h *eras. M*[1]*) MC* efficacissimę *(prim.* s *eras. L*[2]*) L* quemque *om. T* qui (meras *om.*) iustae commendationis causas *T* commendationib; *L* 21 operuerit *L*, aperuerit (erit *in ras. M*[1]*) M* esse dignare domine papa *om. C* 22 PRINCIPIO PAPAE *C*, pape pncipio *F* salutem *om. F* 24 nanque *M*, nam *P* diffusa laus (a *in ras. et* laus *s. l. add. M*[1]*) MCFP* stringi s *(unam litt. eras. M*[1]*) M* spaciis *MC* 25 hin *L* est *s. l. add. C*[1] 26 opinionis *P* censente *(post.* n *eras. C*[1]*) LC* 27 astipulator *MTCFP* satis *(prior.* s *in ras. M*[1]*) M* cynobio *L*, cenobio *MC*, cenobio *TFP* lyrinensi *L* 28 mensfiticos *LMFP*, mendifiticos *T*[1]

Digitized by Google

phiticos et Palaestinos archimandritas. is est episcopus Antiolius, cuius relatu, qui
pater vobis, quique qualesque vos fratres, qua morum praerogativa pontificatu maximo
3 ambo fungamini, sollicitus cognoscere studui, gaudens cognovisse me memini. cui
patri quondam, videlicet vos habenti, vix domus Aaron pontificis antiqui merito com-
pararetur; quem licet primum in medio plebis heremitidis sanctificationis oleo legiferi 5
fratris dextra perfuderit, filios eius in similis officii munia vocans, tamen ipsius super
Ithamare et Eleazaro felicitatem Nadab et Abiu fulminibus afflati decoloravere; quorum
quamlibet interemptorum credamus absolvendas animas, punitas tamen scimus esse
4 personas. vos vero tacturi paginam altaris nihil, ut audio, offertis ignis alieni, sed
comitantibus victimis caritatis castitatisque fragrantissimum incensum turibulis cordis 10
adoletis. ad hoc quotiens iugum legis cervicibus superbientum per vincula praedi-
cationis adstringitis, tunc deo tauros spiritaliter immolatis. quotiens conscientiae
luxuriantis fetore pollutos ad suaveolentiam pudicitiae stimulis correctionis impellitis,
5 hircorum vos obtulisse virulentiam Christus sibi computat. quotiens hortantibus vobis
in quocumque conpuncto culpas suas anima poenaliter recordata suspirat, quis vos 15
ambigat paria turturum aut binos pullos columbarum, qui duplicem substantiam utrius-
que hominis nostri tam numero quam gemitu assignant, mystico litasse sacrificio?
quotiens vestro monitu obesum quicumque corpus aestuantemque turgidi ventris arvinam
crebro ieiuniorum decoquendus igne torruerit, nulli dubium est vos tunc simulam
6 frictam in quadam continentiae sartagine consecraturos. quotiens aliquem mentis 20
perfidae figmenta ponentem sanam respondere doctrinam fidem credere, viam tenere
vitam sperare suadetis, quis vos dubitet in huius emendatione conversi, qui iam sit
liber ab haeresi, liber ab hypocrisi, liber ab schismate, purgatissimum propositionis
7 panem cum sinceritatis et veritatis azymis dedicaturos? postremo quis nesciat, quic-
quid legis diebus figuraliter immolabatur in corporibus, quod totum id gratiae tempore 25
manifeste vos offeratis in moribus? atque ideo gratias uberes deo refero, quod
secundum vestrae paginae qualitatem facile agnosco antistitem suprafatum de vobis,
cum magna dixerit, maiora tacuisse. quapropter nemo dubitaverit, qui bonus es, cum
8 indicaris, et melior, cum legeris, esse te optimum, cum videris. Megethius clericus,

---

1 is est *vulgo*, is et *LMTCFP*, *an* scilicet? antiolius (n *in ras.* M^1) *M*, antiolus *LTCFP* 3 memini *in ras.* M^1 4 aharon *L* 6 dextera *F* sup *corr. ex* sub M^1 7 Ithamare *scripsi*, ithamar *LMTCFP* eleazoro *C* abiud *CF* flmininib; *corr. ex* fluminib; F^1 8 interimtorum *L*, interpretorum (pre *corr. in* prē F^2) *F* punitas (nita *in ras. 8 litt.* M^1) *M* 9 tacturni *L*, taciturí *(prior.* i *eras.* C^2) *C* nichil *MTCFP* 10 comitatibus *L* fragrantissimum *vulgo*, flagrantissimum *LMTCFP* in *ante* turibulis *P et s. l. add.* M^2 thuribulis *T*, turribulis *F* 11 dolentis *L* quoties M^1, quoties *LTF* cervicibus superbientium *MCFP*, cervitiū (ū *corr. in* b' T^1) superbientib' (b' *corr. in* ū T^1) *T* 12 astringitis *MTCP*, astringis *F* spiritualiter *CF* quoties M^1, quoties *LTF* 13 faetore *L* pollutos *(post.* o *in ras.* M^1) *M* pudiciciae *CF* correctiones *L* 14 optulisse *L* quoties M^1, quoties *LTF* vobis *s. l. add.* M^1 15 compuncto *MTFP* poenaliter *LMTCP*, lacrimaliter *F* 16 dupplicem substanciam *F* 17 hominis utriusque nostri *transp.* T^1, hominis nostri utriusque *C* tū *s. l. add.* M^1 assignavit (vit *corr. in* nt F^1) *F* mistico *MTCFP* 18 quoties M^1, quoties *LT* monito *L* turbido *F* 19 dequoquendus *L* tunc vos *T* similam frictam *MTC*, ī frixū *add. s. l.* M^1, similam frixam *FP* 20 continencie *F* quoties M^1, quoties *LTF* 22 *ante* suadetis *alterum* suadetis *eras.* M^2 23 ypocrisi *LF*, hypochrisi *M*, ipocrisi *C* a *T* scismate *LMTFP*, scemate *C* 24 azimis *LMTCFP* postremos *(post.* s *eras.* L^1) *L* qdqd *T* 25 in *s. l. add.* M^1 26 grates uberes (uberes *in ras.* M^1) *M* 29 te esse *TCFP et in ras.* M^1

vestri gerulus eloquii, rebus ex sententia gestis, quia tuorum apicum detulit munera, meorum reportat obsequia: quem saltim iuvimus voto, quia re forsitan non valemus. per quem obsecro impense, ut sitim nostram frequenter litteris litteratis, ambo germani, tu frequentius, inrigetis. sed si difficultas itineris intersiti resultat optatis, vel aliquotiens pro supplicibus supplicate. maius est autem, si nobis tribuere dignemini raris intercessionibus salutem quam si crebris affatibus dignitatem. memor nostri esse dignare, domine papa.

XV.

SIDONIUS DOMINO PAPAE PROSPERO SALUTEM.

Dum laudibus summis sanctum Annianum, maximum consummatissimumque 1
pontificem, Lupo parem Germanoque non imparem, vis celebrari fideliumque desideras pectoribus infigi viri talis ac tanti mores merita virtutes, cui etiam illud non absque iustitia gloriae datur, quod te successore decessit, exegeras mihi, ut promitterem tibi Attilae bellum stilo me posteris intimaturum, quo videlicet Aurelianensis urbis obsidio oppugnatio, inruptio nec direptio et illa vulgata exauditi caelitus sacerdotis vaticinatio continebatur. coeperam scribere; sed operis arrepti fasce perspecto taeduit inchoasse; 2
propter hoc nullis auribus credidi quod primum me censore damnaveram. dabitur, ut spero, precatui tuo et meritis antistitis summi, quatenus praeconio suo sub quacumque et quidem celeri occasione famulemur. ceterum tu creditor iustus laudabiliter hoc imprudentiae temerarii debitoris indulseris, ut quod mihi insolubile videtur tibi quoque videatur inreposcibile. memor nostri esse dignare, domine papa.

XVI.

SIDONIUS CONSTANTIO SUO SALUTEM.

Spoponderam Petronio, inlustri viro, praesens opusculum paucis me epistulis 1
expediturum; cuius auribus non peperci, dum tuis parco. malui namque, ut illum correctionis labor, te honor editionis aspiceret perveniretque in manus vestras volumen istud alieno periculo, obsequio meo. peracta promissio est; nam peritia tua si coactorum in membranas inspiciat signa titulorum, iam copiosum te, ni fallor, pulsat exemplar: iam venitur ad margines umbilicorum, iam tempus est, ut satiricus ait, Orestem nostrum vel super terga finiri. non hic ego commenticiam Terpsichoren 2

27 Iuvenal. sat. I, 5 sq.: summi plena iam margine libri
scriptus et in tergo nec dum finitus Orestes.

1 sentencia *CF* 2 obsequium *F* salti *LT*, saltem *MFP* 4 s; tu frequencius *T* irrigetis *MTCFP* dif.i.cultas *corr. ex* difulcultas L^1 obtatis *CP* aliquotiens M^1, aliquoties *L* 5 nobis *LTP et in ras.* M^2, bonis *CF et ut v. M*, 4 nobis *ut v. s. L add.* M^1, *eras.* M^2 6 dignitatii (ii *corr. in* ē T^1 *T* esse dignare domine papa *om. CF* 7 digneris *MTP* 8 Sidonius *et* salutem *om. F* prosperio *T* 9 aniamum *MTCFP* consumatissimumque *C* 11 moris F^1 12 iusticia *CF* michi *C* 13 quod (d *eras.* C^2) *C* 14 irruptio *MTCFP* 15 prospecto *P* incoasse *M* 16 dampnaveram *TCF* ut *om. T* 17 et *om. C* merito *F* quatinus *MTCFP* 19 imprudencise *F* michi *C* 20 esse dignare domine papa *om. MCP* 21 constancio suo (Sidonius *et* salutem *om.*) *F* 22 illustri *MTCFP* 23 mallui *L* namque *M* 24 vestras manus *C* 25 peracta] infracta *Mommsen* si coactorum (si co *in ras.* M^1) *M* 26 in *om. L* inspiceat *T* copiosū *P* 27 satilicus *L*, satyricus *TP* 28 oreste *L* commentitiam *LTP* therpsicoren *LT*, therpsicorem *MFP*, therpsicore *C*

more studii veteris adscivi nec iuxta scaturriginem fontis Aganippici per roscidas ripas et pumices muscidos stilum traxi. atque utinam hic nil molle, nil fluidum, nil de triviis compitalibus mutuatum reperiretur! siquidem maturo, ut es ipse, lectori non tantum dictio exossis tenera delumbis, quantum vetuscula torosa et quasi mascula placet. sed reserventur ista potioribus: mihi sufficit, si cito ignoscas, quod sumus
3 tardi. praeterea si vir inlustris aliquid insuper ampliuscule scribi depoposcisset, in moras grandes incidissemus. nam per armariola et zotheculas nostras non remanserunt digna prolatu. unde cognosce, quod, etsi tacere necdum, coepimus certe taciturire, duplici ex causa: ut si placemus, pauca lecturis incitent voluptatem: si refutamur, non excitent multa fastidium, quippe in hoc stilo, cui non urbanus lepos
4 inest, sed pagana simplicitas. unde enim nobis illud loquendi tetricum genus ac perantiquum? unde illa verba saliaria vel Sibyllina vel Sabinis abusque Curibus accita, quae magistris plerumque reticentibus promptius fetialis aliquis aut flamen aut veternosus legalium quaestionum aenigmatista patefecerit? nos opuscula sermone condidimus arido exili, certe maxima ex parte vulgato, cuius hinc honor rarus, quod
5 frequens usus, hinc difficilis gratia, quod facilis inventio est. sane profiteor audenter, sicut istic nil acre, nil eloquens, ita nihil inditum non absolutum, non ab exemplo. sed quid haec pluribus? dictio mea, quod mihi sufficit, placet amicis. in quibus tamen utrumque complector, sive non fallunt examine seu caritate falluntur, deumque, quod restat, in posterum quaeso, ut secuturi aut fallantur similiter aut censeant. vale.

---

1 studui *C* ascivi *MTFP*, achivi *C*, l ascivi *s. l. add. C²* scaturriginem *(prior.* r *eras. M²) M*, scaturii iguē *L*, scaturiginem *TCFP* aganipici *MCP*, agāpici *F* 2 punices *C¹*, punices *F* muscivos *L*, *fort. recte* adque *L* 3 trivis *C* repperiretur *(prior.* p *eras. M²*, l atur *s. l. add. M¹) LMT*, reperietur *C¹* 4 torosa *M¹*, thorosa *TCFP* 5 rese iuvent' *L* michi *CFP* 6 illustris *MTCFP* depopocisset *L¹*, depopociseet *T* 7 zetheculas *T*, zotheculas *MCFP* 8 esi *L* nondum *TC* caepimus *L*, cepimus *MCP*, cepimus *F*, cepimus cepimus *T* 9 taciturire (rire *in ras. M¹) M* *post* taciturire *leg.* iam deliberavimus *in C* dupplici *F* voluntatem (n *corr. in* p *M²) M* 11 pagina *C* illud *s. l. add. M¹* 12 sybillina *L*, sibillina *MTCFP* curribus *L* 13 promtius *LC*, *om. T* fecialis *MCP* flamin *L* 14 enigmata (tis *s. l. add. man. rec.) C* 15 edidimus *MTCFP* 16 hinc difficilis *MTCFP*, in difficilis *L* invencio *LF* profiteo *F²* 17 nichil *MCFP*, nil *T* non adsuetum *ego*, non ab solito *Wilamowitz*, non obsoletum *(cf. Cicero de orat. 3, 9, 33) Mommsen* 18 hoc *C* michi *CF* 19 contemplor *C* ñ *eras. et* non fallunt *usque ad* caritate *add. in marg. P¹* 20 resta *L* cecuturi *(prior.* c *corr. in* s *L¹) L* *subscriptionem in L a rubricatore pictam eras. L²*, G. SOLLII APOLLINARIS SIDONII EPŁARV LIB VIII. EXPLICIT. INCIPIT LIB VIII. *M*, *nulla subscriptio in T*, Gai Sollii apollinaris Modesti Sidonii arvernoī epi lib. VIII. explicit. incipit eiusdē lib. VIII. *C*, Incipit nonus liber epistolaī *F*, G. sollii APOLLINARIS. SIDONII. eplarū. LIB. VIII. EXPLICIT. INCIPIT lib. VIIII. *P*

GAI SOLLII
APOLLINARIS SIDONII
EPISTULARUM
LIBER NONUS.

I.

SIDONIUS FIRMINO SUO SALUTEM.

Exigis, domine fili, ut epistularum priorum limite irrupto stilus noster in 1
ulteriora procurrat, numeri supradicti privilegio non contentus includi. addis et
causas, quibus hic liber nonus octo superiorum voluminibus accrescat: eo quod Gaius
5 Secundus, cuius nos orbitas sequi hoc opere pronuntias, paribus titulis opus epistulare
determinet. quae iubes non sunt improbabilia; quamquam et hoc ipsum, quod pie 2
iniungis, arduum existat ac laudi quantulaecumque iam semel partae non opportunum,
primum, quod opusculo prius edito praesentis augmenti sera coniunctio est; deinde,
quod arbitros ante quoscumque, nisi fallimur, indecentissimum est materiae unius
10 simplex principium, triplices epilogos inveniri. pariter et nescio, qualiter fieri veniabile 3
queat, quod coerceri nostra garrulitas nec post denuntiatum terminum sustinet: nisi
quia forsitan qui modus potest paginis, non potest poni ipse amicitiis. quapropter
esse te in quadam tuendae opinionis meae quasi specula decet curiosisque facti huiusce
rationem manifestare quidque ad hoc sentiant optimi quique, rescripto quam frequen-
15 tissimo mihi pandere. porro autem si me garrire compulso ipse reticere persevera- 4
veris, te quoque silentii nostri talione ad vicem plecti non periniurium est. itaque
tu primus, tu maxime ignosce negotio quod imponis ac ministerio. nos vero, si
quod exemplar manibus oecurrerit, libri marginibus octavi celeriter addemus. etsi 5

---

totam epist. I om. LT 1 Firmino suo *sal add. m. rec. in C* salutem *om. F* 2 piorum M^1 limitate (ta *eras.* P^1) *P* 3 contemptus *F* includit (t *eras.* P^1) *P* 4 VIIII^{nus} *C* supriorum F^1 gavi' *F* 5 pronuncias *MCF* 7 qustulecumque *C* oportunum *MCFP* 9 nisi *MFP*, non *C* matheriae *C* 10 epylogos *MF* 11 coherceri nostra garrulitas (garulitas *F*) *MFP*, nostra garrulitas coherceri *C* denunciatum *MCF* 12 potest *om.* M^1CF amiciciis *CF* 13 contuendae *C* oppinionis *F* 14 quidque *scripsi*, quidve *MCFP* senciant *CF* 15 michi *C* perseveraveris (veris *in ras.* M^2) *M*, perseveraberis *C* 16 silencii *CF* 17 negocio *C* 18 occurrerit (rit *in ras.* P^1) *P*

Digitized by Google

Apollinaris tuus † cui in ceteris rebus est in hac certe neglegentissimus, quippe qui peroxiguum lectione teneatur vel coactus vel voluntarius; quantum tamen mihi videtur, qui patribus his iungi non recusaverim, quorum studio voto timori laudabile aliquid in filiis, licet difficile persuadeatur, difficilius sufficit. vale.

II.

SIDONIUS DOMINO PAPAE EUPHRONIO SALUTEM.

1 Albiso antistes Proculusque levites, ideo nobis morum magistri pronuntiandi, quia vestri merentur esse discipuli, litteras detulerunt, quarum me sacrosancto donastis affectu; quae tamen litterae plurimum nobis honoris, plus oneris inponunt. unde et ipsarum sic benedictione lactor, quod iniunctione confundor, quippe qui ex asse turbatus vel ex parte non pareo. iubetis enim tam diversa quam nimia explicarique decernitis opus, quod ab extremitate mea tam difficile conpletur quam inprudenter
2 incipitur. sed si amplitudinem in vobis pietatis expertae bene metior, plus laborastis, ut affectus vestri cordis quam nostri operis effectus publicaretur. neque enim, cum Hieronymus interpres, dialecticus Augustinus, allegoricus Origenes gravidas tibi spiritalium sensuum spicas doctrinae salubris messe parturiant, nunc scilicet tibi a partibus meis arida ieiunantis linguae stipula crepitabunt. hoc more tu et olorinis cantibus anseres ravos et modificatis lusciniarum querelis inproborum passerum fringultientes
3 susurros iure sociaveris. quid? quod sic quoque arroganter fieret indecenterque, si negotii praecepti pondus aggrederer, novus clericus peccator antiquus, scientia levi gravi conscientia, videlicet ut, si scriptum quocumque misissem, persona mea nec tunc abesset risui iudicantum, cum defuisset obtutui. ne, quaeso, domine papa, nimis exigas verecundiam meam qualitercumque latitantem coepti operis huiusce temeritate devenustari, quia tantus est livor derogatorum, ut materia, quam mittis, velocius sortiatur inchoata probrum quam terminata suffragium. memor nostri esse dignare, domine papa.

---

1 appollinaris *F* cui studium in ceteris rebus *F*, cū in ceteris rebus tū *P et in ras. M*², l cui studi[illegible] in cetis rebu[illegible] *in marg. add. M*¹, cui anim' cū in ceteris rebus *C*, frugi in ceteris rebus *Wilamowitz* negligentissimus *FP* 2 choactus *F* 3 qui• *(unam litt. eras. M*¹*) M* hiis *F* 5 *inscriptionem om. T* Sidonius *et* salutem *om. F* PAPAE EVFRONIO SVO *L*, PAPAE EVFRONIO *MFP*, EVFRONIO PAPAE *C* 6 .Ibiso *T* antestes *L* pronunciandi *MCF*, *om. T* 8 affectu (l fa *s. l. add. T*²) *LTFP*, affatu *C*, affectu *M*¹ imponunt *MTCFP* 9 benedictione sic *T* 10 nimia *L*, minima *MTCFP* explicari quae *L* 11 iubetis *T*, l decernitis *s. l. T*¹ tremitate *L* completor *L*¹, completur *MTCFP* inpudenter (in *corr. in* im *P*²) *P*, impudenter *MTCF* 13 vestri cordis *usque ad* affectus *add. in marg. P*¹ effectus operis *T* publicaretur *M* neque] haec *Mommsen* 14 hieronimus *LMT*, iheronimus *C*, ieronimus (h *s. l. add. P*¹) *FP* dialeticus *F* agustinus *L* origenis *L* spiritualium *CFP* 15 parturiunt *M*¹ nunc *L*, non *MTP*, num *CF* partibus meis tibi (*om.* a) *F* a *om. MTCFP* 16 a•rida *(unam litt. eras. F*¹*) F* stipula (stip *in ras. P*¹) *P* *an* aridae . . . . stipulae? crepitabit *(corr. ex* crepitabat *F*¹*) MTCFP* 17 ravus *L* modefecatis *(prior.* e *corr. in* i *L*¹*) L* quaerellis *L* improborum *MTCFP* fringulcientes *TCFP* 18 sociaberis *C*, l sociaveris *s. l. add. C*² sic *Elmenhorstius*, si *L*, *om. MTCFP* 19 negocii *CF* aggredirer *L* 20 quodcumque *(corr. ex* quocumque *M*²*) MFP* personam *L* 21 iudicancium *F* optutui *L* 22 qualitercumque] utcumque *T* 23 devetustari *F*¹ sorciatur *MCF* 24 incoata *M*¹ esse dignare domine papa *om. CF* 25 papae *L*

III.

SIDONIUS DOMINO PAPAE FAUSTO SALUTEM.

SERVAT consuetudinem suam tam facundia vestra quam pietas, atque ob hoc 1
granditer, quod diserte scribitis, eloquium suspicimus, quod libenter, affectum. ceterum
ad praesens petita venia prius impetrataque cautissimum reor ac saluberrimum per
has maxume civitates, quae multum situ segreges agunt, dum sunt gentium motibus
itinera suspecta, stilo frequentiori renuntiare dilataque tantisper mutui sedulitate ser-
monis curam potius assumere conticescendi. quod inter obstrictas affectu mediante
personas asperrimum quamquam atque acerbissimum est, non tamen causis efficitur
qualibuscumque, sed plurimis certis et necessariis quaeque diversis proficiscuntur ex
originibus. quarum ista calculo primore numerabitur, quod custodias aggerum publi- 2
corum nequaquam tabellarius transit inrequisitus, qui etsi periculi nihil, utpote crimine
vacans, plurimum sane perpeti solet difficultatis, dum secretum omne gerulorum per-
vigil explorator indagat. quorum si forte responsio quantulumcumque ad interrogata
trepidaverit, quae non inveniuntur scripta mandata creduntur: ac per hoc sustinet
iniuriam plerumque qui mittitur, qui mittit invidiam, plusque in hoc tempore, quo
aemulantum invicem sese pridem foedera statuta regnorum denuo per condiciones
discordiosas ancipitia redduntur. praeter hoc ipsa mens nostra domesticis hinc inde 3
dispendiis saucia iacet; nam per officii imaginem vel, quod est verius, necessitatem
solo patrio exactus, hoc relegatus variis quaquaversum fragoribus quia patior hic
incommoda peregrini, illic damna proscripti. quocirca solvere modo litteras paulo
politiores aut intempestive petor aut inpudenter aggredior, quas vel ioco lepidas vel
stilo cultas alternare felicium est. porro autem quidam barbarismus est morum sermo
iucundus et animus afflictus. quin potius animam male sibi consciam et per horas 4
ad recordata poenalis vitae debita contremescentem frequentissimis tuis illis et valen-
tissimis orationum munerare suffragiis, precum peritus insulanarum, quas de palaestra
congregationis heremitidis et de senatu Lirinensium cellulanorum in urbem quoque,
cuius ecclesiae sacra superinspicis, transtulisti, nil ab abbate mutatus per sacerdotem,

---

1 Sidonius *et* salutem *om.* *F* FAVSTO PAPAE *C* 3 diserte scribitis eloquium suspicimus *Wouccerenus*, diserte (disserte *C*) scriptis eloquium suscipimus *LTC*, sic diserte (disserte *F*) in scriptis eloquium suscipimus (sic diser *in ras.* M^2 *et* in *s. l. add.* M^1) *MFP* 4 impetrataque *L* 5 maxime *MTCFP* civitatis *L* gencium *F* mutibus itenera *L* 6 frequenciori *F* renunciare *CF* 7 conticiscendi (*alt.* i *corr. in* e F^2) *CF* obtrectas *L*, obstictas *P* 8 *post* asperrimum *leg.* est *in L* 9 et *om.* *MP*, *sed ras.* est *s. l. in M* 10 priore T^1 *post* aggerum *5 litt. eras.* M^1 11 nichil *MTCP*, nl *F* 12 p plurimum *T* secreto *L* gerolorum *L*, gerulorum *praeter* um *in ras.* M^1 13 exploratur *L* 16 *ante* regnorum *leg.* romani et gothici *in P*, *post* regnorum *leg.* romani et gothici regni .s. *in T* dinno *L* conditiones *LMTCP* 17 ancipicia *CF*, ancipita *L* peter M^1 hoc ✠ *T* 18 ymaginem *F* 19 hoc *LTC*, hic (*corr. ex* hoc M^1) *MFP* relegat (*corr. in* relegor M^1P^1) *MTP*, relegatur *C*, relegor *F* quaquaversuum *L* frangor angoribus *Wouccerenus*, fragoribus quia *LMTCFP*, frangor angoribus quia *Wouccerenus*, fragoribus (*del.* quia) *Mommsen* patior hic *MTCFP*, patioris *L* 20 dampna *TCF* solvere modo *LMTFP*, solverem' (m' *eras.* C^2) *C* paulo *om.* *T* 21 politioris *L* intempestiva M^1 impudenter *TCFP* loco *C* 23 iocundus *MTCFP* male sibi *s. l. add.* C^1 constantiam *L* 24 contremescentem (*alt.* e *corr. in* i M^1) *M*, contremiscentem (i *corr. in* e F^1) *CFP* 25 praecum *L* peritis C^1, peritis F^1 26 lyrininsium cellolanorum *L* urbē (ē *in ras.* M^1) *M*, urbe *C* 27 nichil (ab *om.*) *T*

Digitized by Google

quippe cum novae dignitatis obtentu rigorem veteris disciplinae non relaxaveris. his igitur, ut supra dixi, precatibus efficacissimis obtine, ut portio nostra sit dominus atque ut ascripti turmis contribulium levitarum non remaneamus terreni, quibus terra
5 non remanet inchoemusque ut a saeculi lucris, sic quoque a culpis peregrinari. tertia est causa vel maxuma, exinde scribere tibi cur supersederim, quod immane suspicio dictandi istud in vobis tropologicum genus ac figuratum limatisque plurifariam verbis eminentissimum, quod vestra quam sumpsimus epistula ostendit: licet olim praedicationes tuas, nunc repentinas, nunc, ratio cum poposcisset, elucubratas, raucus plosor audierim, tunc praecipue, cum in Lugdunensis ecclesiae dedicatae festis hebdomadalibus collegarum sacrosanctorum rogatu exorareris, ut perorares. ubi te inter spiritales regulas vel forenses medioximum quiddam contionantem, quippe utrarumque doctissimum disciplinarum, pariter erectis sensibus auribusque curvatis ambiebamus.
6 hinc parum factitantem desiderio nostro, quia iudicio satisfeceras. hisce de causis temperavi stilo temperaboque, breviter locutus, ut paream, longum taciturus, ut discam. sunt de cetero tuae partes, domine papa, doctrinae salutaris singularisque: victuris operibus incumbere incumbere satis. neque enim, quisquis auscultat docentem te disputantemque, plus loqui discit quam facere laudanda. nunc vero, quod restat, donate venia paginam rusticanter vobis obsecundantem, cui me quoque auctore, si vestris litteris comparetur,
7 stilus infantissimus inest. sed ista quorsum stolidus allego? nam nimis deprecari ineptias ipsas est ineptissimum, in quibus tu merus arbiter, si rem ex asse discingas, ridebis plurima, plura culpabis. sed et illud amplector, si pro caritate qua polles non fueris usquequaque censendi continentissimus, id est, si sententia tua quippiam super his apicibus antiquet. tunc enim certius te probasse reliqua gaudebo, si liturasse aliqua cognovero. memor nostri esse dignare, domine papa.

IV.

SIDONIUS DOMINO PAPAE GRAECO SALUTEM.

1 Viator noster ac tabellarius terit orbitas itineris assueti spatium viae regionumque, quod oppida nostra discriminat, saepe relegendo. quocirca nos quoque decet semel propositae sedulitatis officia sectari, quae cum reliquis commeantibus tum praecipue Amantio intercurrente geminare cum quadam mentis intentione debemus, ne

---

1 relaxauris *L*, relaxaberis (ivo) *C*¹ biis *F* 2 praecatibus *L* optine *LMCFP* porcio *C* 3 ascripti *L* remanemus *C* 4 tercia *TC* 5 maxima *MTCFP* tibi scribere *T* inmane suspitio *T* 6 tropologium *L* genus *om. C* 7 epistola *L* licet olim *scripsi*, loceto in *L*, licet enim *MTCFP*, licet etiam *Mohrius* 8 cum racio *C* plusor *L*, plausor (o) *P*¹ 9 ebdomadalibus *LTFP*, ebdomalibus (da) *M*¹, ebdomadibus *C* 10 ibi *MTCFP* 11 spiritalis *L*, spirituales *CF* forensis *L*, forensees (n *ut v. eras. C*²) *C* quiddam (qddam *T*) concionantem *MTCFP*, quidam (d) contentionantem *L*¹ 13 iuditio *TF* 14 loquutus (qu *corr. ex* c *L*¹) *L* 15 *post* singularisque *ins.* virtutis *Wilamowitz* victoris *LT* 16 incumbere incumbere *L*, incumbere *MTCFP* quisquū *C* disputantem quae *L* 17 venię (ę *corr. in* a *C*¹) *C* 18 rusticantem *MTCFP* 19 quorum *L* depraecari *L*, depciari *F* 20 *an* ipsum? distinguas (t *corr. in* s *T*¹) *T* 21 amplector illud *F* 22 sentencia *C* 23 biis *F* antique *L* cercius *F* litturasse *F* 24 esse *om. L* esse dignare domine papa *om. CF* dignare (a *corr. ex* o, ę *in ras. P*¹) *P* 25 Sidonius *et* salutem *om. F* PAPA GRAECO *L*, GRECO PAPE *C* SVLVTEM (A) *C*¹ 26 itineris *L* spacium *CF* 28 cōmmeantibus *(prior.* m *eras. L*¹*) L*, comeantibus *F* tē *F* praecipuae *L* 29 gemenare *L*, gminare (o) *F* contencione *F*

Digitized by Google

forte videatur ipse plus litteras ex more deposcere quam nos ex amore dictare, domine papa; ideoque vestrorum plus mementote, quos inter praesumimus computari, quique, sicut vestris erigimur secundis, ita deprimimur adversis. nam quod nuper quorum- 2
piam fratrum necessitate multos pertuleritis angores, flebili ad flentes relatione per-
5 venit. sed tu, flos sacerdotum gemma pontificum, scientia fortis fortior conscientia, minas undasque mundialium sperne nimborum, quia frequenter ipse docuisti, quod ad promissa convivia patriarcharum vel ad nectar caelestium poculorum per amaritudinum terrenarum calices perveniretur. velis nolis, quisque contempti mediatoris consequitur 3
regnum, sequitur exemplum. quantumlibet nobis anxietatum pateras vitae praesentis
10 propinet afflictio, parva toleramus, si recordamur, quid biberit ad patibulum qui invitat ad caelum. memor nostri esse dignare, domine papa.

V.

SIDONIUS DOMINO PAPAE IULIANO SALUTEM.

Etsi plusculum forte discreta, quam communis animus optabat, sede consistimus, 1
non tamen medii itineris obiectu quantum ad solvendum spectat officium nostra
15 sedulitas impediretur, nisi quod per regna divisi a commercio frequentiore sermonis diversarum sortium iure revocamur; quae nunc saltim post pacis initam pactionem quia fidelibus animis foederabuntur, apices nostri incipient commeare crebri, quoniam cessant esse suspecti. proinde, domine papa, cum sacrosanctis fratribus vestris pariter 2
Christo supplicaturas iungite preces, ut dignatus prosperare quae gerimus nostrique
20 dominii temperans lites arma compescens illos muneretur innocentia, nos quiete, totos securitate. memor nostri esse dignare, domine papa.

VI.

SIDONIUS DOMINO PAPAE AMBROSIO SALUTEM.

Vigeit pro dilectissimo nostro (quid loquar nomen personam? tu recognosces 1
cuncta) apud Christum tua sanctitas intercessionis effectu; de cuius facilitate iuvenali
25 saepe nunc arbitris palam adscitis conquerebare, nunc tacitus ingemiscebas. igitur

---

2 ideoque *L*, ideo *(corr. in* in deo *M*[1]*) MTC*, in deo *FP* plus *s. l. add. F*[2] plus *usque ad* praesumimus comparari *add. in marg. P*[1] 3 sic *L* ita deprimimur *om. L* quorūdā *P* 4 labores *T*, anguores *s. l. add. T*[1] flentis (i *corr. ex* e *L*[1]) *L* 5 flus *L* forcior *F* 6 nimbonorum *L*, ĩmbrorum *F* 7 amaritudinē (ē *corr. in* ū *P*[1]) *P* 8 pervenitur *T* 9 sequitur *LMTFP*, consequitur (con *corr. in* cum c•n *m. rec.*) *C* quantaslibet *C* 10 tolleramus *F* recordimur *L* 11 esse dignare domine papa *om. MCP* papa *om. F* 12 *inscriptionem om. T* Sidonius domino *et* salutem *om. F* *post* IVLIANO *leg.* SVO *in P* 13 descreta *L*[1] cummunis *L* obtabat *MFP* 14 iteneris *L* 15 nisi *LMTFP*, non *C* commertio *TF* frequentiore *M*, ł ris *s. l. add. M*[1] 16 revocaremur *T* saltem *MCFP*, satis *T* post *om. C* 19 supplicaturas (supplicaturhas *C*, h *eras. C*[2]) Christo *TC* iungitis praeces *L* 20 dominii *CFP*, domini *M*[1], domini *T*, domi *seq. litura 7 litt. L*; nostrorumque dominorum *Leo* cõppescens *L*[1] innocencia *F* 21 memor nostri esse dignare domine papa *om. LMTP, sed* VALE *leg. in P* esse dignare *om. C* domine papa *om. F* 22 *inscriptionem om. T* Sidonius *et* salutem *om. F* PAPA *L* 23 piguit (p *add. T*[2]) *T*, egitur *L* 24 iuvenili *TC* 25 ascitis *MTCFP*

hic proxime abrupto contubernio ancillae propudiosissimae, cui se totum consuetudine
obscena vinctus addixerat, patrimonio posteris famae subita sui correctione consuluit.
2 namque per rei familiaris damna vacuatus ut primum intellegere coepit et retractare,
quantum de bonusculis avitis paternisque sumptuositas domesticae Charybdis abligur-
risset, quamquam sero resipiscens, attamen tandem veluti frenos momordit excussitque 5
cervices atque Ulixeas, ut ferunt, ceras auribus figens fugit adversum vitia surdus
meretricii blandimenta naufragii puellamque, prout decuit, intactam vir laudandus
in matrimonium adsumpsit, tam moribus natalibusque summatem quam facultatis
3 principalis. haec quidem gloria, si voluptates sic reliquisset, ut nec uxori coniugaretur;
sed, etsi forte contingat ad bonos mores ab errore migrare, paucorum est incipere de 10
maxumis, et eos, qui diu totum indulserint sibi, protinus totum et pariter incidere.
4 quocirca vestrum est copulatis obtinere quam primum prece sedula spem liberorum;
consequens erit, ut filio uno alterove susceptis (et nimis dixi) abstineat de cetero
licitis, qui inlicita praesumpsit. namque et coniuges ipsi, quamquam nupti nuper,
his moribus agunt, hac verecundia, vere ut agnoscas, si semel videris, plurimum 15
esse quod differat ille honestissimus uxorius amor figmentis inlecebrisque concubi-
nalibus. memor nostri esse dignare, domine papa.

VII.

SIDONIUS DOMINO PAPAE REMIGIO SALUTEM.

1 Quidam ab Arvernis Belgicam petens (persona mihi cognita est, causa ignota;
nec refert), postquam Remos advenerat, scribam tuum sive bybliopolam pretio fors 20
fuat officione demeritum copiosissimo velis nolis declamationum tuarum schedio
emunxit. qui redux nobis atque oppido gloriabundus, quippe perceptis tot volumini-
bus, quaecumque detulerat, quamquam mercari paratis, quod tamen civis (nec erat
iniustum), pro munere ingessit. curae mihi e vestigio fuit hisque qui student, cum

---

1 abruto *C* hancillae (h *induxit* C^1) *C* 2 iunctus *MTCFP* subdita sui F^1, subitas qui *L* 3 nanque *M* pro *C* dampna *TCF* intelligere *MTCFP* 4 charibdis *T*, caribdis *MCFP* abligurisset L^1, abligurisset *F* 5 quanquam *MT* *attamen (unam litt. eras. M^1) *M*, actamen *F* 6 ut aiunt *T* vicia *TCF* 7 intactas *L* 8 matrimonio *T* assumpsit *MTCFP* natalibus summaptem F^1 9 haec *L*, esset *MTCFP* voluptatis *L* 10 mograri *L* 11 maxumis (u *corr. in* i L^2) *L*, maximis *MTCFP* an et difficillimum eos? indulserit C^1, indulsert *F* 12 est *om. L* opulatis F^1 optinere *C* 13 consequens *L*, et post consequens *MTCFP* 14 quo *F* illicita *MTCFP* praesumpsit *LMCFP*, perpetravit *T* nanque *M* quanquam *LMT*, quaquam *F*, qīquam *P* nuptiae *L*, nubti *T* 15 hiis *F* agunt *om. C* ac *LTCF* videres *L* 16 qd (*corr. ex* qd M^1) *MP* illecebrisque *MTCFP* 17 memor nostri esse dignare domine papa *om. T*, *sed leg.* VALE *in T* esse dignare domine papa *om. MCFP* 18 *cum epist. VI ceteris omissis sine subscriptione explicit T, quae sequuntur pallidiore atramento exarata sunt in M* Sidonius *om. F* REMIGIO PAPAE *C* salutem *om. LF* 20 remus *L*, remis *F* seu bibliopolam *MCFP* praetio *L*, p̄cio *C* fros fuat *L*, fors fuat *eras.* C^2, fors fructuat F^1 21 officiovene F^1 scedio *MCFP* 22 qui redux nobis atque *hoc signo* hp *addito in ima marg. leg. in L* oppida L^1 percertis *L* 23 quaecumque detolerat quamquam mercari paratis *L*, quicquid detulerat quamquam (quanquam *M*) mercari paratis *MFP*, quicquid q̄q̄ mercari paratis detulerat *C* civis *L*, cui' *C*, ut ciuis (ut *s. l. add.* M^1) *MFP* 24 curae mihi *LMFP*, curem *ut v. C*, curem' C^2 vegistio *F*

Digitized by Google

merito lecturiremus, plurima tenere, cuncta transcribere. omnium assensu pronuntia- 2
tum pauca nunc posse similia dictari. etenim rarus aut nullus est, cui meditaturo
par affatim assistat dispositio per causas, positio per litteras, compositio per syllabas,
ad hoc opportunitas in exemplis fides in testimoniis, proprietas in epithetis urbanitas
5 in figuris, virtus in argumentis pondus in sensibus, flumen in verbis fulmen in clausulis.
structura vero fortis et firma coniunctionumque perfacetarum nexa caesuris insolubi- 3
libus sed nec hinc minus lubrica et levis ac modis omnibus erotundata quaeque
lectoris linguam inoffensam decenter expediat, ne salebrosas passa iuncturas per
cameram palati volutata balbutiat; tota denique liquida prorsus et ductilis, veluti cum
10 crystallinas crustas aut onychitinas non impacto digitus ungue perlabitur, quippe si
nihil eum rimosis obicibus exceptum tenax fractura remoretur. quid plura? non 4
extat ad praesens vivi hominis oratio, quam peritia tua non sine labore transgredi
queat ac supervadere. unde et prope suspicor, domine papa, propter eloquium
exundans atque ineffabile (venia sit dicto) te superbire. sed licet bono fulgeas ut
15 conscientiae sic dictionis ordinatissimae, nos tibi tamen minime sumus refugiendi, qui
bene scripta laudamus, etsi laudanda non scribimus. quocirca desine in posterum 5
nostra declinare iudicia, quae nihil mordax nihil quoque minantur increpatorium.
alioquin, si distuleris nostram sterilitatem facundis fecundare colloquiis, aucupabimus
nundinas involantum et ultro scrinia tua coniventibus nobis ac subornantibus effractorum
20 manus arguta populabitur inchoabisque tunc frustra moveri spoliatus furto, si nunc
rogatus non moveris officio. memor nostri esse dignare, domine papa.

VIII.

SIDONIUS DOMINO PAPAE PRINCIPIO SALUTEM.

Quamquam nobis non opinantibus, desiderantibus tamen litteras tuas reddidit 1
gerulus antiquus, idoneus inventus, cui iure repetita credantur officia, quandoquidem
25 prima sic detulit. igitur affatu secundo vel potius benedictione donatus ipse quoque
rependo alterum salve, obsequia combinans numeris aequata, non meritis. et quia, 2
domine papa, modo vivimus (animis) iunctis abiunctisque regionibus conspectibusque
mutuis frui dissociatae situ habitationis inhibemur, orate, ut optabili religiosoque
decessu vitae praesentis angoribus atque onere perfuncti, cum iudicii dies sanctus
30 offulserit cum resurrectione, agminibus vestris famulaturi vel sub Gabaoniticae servitutis
occasione iungamur; quia secundum promissa caelestia, quae spoponderunt filios dei

---

1 cuncta *in ras.* M^1 pronunciatum *MCF* 2 cui *corr. ex* qui P^1 3 affatim *om.* *MCFP* sillabas *MCFP* 4 oportunitas *LMCFP* epythetis *LM*, epythethis *F*, epitetis *P* 5 fulmen *(corr. in* flumen F^1*)* in clausulis *F*, flumen in clausolis *L* 6 cesuras M^1 7 *post* levis *deficit in ima pagina* *L* 9 balbuciat *CF* 10 cristallinas *MCFP* onychitinas *scripsi;* onychintinas *MP*, onichintinas *CF* 11 nichil *CFP* eum *C* 12 exstat *P* pquam (p *eras.* M^2) *M* pericia *CF* 13 prope *s. l. add.* M^1 15 refuiendi F^1 17 nostra *om.* *P* nl *F*, nil *C*, nichil *P* nichil *CFP* 18 fecundare *corr. ex* facundare C^2, facundare *corr. ex* facundare M^1 aucupabimus *C* 20 incohabisque *M* spoli•atus *(unam litt. eras.* M^1*)* *M* 21 esse dignare domine papa *om.* *C*, dignare domine papa *om.* *P* digneris *P*, digñ *M* 22 Sidonius *et* salutem *om.* *F* 23 quanquam *MP* 24 ydoneus *F* petita M^1 26 repetendo (te *eras.* C^2) *C* combinans *M* quia *s. l. add.* M^1 27 animis *addidi, om.* *MCFP* conspectibus *(om.* que*)* *F* 28 habitacionis *C* obtabili *CP* 29 angnib; F^1 honore *C* sanctis *Wilmanns:* 30 obfulserit *F*, effulserit *malim* 31 iungamrũ *corr. ex* iungaturũ F^1 fidei *MCP*

de nationibus congregandos, si nos reos venia soletur, dum vos beatos gloria manet, etsi per actionum differentiam, non tamen per locorum distantiam dividemur. memor nostri esse dignare, domine papa.

IX.

SIDONIUS DOMINO PAPAE FAUSTO SALUTEM.

1 Longum tacere, vir sacratissime, nos in commune dequestus es; cognosco vestrae partis hinc studium, nostrae reatum non recognosco. namque iampridem iussus garrire non silui litteris istas antecurrentibus. quibus tamen recensendis, cum Reios advenerant, qui tunc Aptae fuistis, aptissime defuistis. idque votivum mihi granditer fuit ac peroptatum, ut epistula iniuncta nec negaretur scripta amicitiae nec subderetur lecta
2 censurae. ista omittamus. mitti paginam copiosam denuo iubes. parere properanti adsunt vota, causae absunt. nam salutatio, nisi negotium aliquod activa deportet materia, succincta est; quam qui porrigit verbis non necessariis, a regula Sallustiani tramitis detortus exorbitat, qui Catilinam culpat habuisse satis eloquentiae
3 sapientiae parum. unde ave dicto mox vale dicimus. orate pro nobis. sed bene est, bene est, quia chartulam iam iamque complicaturo res forte succurrit, de qua exprobranda si diutius vel laetitia sese mea vel ira cohibuerit, ipse me accepta dignum contumelia iudicabo. venisti, magister, in manus meas (nec exulto tantum, verum insulto), venisti, et quidem talis, qualem abhinc longo iamdiu tempore desideria nostra praestolabantur. dubito sane utrum et invitus, at certe similis invito, quippe quo providente vel, si tamen hoc nimis abnuis, adquiescente sim tuis libris insalutatus hisque, quod multo est iniuriosius, territorium Arvernum cum praeterirent, non solum
4 moenia mea, verum etiam latera radentibus. an verebare, ne tuis dictis invideremus? sed dei indultu vitio nulli minus addicimur; cui si ita ut ceteris a mea parte subiaceretur, sic quoque auferret congrediendi aemulationem desperatio consequendi. an supercilium tamquam difficilis ac rigidi plosoris extimescebas? ecquaenam est cuiquam peritiae cervix tanta quive hydrops, ut etiam tepida vestra non ferventis-
5 simis laudibus prosequatur? an ideo me fastidiendum neglegendumque curasti, quia

---

13 Sellust. Cat. V, 4.

1 congregandos (s *in ras.* M^2) *M*, congregando *C* sic *C* 2 distantiam *s. l. add.* P^1, distanciam *CF* 3 esse dignare domine papa *om.* *MCFP* 4 Sidonius *et* salutem *om.* *F* 6 iamq; pridem (q; *induxit* F^1) *F* garrire *add.* P^1 7 istas litteras antecurrentes *C*, ris curentib; *s. l. add.* C^1 quibus tamen *scripsi*, quibus etiam *MFP*, quibusdam etiam *C* recensendis (i *corr. ex* u M^1) *M* 8 Aptae *Sirmondus*, apte *MCFP* michi *C* granditū (tū *corr. in* t̄ū F^1) *F* 9 amicicie *CF* 10 ommitamus C^1 11 assunt *MCFP* salutationi (salutacioni *C*) si *MCFP* negocium *C* ad *F* activa deportet (non deportet *C*) materia *MCFP*, *an* activam deportet materiam? 12 salustiani *MCFP* 14 parum sapientiae *C* 15 quia chartulam iam iamque *vulgo*, quia carthulam (cartulam *FP*) iamque *MFP*, iamque quia cartulam *C* forte succurrit *scripsi*, fortis accurrit *MCFP* 16 leticia *CF* 17 contumelia dignum *C* 18 iam longo diu *transp.* M^1 19 at *MP*, aut *C*, ac *F* 20 abnus F^1 insultaturus *C*, ł insalutatus *s. l. add.* C^1 21 hiisque *F* 22 mea menia *F* nec F^1 23 vicio *C* addicimur *CF*, addimur *MP*, ł addicim *s. l. add.* M^1 24 congradiendi (a *corr. in* e F^2) *CFP* desperatio c̄sequendi (speratio c̄ *in ras.* M^2) *M*, disputatio consequendi *C*, desperationē consequendi F^1 25 tanquam *MP* ecquaenam *scripsi*; et quaenam *MCFP* 26 tanta cervix *transp.* M^1 quive *MCFP*, ingenive *Leo* ydrops *FP* 27 negligendumque *MFP*

contemneres iuniorem? quod parum credo. an quia indoctum? quod magis fero, ita tamen, ut qui dicere ignorem, non et audire; quia et qui circensibus ludis adfuerunt, sententiam de curribus non ferunt. an aliquo casu dissidebamus, ut putaremur his quos edidissetis libellis derogaturi? atqui praesule deo tenues nobis esse amicitias
5 nec inimici fingere queunt. 'ista quorsum'? inquis. ecce iam pando, vel quid indagasse 6
me gaudeam vel quid te celasse succenseam. legi volumina tua, quae Riochatus antistes ac monachus atque istius mundi bis peregrinus Britannis tuis pro te reportat, illo iam in praesentiarum fausto potius, qui non senescit quique viventibus non defuturus post sepulturam fiet per ipsa quae scripsit sibi superstes. igitur hic ipse
10 venerabilis apud oppidum nostrum cum moraretur, donec gentium concitatarum procella defremeret, cuius immanis hinc et hinc turbo tunc inhorruerat, sic reliqua dona vestra detexit, ut perurbane quae praestantiora portabat operuerit, spinas meas illustrare dissimulans tuis floribus. sed post duos aut his amplius menses sic quoque 7
a nobis cito profectum cum quipiam prodidissent de viatoribus mysticae gazae clausis
15 involucris clam ferre thesauros, pernicibus equis insecutus abeuntem, qui facile possent itineris pridiani spatia praevertere, osculo in fauces occupati latronis insilui, humano ioco, gestu ferino, veluti si excussura quemcumque catulorum Parthi colla raptoris pede volatili tigris orbata superemicet. quid multa? capti hospitis genua complector 8
iumenta sisto, frena ligo sarcinas solvo, quaesitum volumen invenio produco, lectito
20 excerpo maxima ex magnis capita defrustans. tribuit et quoddam dictare celeranti scribarum sequacitas saltuosa compendium, qui comprehendebant signis quod litteris non tenebant. quibus lacrimis sane maduerimus mutuo vicissim fletu rigati, tunc cum ab amplexu saepe repetito separaremur, longum est dixisse nec refert; quod triumphali sufficit gaudio, spoliis onustum caritatis et spiritalis compotem praedae me
25 domum rettuli. quaeris nunc, quid de manubiis meis iudicem; nollem adhuc prodere, 9
quo diuturnius expectatione penderes; plus me enim ulciscerer, si quod sensi tacerem. sed iam nec ipse frustra superbis, utpote intellegens tibi inesse virtutem sic perorandi, ut lectori tuo seu reluctanti seu voluntario vis voluptatis excudat praeconii necessitatem. proinde accipe, quid super scriptis tuis et iniuriam passi censeamus.
30 legimus opus operosissimum multiplex, acre sublime, digestum titulis exemplisque 10
congestum, bipertitum sub dialogi schemate, sub causarum themate quadripertitum. scripseras autem plurima ardenter plura pompose; simpliciter ista nec rustice; argute illa nec callide; gravia mature profunda sollicite, dubia constanter argumentosa

---

1 contempneres *MCF* 2 affuerunt *MCFP* 3 sententiam *MFP*, ł scientiā *s. l. add. M²*, sentenciam *C* fuerunt *F¹* hiis *F* 4 edidissetis libellis *scripsi*, libellis edidissetis *MCFP* amicicias *CF* 6 riocatus *P* 7 monacus *CP* indi *F* britanniis *F* 8 praesenciarum *F* 9 hic igitur *C* 10 gancium *F* concitarum *M¹* procelle *ante* cuius *exp. P¹* 11 immanis *scripsi;* imaginis *MCP*, ymaginis *F* 12 praestanciora *CF* 13 hiis *F* 14 quippiam *CF* misticae *CF* 15 possint (i *corr. in* e *M¹*) *MCF* 16 pridiani spacia *C*, spacia pridiani *F* 17 cathulorum *F* collo *(post.* o *in ras. M²) MFP* 18 volatili *Vaticanus 3421*, volatici *(post.* i *corr. in* o *M¹) MC*, volatico *FP* tygris *F* 20 celeranti *in ras. M¹* 22 maduerimus *F* 23 ab *om. C* separemur *C* 24 honustum (h *induxit C¹*) *C* spiritualis *CFP* 25 retuli *MCFP* manibus *(corr. in* manibiis *P¹) CP* 26 quod *(corr. in* quo *M¹) MCF* ulcisserer *F* 27 intelligens *MCFP* operandi *C* 28 seu reluctanti *s. l. add. M¹* reluctandi (d *corr. in* t *C¹*) *C* 29 accipe (e *in ras. M¹*) *M* passi et iniuriam *C* passi *s. l. add. M¹* 30 operocissimum *F¹* titulis exemplisque congestum *om. C* 31 scemate *M¹*, scemate *F* 32 plura *om. P* rustice *ut v. eras. M¹*, *om. CFP* argutit nec illa callide *C*

d by Google

disputatorie, quaedam severe quaepiam blande, cuncta moraliter lecte, potenter elo-
11 quentissime. itaque per tanta te genera narrandi toto latissimae dictationis campo
secutus nil in facundia ceterorum, nil in ingeniis facile perspexi iuxta politum. quae
me vera sentire satis approbas, cum nec offensus aliter iudico. denique absentis
oratio, quantum opinamur, plus nequit crescere, nisi forsitan aliquid his addat coram
12 loquentis auctoris vox manus, motus pudor. artifex igitur his animi litterarumque
dotibus praeditus mulierem pulchram sed illam deuteronomio astipulante nubentem,
domine papa, tibi iugasti; quam tu adhuc iuvenis inter hostiles conspicatus catervas,
atque illic in acie contrariae partis adamatam, nil per obstantes repulsus proeliatores,
desiderii brachio vincente rapuisti, philosophiam scilicet, quae violenter e numero
sacrilegarum artium exempta raso capillo superfluae religionis ac supercilio scientiae
saecularis amputatisque pervetustarum vestium rugis, id est tristis dialecticae flexibus
falsa morum et illicita velantibus, mystico amplexu iam defaecata tecum membra con-
13 iunxit. haec ab annis vestra iamdudum pedisequa primoribus, haec tuo lateri comes
inseparabilis, sive in palaestris exerceris urbanis sive in abstrusis macerare solitu-
dinibus, haec Athenaei consors, haec monasterii, tecum mundanas abdicat, tecum
supernas praedicat disciplinas. huic copulatum te matrimonio qui lacessiverit, sentiet
ecclesiae Christi Platonis academiam militare teque nobilius philosophari; primum
14 ineffabilem dei patris asserere cum sancti spiritus aeternitate sapientiam: tum praeterea
non caesariem pascere neque pallio aut clava velut sophisticis insignibus gloriari aut
affectare de vestium discretione superbiam, nitore pompam, squalore iactantiam neque
te satis hoc aemulari, quod per gymnasia pingantur Areopagitica vel prytanea curva
cervice Speusippus Aratus panda, Zenon fronte contracta Epicurus cute distenta,
Diogenes barba comante Socrates coma cadente, Aristoteles brachio exerto Xeno-
crates crure collecto, Heraclitus fletu oculis clausis Democritus risu labris apertis,
Chrysippus digitis propter numerorum indicia constrictis, Euclides propter mensurarum
15 spatia laxatis, Cleanthes propter utrumque corrosis. quin potius experietur, quisque
conflixerit, Stoicos Cynicos Peripateticos haeresiarchas propriis armis, propriis quoque
concuti machinamentis. nam sectatores eorum, Christiano dogmati ac sensui si
repugnaverint, mox te magistro ligati vernaculis implicaturis in retia sua praecipites
implagabuntur, syllogismis tuae propositionis uncatis volubilem tergiversantum linguam
inhamantibus, dum spiris categoricis lubricas quaestiones tu potius innodas acrium
more medicorum, qui remedium contra venena, cum ratio compellit, et de serpente

---

1 quaeppiam *C* 2 di••cationis *(ut v. corr. ex* dictationis *M*[1]*) M*, dicationis *FP* 3 in *ante* ingeniis *s. l. add. M*[1], *om. CF* facile *s. l. add. M*[1] prospexi *F* 5 hiis *F* 6 his igitur *C* 7 pulcram *CP* deuthenomio *C* 9 nil *MCP*, nl *F* hostantes *C* 12 amputatiq̃ *M*[1] dialetice *F* 13 ••morum *(2 litt. eras. M*[1]*) M* mistico *MCFP* 14 pedissequa *MCFP* haec *F*, hec *M*, heç *P (sic)*, hoc *C* lateri *corr. ex* lati' *M*[2] 15 macerare *(corr. in* macerere *M*[2]*P*[1]*) MCP*, macerere *F* 16 athenaei consors haec *in ras. M*[2] mundanas (m *corr. ex* n *M*[2]*) M* 17 lascessiverit senciet *CF* 18 achademiam *MCFP* 20 velud *FP* 21 isctanciam *F* 22 gimnasia *CF* pingnantur *F* arcopagitica *C* prytanea *(corr. ex* prytanea̅ *M*[1]*) MP*, pritaneum *C*, prytaneum *F* 23 zeutippus curva cervice *C* Speusippus *Savaro;* zeuxippus *M*, zeutippus *CF*, zeutipus *P* arathus *MCF* 24 cadente *Laurentianus XLV, 26 aliique,* candente *MCFP* aristotiles *MFP* extento *C* 25 oculis *post* risu *induxit F*[1] 26 crisippus *MCFP* digittis *C* iudicia *F* 27 spacia *C* cleantes *MCFP* experiretur *F* 28 cinicos *C* peripapeticos *M* berisiarchas *F* 30 recia *C* 31 inplagabuntur *MP* sillogismis *MCFP* tergiversanciũ *F* 32 dũdum *F*[1] sphiris *CF* chategoricis *C*, cathegoricis *MFP* 33 remedia̅ *M*[1]

conficiunt. sed hoc temporibus istis sub tuae tantum vel contemplatione conscientiae 16
vel virtute doctrinae. nam quis aequali vestigia tua gressu sequatur, cui datum est
soli loqui melius quam didiceris, vivere melius quam loquaris? quocirca merito te
beatissimum boni omnes idque supra omnes tua tempestate concelebrabunt, cuius ita
5 dictis vita factisque dupliciter inclaruit, ut, quando quidem tuos annos iam dextra
numeraverit, saeculo praedicatus tuo, desiderandus alieno, utraque laudabilis actione,
decedas te relicturus externis, tua proximis. memor nostri esse dignare, domine papa.

X.

SIDONIUS DOMINO PAPAE APRUNCULO SALUTEM.

Reddidit tibi epistulas meas quem mihi tuas offerre par fuerat; nam frater 1
10 noster Caelestius nuper ad te reversus de Biterrensi quoddam mihi super statu In-
iuriosi nostri vinculum cessionis elicuit. quod quidem scripsi non minus tua verecundia
fractus quam voluntate: namque nos ultro vestro pudori quasi quibusdam pedibus
obsequii decuit occurrere. quocirca me quoque volente posside indultum, sed libera- 2
liter (nec enim, ut suspicor, plus aliquid hoc genere solacii vel ipse quaesisti), quem
15 litteris istis non commendatoriis minus quam refusoriis iam placatus insinuo; sic tamen,
ut tibi assistat, tibi pareat, te sequatur atque ut, si permanserit tecum, neutri nostrum
iudicetur famulus, si forte discesserit, quaeratur utrique fugitivus. memor nostri esse
dignare, domine papa.

XI.

SIDONIUS DOMINO PAPAE LUPO SALUTEM.

20 Propter libellum, quem non ad vos magis quam per vos missum putastis, 1
epistulam vestram non ad me magis quam in me scriptam recepi. ad exprobrata
respondeo pro aequitate causae, non pro aequalitate facundiae. quamquam quis nunc
ego aut quantus qui agere praesumam vobis imputantibus innocentem? quocirca delicto
huic, quantulumcumque est, inter principia confestim supplico ignosci, diffidentiae
25 tantum, non et superbiae fassus errorem. nam cum mihi rigor censurae tuae in 2
litteris aeque ut ⟨in⟩ moribus sit ambifariam contremescendus, fateor tamen in volu-

---

5 Iuvenal. sat. X, 248 sq.:
felix nimirum, qui tot per saecula mortem
distulit atque suos iam dextra computat annos.

1 cōtemplatione *P* 2 gressu insequatur (su *in fine vers.*, in *in ras. add.* M^2) *MP* 3 didiceris F^1 4 i•ta *(corr. ex* ista M^1*)* dictis *MCP*, dictis ita *F* 5 duppliciter *F* annos *om. C* annos tuos *F* dexta *F* 6 tuos (s *induxit* C^1) *C* 7 relecturus *(alt.* e *corr. in* i M^1*) CM* esse dignare domine papa *om. C* dignare domine papa *om. MP* domine papa *om. F* 9 reddidit *vulgo;* reddidi *MCFP* *post* meas *leg.* tibi dico *in P* michi *C* tuas (s *add.* M^1) *M* 10 bitterrensi *MC* michi *C* stratu F^1 12 nanque *M* uro pudori ultro *transp.* P^1 13 obsequi M^1 occurrere (oc *in ras.* P^1) *P* 14 solatii *MFP* 15 commendatoris C^1 17 esse dignare domine papa *om. C* 18 dignare domine papa *om. MP* domine papa *om. F* 19 Sidonius *et* salutem *om. F* 20 putasti M^1 21 epistulam *usque ad* quam *post ras. 20 litt. repetivit* P^1 exprobata *C* 22 quanquam *M* 24 quantulocumque *F* est *s. l. add.* P^1 25 et non *C* michi *C* 26 in *add. edit. Bareti, om. MCFP* sit•an bifariam *(unam litt. eras.* C^2*) C* contremiscendus *(corr. ex* contremescendus M^1*) MCFP*

Digitized by Google

minis ipsius operisque reseratu illam mihi fuisse plus oneri quam praetenditis caritatem. nec citra iustum ista conicio, quandoquidem mortalium mentibus vis haec
3 naturalitus inest, ut, si quid perperam fiat, minus indulgeant plus amici. scripseram librum, sicut pronuntiatis, plenum onustumque vario causarum temporum personarumque congestu: facturus rem videbar impudentissimam, si tantum mihi cuncta placuissent, ut nulla tibi displicitura confiderem; huc item, quisquis iudicii eventus foret, vidi partibus meis nequaquam pietatis ex solido constare rationem, si non saltim vobis esset anterius allatum volumen, etsi non videretur oblatum: sub hoc scilicet temperamento, ut, si forte placuissem, non vos arrogantia praeterisse, si secus, non vos improbitas
4 expetisse iudicaretur. nec sane multo labore me credidi deprecaturum vitatas causas erubescendi. pariter illud nosse vos noveram, quod auctores in operibus edendis pudor potius quam constantia decet quodque tetricis puncta censoribus tardius procacitas recitatoris quam trepidatio excudit. alioquin, si quis est ille qui cum fiduciae praerogativa thematis ante inauditi opera pervulgat, incipit expectationi publicae, quamvis solverit multa, plura redhibere. praeterea quicquid super huiusce rescripti tenore
5 censueris, malui factum confiteri simpliciter quam trebaciter diffiteri. dixisset alius: "neminem tibi praetuli, nullas ad ullum peculiares litteras dedi: quem praelatum suspicabare, unius epistulae forma contentus abscessit, atque ea quidem nihil super praesenti negotio deferente: tu, qui te quereris omissum, tribus loquacissimis paginis fatigatus potius in nausiam concitaris, dum frequenter insulsae lectionis verbis inanibus immoraris. adde, quia etiam in hoc, quod forsitan non notasti, reverentiae tuae meritorumque ratio servata est, quod sicut tu antistitum ceterorum cathedris, prior est tuus in libro titulus. illius nomen vix semel tantum et sibi adscripta pagina
6 sonat; tuo praeter tibi deputatas frequenter illustrantur alienae. illud his iunge, quod, si quid ibi vel causaliter placet, tu per consilium meum lectitas, ille quandoque per beneficium tuum, qui munusculi mei incassum pressus invidia necdum ad facultatem legendi, ut suspicor, venit, cum iamdiu ipse perveneris ad copiam transferendi. aio, tamquam non sit authologrаphas membranas arbitraturus, si tamen, quod ante percurras, vel exemplar acceperit: neque enim in his, quae tractaveris, ulla culpabitur

---

1 reserratu F^1 michi C plus fuisse F oneri *vulgo;* oneris *MCFP* 2 citra *corr. ex* circa F^1 conicio (io *in ras.* M^2) *M*, coniti•o (c *ut vid. eras.* C^2) *C* vis hoc naturaliter *C*, vis (haec *om.*) naturalr *F* 4 pronunciatis *CF*, proñciatis *P*, pronuncias M^1 5 michi *C* 6 confiterem (m *corr. in* r C^2) *C* partib; *in ras.* M^1, patribus *C* 8 allatum *om. C* ablatum *F* videlicet *C* 9 arrogancia *F* praeterisse *(postr.* e *in ras.* P^2) *P* si secus *FP*, si secius *corr. in* si secus M^1, sise c'• *(unam litt. eras.* C^2) *C* 10 expetiisse *C* 11 *sq.* quodq; auctores *usque ad* constantia decet *post* excudit *transposita in suum locum revocaverat* C^1 *notis appositis, quae eras.* C^2 constancia *F* 12 tetricis (s *in ras.* P^1) *P* 13 trepidatione (ne *eras.* M^1) *M* excludit *F* 14 opera *scripsi;* operam *MCFP* provulgat *CF* 15 redibere *MCFP* scripti *CP* 18 abcessit *F* nichil *CP*, nl *F* 19 negotio (g *corr. ex* c M^1) *M*, negocio *C* disserente *C* te *s. l. add.* F^2 20 nauseam *MF et corr. ex* nausuam P^1 concitaris (s *add.* M^1) *MFP*, concitari *C* insulae M^1, insules (es *corr. in* se F^2) *F* leccionis *C* 21 in hoc *MFP*, michi *C* reverencie *F* 22 tu antistitum (tu *s. l. add. et* um *in ras.* M^1) *MFP*, antistitum (*om.* tu) *C* chathedris *C* 23 prior est *MFP*, priore• *corr. ex* priorem C^2 tytulus *F* ascripta *FP*, assecripta *MC* 24 soletnat F^1 hiis *F* 25 quis F^1 casualiter *P et corr. ex* causaliter M^1 c̄•silium *corr. ex* cūsilium P^2 ille *corr. ex* illa C^1 27 perveneris ipse ad corpiam F^1 aio] addo *Mommsen* 28 tanquam *F* sit ñ *transp.* F^2 autologrаphas *CP*, autolografas *M*, autulogrаphas *F* si a me quod ante percurras exemplar *Mommsen* ate *C et (corr. in* ate M^1) *M* percurras *MCFP*, percurreras *ego* 29 enim *s. l. add.* P^1 hiis *F*

aut distinctionum raritas aut frequentia barbarismorum. nempe ad extremum palam
videtur etiam tibi transmissa proprietas, cui usus absque temporis fixi praescriptione
transmissus est quique supradicto tamdiu potes uti libello, ut eum non amplius zothe-
cula tua quam memoria concludat." haec et his plura fors aliquis. ego vero cuncta 7
praetereo et malo precari veniam quam reatum, si hoc esse creditur, deprecari. prae-
sentum quoque neglegentiam litterarum nunc nec excuso, primum quod, etsi cupiam,
parum cultius scribere queo, dein quod libellari opere confecto animus tandem feria-
turus iam quae propalare dissimulat excolere detrectat. at tamen, cum satis tibi et 8
quidem merito (quidnam enim simile?) in omnibus cedam, quippe qui in alio genere
virtutum iam per quinquennia decem non aequaevis sacerdotibus tantum verum et
antiquis, quotiens collatus, antelatus quoque sis, noveris volo, quamvis astra questibus
quatias atque maiorum cineres favillasque in testimonium laesae caritatis implores,
pedem me conflictui tuo, si mutuo super amore certandum est, non retracturum, quia
cum in ceteris rebus tum foedissimum perquam est in dilectione superari. quae velis
nolis certa professio conviciis tuis illis cuncta sane blandimentorum mella vincentibus
non praeter aequum reponderatur. ecce habes litteras tam garrulas ferme quam 9
requirebas; quamquam sunt omnes, si quae uspiam tamen sunt, loquacissimae. nam-
que in audentiam sermocinandi quem non ipse compellas? qui omnium (de me enim
taceo) litteratorum, licet occuli affectent, sic ingenia producis, ut solet aquam terrae
visceribus absconditam per atomos bibulas radius extrahere solaris? cuius [lucis]
aculeo non sola penetratur aut harena subtilis aut humus fossilis, sed si saxei montis
oppressu fontium conditorum vena celetur, aperit arcanum liquentis elementi secretorum
caelestium natura violentior. ita si quos, vir sacrosancte, studiosorum senseris aut
quietos aut verecundos aut in obscuro iacentis famae recessu delitescentes, hos eloquii
tui claritas artifice confabulatu, dum compellat, et publicat. sed quorsum † quam 10
moris est? redeamus ad causam, super cuius abundante blateratu, quia pareo,
precor, ut errata confessum veniae clementis indultu placatus impertias, licet, quae
laetitia tua sancta quaeque communio, copiosius hilarere, si meae culpae defensio
potius tibi scripta feratur quam satisfactio. memor nostri esse dignare, domine papa.

---

1 distinctiorum C^1 2 perscriptione (p *corr. in* p̄ M^1) *MC* 3 quiq; supdicto (q; sup *in ras.* M^2) *M*, qui supradicto (*om.* que) *CF* potes (o *corr. ex* u M^1) *M* gothecula *CFP* 4 includat *C* hiis *F* similia *C*, l plura *s. l. add.* C^1 aliquid F^1 5 esse *om.* *C* 6 neglegentia *C*, negligentiam *MFP* exculso F^1 cu•piam (*unam litt. eras.* M^1) *M* 7 quod *corr. ex* quid M^1 libellarii *C* animis F^1 8 iamq; (*corr. in* iamq M^1F^1) *MCF* at *corr. ex* an C^2 9 qui *om.* *CF* 11 quoties M^1, quoties *F* antelatus quoque *Mohrius*, antelatus que *MCFP* questibus quatias astra *C* 13 retractaturum (ta *eras.* P^2) *P* 14 tum *F* seperari F^1 velis *MCF*, vel *P* 15 promissio *C* cūviciis *C*, cūvitiis *P* illa blandimentorum cuncta sane *transp.* F^1 16 aequm *M* 17 quāq; *M*, quamq; *CF* namqu•e (a *eras.* C^2) *C* 18 aud•entiam (i *eras.* M^1) *M*, audenciam *F* compellas (con *corr. in* cō P^2) *CP* enim de me taceo *inv. ord.* *P* 19 litterarum (*corr. in* litterarum M^1) *MC* lice•t (a *ut vid. eras.* P^2) *P* occuli *in ras.* M^1, oculi F^1, oculi *P et corr. ex* occili C^1 20 bibulas M^1, bibulos (os *in ras. et* o *corr. ex* a C^1) *CFP* lucis *seclusi* 21 solum (um *corr. in* am F^1) *F* penitratur *MP* arena *MCF* 22 oppresu (*corr. in* oppressu M^1) *MP* vena *ut vid. post* vena *eras.* P^2 archanum *MCFP* 23 natura *s. l. add.* P^1 violencior *F* 24 iacentes (*corr. in* iacentis M^1) *MC* 25 compellat (a *corr. in* i M^1) *M* quam moris est *MCP*, l qd morarū ÷ *s. l. add.* M^1, quod morarum est *F* 26 blatteratu *C*, batteratu F^1 28 leticia *CF* 29 feratur *P et corr. ex* feretur M^1, •ferretur (a *ut vid. eras.* C^1) *C*, ferretur *F* esse dignare domine papa *om.* *MCFP*

Digitized by Google

XII.

SIDONIUS ORESIO SUO SALUTEM.

1 Venit in nostras a te profecta pagina manus, quae trahit multam similitudinem de sale Hispano in iugis caeso Tarraconensibus. nam recensenti lucida et salsa est, nec tamen propter hoc ipsum mellea minus, si sermo dulcis e propositionibus acet: sic enim oblectat eloquio quod turbat imperio, quippe qui parum metiens, quid ordinis agam, carmina a nobis nunc nova petat. primum ab exordio religiosae professionis huic principaliter exercitio renuntiavi, quia nimirum facilitati posset accommodari, si me occupasset levitas versuum, quem respicere coeperat gravitas actionum.
2 tum praeterea constat omnem operam, si longa intercapedine quiescat, aegre resumi. quisnam enim ignoret cunctis aut artificibus aut artibus maximum decus usu venire, cumque studia consueta non frequentantur, brachia in corporibus, ingenia pigrescere in artibus? unde est et illud, quod sero correptus aut raro plus arcus manui, iugo bos, equus freno rebellat. insuper desidiae nostrae verecundia comes ad hoc sententiam inclinat, ut me, postquam in silentio decurri tres olympiadas, tam pudeat novum
3 poema conficere quam pigeat. hoc item nefas etiam difficilia factu tibi negari, cuius affectum tanto minus decipi decet, quanto constantius nil repulsam veretur. tenebimus igitur quippiam medium et sicut epigrammata recentia modo nulla dictabo, ita litteras, si quae iacebunt versu refertae, scilicet ante praesentis officii necessitatem, mittam tibi, petens, ne tu sis eatenus iustitiae praevaricator, ut me opineris numquam ab huiusmodi conscriptione temperaturum. neque enim suffragio tuo minus augear, si forte digneris iam modestum potius quam facetum existimare. vale.

XIII.

SIDONIUS TONANTIO SUO SALUTEM.

1 Est quidem, fateor, versibus meis sententia tua tam plausibilis olim, tam favorabilis, ut poetarum me quibusque lectissimis comparandum putes, certe compluribus anteponendum. crederem tibi, si non, ut multum sapis, ita quoque multum me amares. hinc est, quod de laudibus meis caritas tua mentiri potest nec potest
2 fallere. praeter hoc poscis, ut Horatiana incude formatos Asclepiadeos tibi quospiam, quibus inter bibendum pronuntiandis exerceare, transmittam. pareo iniunctis, licet, si umquam, modo maxime prosario loquendi genere districtus occupatusque. denique

---

1 orisio *F* salutem *om.* *F* 3 hispano *corr. in* hispanico M^1, hispanico *P* iugo (o *corr. in* is F^1) *F* terraconensibus *F* 4 min' si *(corr. in* mins M^1) sermo *M*, minus sed sermo *C*, minus sermo *FP* e *Mommsen*, et *MCFP* ꝑpositionibus *MP* 5 acet *Wilamowitz*, acer *MCFP* metiens *corr. ex* mentiens M^1C^2 6 petit *FP et corr. ex* petat M^1 7 renunciavi *MCF* possit *(corr. in* posset M^1) *MCF* acomodari *C* 8 accionum *C* 9 constet *F* 10 ut artificibus *C* 11 *an* frequententur? 12 et *om.* *C* sero corruptus *(prior.* u *corr. in* o M^1) M^1 arcui manus bos iugo *C* 13 verecundię (ę *corr. in* a C^1) *C* sentenciam *CF* 14 silencio *F* olimpiadas *MCFP* 15 hoc *FP*, huc *(corr. in* hoc M^1) *MC* nephas *CF* 16 constancius *CF* nil•• *(2 litt. eras.* M^2) *M* repulsa *C* 17 recencia *C* 19 iusticiae *CF* 20 enim *om.* *F* 21 *ex* facetum *in ras. leg.* cetum *in* M^1, tu *in* C^2 valete *F* 22 tenancio *F* salutem *om.* *F* 23 sentencia *CF* 24 quam plurimis *C*, ł cōpluribus *s. l. add.* C^1 27 horatia *M*, oratio *C* 28 pronunciandis *MCF* exercare *F*^{1} licet sim usq; modo *C*

probabis circa nos plurima ex parte metrorum studia refrigescere; non enim promptum est unum eundemque probe facere aliquid et raro.

Iam dudum teretes hendecasyllabos
attrito calamis pollice lusimus,
quos cantare magis pro choriambicis
excusso poteras mobilius pede;
sed tu per Calabri tramitis aggerem
vis ut nostra dehinc cursitet orbita,
qua Flaccus lyricos Pindaricum ad melos
frenis flexit equos plectripotentibus,
dum metro quatitur chorda Glyconio,
nec non Alcaico vel Pherecratio
iuncto Lesbiaco sive anapaestico,
vernans per varii carminis eglogas
verborum violis multicoloribus.
istud, da veniam, fingere vatibus
priscis difficile est, difficile et mihi,
ut diversa sonans os epigrammata
nil crebras titubet propter epistulas,
quas cantu ac modulis luxuriantibus
lascivire vetat mascula dictio.
istud vix Leo, rex Castalii chori,
vix, hunc qui sequitur, Lampridius queat,
declamans gemini pondere sub stili
coram discipulis Burdigalensibus.
hoc me teque decet: parce, precor, iocis:
quaeso, pollicitam servet ad extimum
oratoris opus cura modestiam,
quo nil deterius, si fuerit simul
in primis rigidus, mollis in ultimis.

Quin immo quotiens epulo mensae lautioris hilarabere, religiosis, quod magis approbo, narrationibus vaca: his proferendis confabulatio frequens, his redicendis sollicitus auditus inserviat. certe si saluberrimis avocamentis, ut qui adhuc iuvenis, tepidius inflecteris, a Platonico Madaurensi saltim formulas mutuare convivialium quaestionum, quoque reddaris instructior, has solve propositas, has propone solvendas hisque te studiis, et dum otiaris, exerce. sed quia mentio conviviorum semel incidit 3 4

---

v. 1 endecasillabos *MCP*, endecasillabos *F* v. 2 at•rito (t *eras.* C^1) *C* v. 3 coriambicis *MCP*, coriiambicis *F* v. 7 liricos (os *ex corr.* M^1) pindaricum *MF*, lirici pindari cum *C* v. 9 Nam *F* corda *CPP*, cor^{da} M^1 gliconio *MCPP* v. 10 alchaico *MCPP* ferecratio *MCPP* v. 15 et michi *F et in ras.* M^1, ē michi *C* v. 16 ut *in ras.* M^1 hos (h *eras.* C^1) *C* v. 17 nil crebras (il cre *in ras.* C^1) *C* v. 19 vetat M^1 v. 20 castali M^1 v. 23 coram (c ut *v. corr. ex* qu C^1: o *corr. ex* a M^1) *MC* burdigalensibus (*prior.* i *corr. in* e M^1) *M*, burdegalensibus *CPP* v. 25 quaeso (e *in ras.* M^1) *M*: quāsi *C* v. 26 opus cura (cur *in ras.* M^1) *MF*, opus clara *C*, cura opus *P* v. 27 quo (*praeter* q, *et deterius in ras.* M^1 v. 28 pimis C^1 4 hiis *F* cum fabulatio *F* hiis *F* redicendis *MCPP*, reciendis *ego*, recipiendis *Willamowitz et Leo* 5 saluberrimis (*post.* u *corr. in* i F^1) *P* 6 trepidius *C*, tepidius *P* madarensi *PP* 8 te *om. F* otia^{ris} M^1, otia *C* exerce•• (duas litt. *eras.* M^1) *M*, exercet *C*

gitized by Google

tuque sic carmen nobis vel ad aliam causam personamque compositum sedulo exposcis, ut me eius edendi diutius habere non possis haesitatorem, suscipe libens quod temporibus Augusti Maioriani, cum rogatu cuiusdam sodalis ad cenam conveniremus, in Petri librum magistri epistularum subito prolatum subitus effudi, meis quoque contubernalibus, dum rex convivii circa ordinandum moras nectit oxygarum, Domnulo, Severiano atque Lampridio paria pangentibus (iactanter hoc dixi, immo meliora); quos undique urbium ascitos imperator in unam civitatem, invitator in unam cenam forte contraxerat. id morae tantum, dum genera metrorum sorte partimur. placuit namque pro caritate collegii, licet omnibus eadem scribendi materia existeret, non uno tamen epigrammata singulorum genere proferri, ne quispiam nostrum, qui ceteris dixisset exilius, verecundia primum, post morderetur invidia. etenim citius agnoscitur in quocumque recitante, si quo ceteri metro canat, an eo quoque scribat ingenio. tu vero tunc opportunius subiecta laudabis, cum totus otio indulseris. non enim iustum est, ut censor incipias cum severitate discutere quod non potuit amicus cum serietate dictare.

Age, convocata pubes,
locus hora, mensa causa
iubet ut volumen istud,
quod et aure et ore discis,
studiis in astra tollas.
Petrus est tibi legendus,
in utraque disciplina
satis institutus auctor.
celebremus ergo, fratres,
pia festa litterarum.
peragat diem cadentem
dapo, poculis, choreis
genialis apparatus.
Rutilum toreuma bysso
rutilasque ferte blattas,
recoquente quas aeno
Meliboea fucat unda,
opulentet ut meraco
bibulum colore vellus.
peregrina det supellex
Ctesiphontis ac Niphatis
iuga texta beluasque
rapidas vacante panno,
acuit quibus furorem
bene ficta plaga cocco
iaculoque ceu forante
cruor incruentus exit;
ubi torvus et per artem
resupina flexus ora
it equo reditque telo
simulacra bestiarum
fugiens fuganque Parthus.
Nive pulchriora lina
gerat orbis atque lauris
hederisque pampinisque
viridantibus tegatur.
cytisos, crocos, amellos,
casias, ligustra, calthas
calathi ferant capaces,
redolentibusque sertis

---

1 aliam (al *e corr.* M^1) *M* conpositum *P* 2 eius me *inv. ord. C* non possis habere *F* exitatorem P^1 3 cūveniremus *P* 4 prolatum *corr. ex* ploratum M^1 subditus *F* 5 oxigarum *CM*, orrigarum *F*, hoc oxigarū *praeter* hoc *in ras.* P^1 domnullo *P*, dominulo *F* 6 paria *MFP*, parta *C* 7 hascitos (h *eras.* P^2) *P* 9 matheria *C* 10 epygrammata *corr. ex* epygrammate M^1 nrm *in ras.* M^1 11 cicius *F* annoscitur *P* 12 qd̄ *P* tunc uero tu *F* 13 oportunius *MCFP* tot' ocio *C*, totus otio *corr. in* totū sotio M^1, totum te socio *FP* 14 serietate *MFP*, severitate *C* v. 1 cūvocata *P* v. 2 ora *P* causa īmsa *transp.* M^1 v. 8 institutus (us *in ras.* P^1) *P* v. 11 cadentem (a *corr. ex* ā M^2) *M*, (n *corr. ex* m P^2) *P* v. 14 torreuma *F* bisso *MCFP* v. 15 blattras *P* v. 16 requoquente *P* v. 17 melliboea fuccat *F* v. 19 ribulum (bibulum *em.* F^1) *F* v. 20 suppellex *F* v. 21 ctisiphontis ac niphatis *praeter* siphonti *in ras.* M^1 ctisiphontis *CP*, tesiphontis *F* v. 22 luga *P* v. 23 vagante *C* panno *corr. ex* ponno M^1 v. 30 id *F* reditq; telo *in ras.* M^1 v. 31 simulacha *(sic)* *F* v. 32 fugāsque *corr. in* fufasque P^2 partus *CP* v. 33 pulcriora *MCP* v. 34 gerat (at *e corr.* M^1) *M* v. 36 tgatur *corr. ex* ĩgatur M^1 v. 37 citisos *MCF*, citis P^1 crocos amelos *in ras.* M^1 amelos *P* v. 38 caltas *MFP* v. 39 chalati *C* v. 40 sertis (tis *in ras.* P^1) *P*

Digitized by Google

abacum torosque pingant.
manus uncta suco amomi
domet hispidos capillos
Arabumque messe pinguis
petat alta tecta fumus.
veniente nocte nec non
numerosus erigatur
laquearibus coruscis
camerae in superna lychnus:
oleumque nescientes
adipesque glutinosos
utero tumente fundant
opobalsamum lucernae.
Geruli caput plicantes
anaglyptico metallo
epulas superbiores
umeris ferant onustis.
paterae, scyphi, lebetes
socient Falerna nardo
tripodasque cantharosque
rosa sutilis coronet.
iuvat ire per corollas
alabastra ventilantes;
iuvat et vago rotatu
dare fracta membra ludo,
simulare vel trementes
pede, veste, voce Bacchas.
bimari remittat urbe
thymelen palenque doctas
tepidas ad officinas
citharistrias Corinthus,
digiti quibus canentes
pariter sonante lingua
vice pectinis fatigent
animata fila pulsu.

Date et aera fistulata,
Satyris amica nudis;
date ravulos choraulas,
quibus antra per palati
crepulis reflanda buccis
gemit aura tibialis.
date carminata socco,
date dicta sub cothurno,
date quicquid advocati,
date quicquid et poetae
vario strepunt in actu:
Petrus haec et illa transit.
opus editum tenemus,
bimetra quod arte texens
iter asperum viasque
labyrinthicas cucurrit.
sed in omnibus laborans
et ab omnibus probatus
rapit hinc et inde palmam.
per et ora docta fertur.
procul hinc et Hippocrenen
Aganippicosque fontes
et Apollinem canorum
comitantibus Camenis
abigamus et Minervam
quasi praesulem canendi;
removete ficta fatu:
deus ista praestat unus.
Stupuit virum loquentem
diadematis potestas,
toga, miles, ordo equester
populusque Romularis;
et adhuc sophos volutant
fora, templa, rura, castra.
super haec fragorem alumno

v. 41 habacum *MP*, habacumq *C*[1] thorosque pugnant *(sic)* *F* v. 42 suco (c *in ras.* *P*[1]) *P* v. 48 choruscis *F* v. 49 licnus *C*, lignus *F*, licnus *corr. in* lignus *P*[1], lign' (gn' *e corr.* *M*[1]) *M* v. 50 oleū • que (ū *corr. ex* un *ut v.* *P*[1]) *P* v. 51 adipesque (s *in ras. corr. ex* m *ut v.* *C*[1]) *C* glutinosos *M*[1] v. 52 t • mente *P*[1] v. 54 capud *F*, caput (t *corr. ex* d *P*[1]) *P* v. 55 anacliptico *FP*, anacliptico *M*[1], anadiptico *C* v. 57 humeris *MCFP* ferant *corr. ex* festant *C*[1], ferant • • • • *P*[2] honustis *F* v. 58 sciphi *MCFP* v. 59 palerna *P* v. 60 catharosque *P*[2], cathorosque *C* v. 61 sutilis *corr. ex* subtilis *M*[1] v. 62 corollas *C*, chorollas *MF* v. 63 halabastra *MCP* v. 67 baccas *CF*, bacas *P* v. 68 imari *F* v. 69 thimelen *MCF*, timelen *P* palenque *MCF*, palemque *P* v. 70 tepidas (idas *in ras.* *M*[1]) *M* officinis *M*[1] v. 71 citaristrias *P* chorintus *MC*, chorinthus *F*, corintus *P* v. 73 linga *P* v. 77 satiris *MCFP* v. 78 coraulas *FP*, choraules *C*[1] v. 82 soco *P*[1] v. 83 coturno *MCFP* v. 87 transiit *F* v. 89 dimetra *F* v. 91 laberinthicas *MCFP* v. 94 hin *C*[1] v. 96 hyppocrenen *MP*, hipocrenen *C* v. 97 agannipicosque (n *eras.* *C*[2]) *C*[1] v. 98 apollinen *M*, appollinen *F* v. 102 removete (ete *in ras.* *M*[1]) *M* v. 103 unus prestat *inv. ord.* *C* vv. 107. 108. 109 *om.* *C* v. 110 haec *MCF*, h' *P* alumpno *MCF*

d by Google

Padus atque civitatum
dat amor Ligusticarum.
similis favor resultat
Rhodanitidas per urbes,
imitabiturque Gallos
feritas Hibericorum.
nec in hoc moratus axe
cito ad arva perget euri
aquilonibusque et austris
zephyrisque perferetur.

6 Ecce, dum quaero quid cantes, ipse cantavi. tales enim nugas in imo scrinii fundo muribus perforatas post annos circiter viginti profero in lucem, quales pari tempore absentans, cum domum rediit, Ulixes invenire potuisset. proinde peto, ut praesentibus ludicris libenter ignoscas. illud vero nec verecunde nec impudenter iniungo, ut quod ipse de familiaris mei integro libro pronuntiavi, hoc tu quasi sollicitatus exempli necessitate de meo sentias. vale.

XIV.

SIDONIUS BURGUNDIONI SUO SALUTEM.

1 DuplicitER excrucior, quod nostrum uterque lecto tenetur. nihil enim est durius, quam cum praesentes amici dividuntur communione langoris; quippe si accidat, ut nec intra unum conclave decumbant, nulla sunt verba, nulla solacia, nulla denique mutui oratus vicissitudo: ita singulis maeror ingens, isque plus de altero; nam parum possis
2 quamquam et infirmus periclitante quem diligas tibi timere. sed deus mihi, fili amantissime, pro te paventi validissimum scrupulum excussit, quia pristinas incipis vires recuperare. diceris enim iam velle consurgere, quodque plus opto, iam posse. me certe taliter consulis et sollicitudine prope praecoqua quaestiunculis litterarum iam quasi ex asse vegetus exerces, audire plus ambiens etsi adhuc aeger Socratem de moribus quam Hippocratem de corporibus disputantem; dignus omnino, quem plausibilibus Roma foveret ulnis quoque recitante crepitantis Athenaei subsellia cuneata
3 quaterentur. quod procul dubio consequebare, si pacis locique condicio permitteret, ut illic senatoriae iuventutis contubernio mixtus erudirere. cuius te gloriae pariter ac famae capacem de orationis tuae qualitate coniecto, in qua te decentissime nuper pronuntiantem quae quidem scripseras extemporaliter admirabantur benivoli, mirabantur superbi, morabantur periti. sed ne impudenter verecundiam tuam laudibus nimiis

---

v. 111 civitatõ M^1 v. 114 rodanitidas *FP*, rodanidas M^1, rodanaticas *C* v. 117 nec (ec *in ras.* P^1) *P* v. 118 aura *C* v. 120 zephirisque *MCFP* pergerutur *FP*, pergetur M^1 1 ee P^1 qd *corr. ex* qd P^1 fundon (n *alt. exp.* F^1) *F* 4 verecundae C^1 impudenter *corr. ex* inpudenter P^2, imprudenter (r *eras.* C^2) *C* 5 pronuntiavi • *(unam litt. eras.* C^2*) C*, pronunciavi *MF* 6 exemplo *C* de meo sentias *om. C* vale *om. MFP* 8 dupliciter exerutior *F* nichil *CFP* est *om. C* 9 quam *om. C, add.* M^1, qam *P* languoris (uoris *in ras.* P^1) *P* accedat M^1 10 cũclave *P* nulla sunt solacia *C* 11 vicisitudo P^1 ita *MCF*, itaque *P* 12 qãquam *P* qem *P*, quẽ M^1 michi *C* 13 te *add. s. l.* P^1 14 recuperare *CF*, resumere *P et ita, ut infra et supra lin. rasura sit, M* disceris (s *exp.* F^1) *F* diris C^1 c̃ • surgere *corr. ex* cõsurgere P^2 15 et sollicitudine *usque ad* quaestiunculis *om. C* sollicitudine (e *corr. in* ẽ M^2) *M* 16 exerces (s *in ras.* M^2) *M*, exercens *C* socraten *MC* 17 qam *P* hyppocraten *MP*, ypocraten *CF* plausilibus *C* 18 athenei • *(unam litt. eras.* M^1*) M* 19 conditio *MCFP* 21 capacem (m *in ras. duarum litt.* C^2*) C* tuae *s. l. add.* C^1 22 pronuntiantem *scripsi;* pronunciante *MF*, proñciante *P*, pronunciante te *C* quae *om. C* ammirabantur *MF* mirabantur *et* morabantur *vulgo;* mirabuntur *et* morabuntur *MCFP* 23 ne *in ras.* M^1 inpudenter *P* verecũdiam *corr. in* verecudiam P^2 nimis *F*

Digitized by Google

ultro premamus, praeconia tua iustius de te quam tibi scribimus. hoc potius, unde est causa sermonis, intromittamus.

Igitur interrogas per pugillatorem, quos recurrentes asseram versus, ut celer 4
explicem, sed sub exemplo. hi nimirum sunt recurrentes, qui metro stante neque
litteris loco motis ut ab exordio ad terminum, sic a fine releguntur ad summum. sic
est illud antiquum:

Roma tibi subito motibus ibit amor.

[Et illud:

Sole medere pede, ede peredo melos.]

Nec non habentur pro recurrentibus, qui pedum lege servata etsi non per 5
singulos apices, per singula tamen verba replicantur, ut est unum distichon meum
(qualia reor equidem legi multa multorum), quod de rivulo lusi, qui repentino pro-
cellarum pastus illapsu publicumque aggerem confragoso diluvio supergressus subdita
viae culta inundaverat, quamquam depositurus insanam mox abundantiam, quippe
quam pluviis appendicibus intumescentem nil superna venae perennis pondera inflarent.
igitur istic (nam viator adveneram), dum magis ripam quam vadum quaero, tali iocatus 6
epigrammate per turbulenti terga torrentis his saltem pedibus incessi:

Praecipiti modo quod decurrit tramite flumen
tempore consumptum iam cito deficiet.

Hoc si recurras, ita legitur:

Deficiet cito iam consumptum tempore flumen
tramite decurrit quod modo praecipiti.

En habes versus, quorum syllabatim mirere rationem. ceterum pompam,
quam non habent, non docebunt. sufficienter indicasse me suspicor quod tu requi-
rendum existimasti. simile quiddam facis et ipse, si proposita restituas eque diverso 7
quae repeteris expedias. namque imminet tibi thematis celeberrimi votiva redhibitio,
laus videlicet peroranda, quam ediderás, Caesaris Iulii. quae materia tam grandis
est, ut studentum si quis fuerit ille copiosissimus, nihil amplius in ipsa debeat cavere,
quam ne quid minus dicat. nam si omittantur quae de titulis dictatoris invicti scripta
Patavinis sunt voluminibus, quis opera Suetonii, quis Iuventii Martialis historiam
quisve ad extremum Balbi ephemeridem fando adaequaverit? sed tuis ceris haec 8

---

1 pēconia *corr. ex* pecunia *M* qam *P* credimus (*superscr.* scribimus F^1) *F* 3 asseram versus *usque ad* sunt recurrentes *add. in marg.* P^1 5 termin *corr. in* terminū P^1 6 antiquū *corr. ex* antiqū P^2 7 *post* amor *leg. in C:* et . si bene te tua laus taxat sua lante tenebis 8 et illud *usque ad* melos *seclusi* 9 pedes *F* 11 verba] membra *F* disticon *MCFP* 12 equidem *F*, et quidem *MCP* 13 confragroso *F* 14 culta viae *inv. ord. C* quāquam *corr. in* quāquam P^2 15 qam *P* apendicibus *C* nichil *P*, nihil *M* perhennis *CF* 16 qam *P* 17 torentis *P* saltim *F* 18 pricipiti (*prim.* i *in* e *em.* F^2) *F* 19 cōsumptum *P* 20 hoc *MFP*, hos *C* 21 cōsumptum *P* 22 *post* praecipiti *leg. in C:* et . Musa michi cannas memora quo numine laso 23 en *MFP*, ecce *C* sillabatim *CFP et praeter* sil *in ras.* M^1 mirere *CF et in ras.* M^1, mi••rere (*duas litt. eras.* P^2) *P*, rimere *ego*, metiere *Wilamowitz* 24 qam *P* tu *FP*, tē M^1, te *C* 25 imminet *Wilamowitz*, eminet *MCFP* tematis *C* redhibitio *CP*, redibitio (*unam litt. s. l. eras.* M^1) *M* 27 quam ‹qam *P*, ediderás *FP*, quam ididas ididas *in ras.* M^1) *M*, quae dederas *C*, quam edixeras *Wilamowitz* materie *C*, matheria *MFP* 28 studentium *F* nichil *CP*, nil *F* 29 qam *P* dicas *F* dimittantur *F*, demittantur *corr. in* dimittantur C^2 q̄ *in* q̄ *em.* F^2 dimittatur M^1, dictatoris P^1 30 patavinis *C* iuvencii *C*, vivencii *F* martialis *MCF* 31 epimeridem *CF*, epymeridem *P*, epymeridem *M*

reservamus. officii magis est nostri auditoribus scamna componere, praeparare aures fragoribus intonaturis, dumque virtutes tu dicis alienas, nos tuas dicere. neque vereare me quospiam iudices Catonianos advocaturum, qui modo invidiam, modo ignorantiam suam factae severitatis velamine tegant. quamquam imperitis venia debetur; ceterum quisquis ita malus est, ut intellegat bene scripta nec tamen laudet, hunc boni intellegunt nec tamen laudant.

9 Proinde curas tuas hoc metu absolvo: faventes audient cuncti, cuncti foventes, gaudiisque, quae facies recreatus, una fruemur. nam plerique laudabunt facundiam tuam, plurimi ingenium, toti pudorem. non enim minus laudi feretur adulescentem vel, quod est pulchrius, paene adhuc puerum de palaestra publici examinis tam morum referre suffragia quam litterarum. vale.

XV.

SIDONIUS GELASIO SUO SALUTEM.

1 Probas (neque deprecor) me deliquisse; deliqui, quippe qui necdum nomine tuo ullas operi meo litteras iunxerim. sed tamen scribis tum quod erraverim veniabile fore, si quod et ipse decantes mittam ab exemplo, quia scilicet Tonantio meo ad parem causam futuras usui litteras bimetras miserim. praeter hoc quereris paginam meam, si resolvatur in lusum, solis hendecasyllabis frequentari. qua de re trochaica garrulitate suspensa senariolos aliquos plus requiris. servio iniunctis; tu modo placidus excipias, sive oden hanc ipsam mavis vocare sive eglogam. nam metrum diu infrequentatum durius texitur.

Iubes, amice, nostra per volumina
modis resultet incitatioribus
ferox iambus, ut trochaeus hactenus,
pigrasque bigas et quaterna tempora
spondeus addat, ut moram volucripes
habeat parumper insitam trimetria,
resonetque mixtus ille pes celerrimus,
bene nuncupatus quondam ab arte pyrricha,
loco locandus undecumque in ultimo;
spondam daturus et subinde versui,
modo in priore parte, nunc in extima
anapaestus, ipse quamquam et absolutius

---

1 reservimus M^1, reserviamus P officii P^2 nostri est *inv. ord.* MP adiutoribus C, auditoribus (ud *in ras.* M^1) M 2 intonaturis *corr. ex* intonaturos C^2, intonaturas *ed. Savaronis* tu • *(unam litt. eras.* M^1) M tuas dicere MFP, moliamur tuas dicere C 4 ignoratiam P fictae P *et corr. ex* factae *ut v.* M^1 quāquam *corr. in* quaquam P^2 5 intelligat $MCFP$ 6 intelligunt $MCFP$ 7 fatentes C, faventes (v *in ras.* M^1) M audient *ed. Sirmondi;* audiunt $MCFP$ 8 recreatus *Wilamowitz,* recitaturus *vulgo;* recreaturus FP, recreaturis C, recreaturis M^1 laudabunt (unt *e corr.* C^1) C 9 *an* laude *vel* laudibus? adolescentem $MCFP$ 10 pulcrius CP 11 qam P vale *om.* MP 12 sal M, *om.* F 14 iuxerim F scriberis (er *eras.* C^2) C, scribi M^1 tonancio F 17 rosolvatur *(prior.* o *corr. in* e F^1) F endecasillabis $MCFP$ trocaica P 18 plus aliquos *transpos.* C^1 19 accipias C oden *scripsi;* odem CF, odē M, odē P^1 v. 2 modis *corr. ex* modus C^2M^1 v. 3 ut *ed. Elmenhorstii;* et $MCFP$ throcheus F actenus P v. 4 bigas (b *ex* p F^1) F v. 6 insitam *vulgo;* insita $MCFP$ v. 8 ñcupatus cūdam P arce P, arche C pyrrica P, pirria C, pirrichia F, pirricha *praeter* pi *in ras.* M^1 v. 9 loco *corr. ex* loca C^1 v. 10 daturos M^1 v. 11 priori F, priore *corr. ex* priora C^1 v. 12 qāquam P, quamq; C absulutius C, absolutus M^1

Digitized by Google

pronuntietur, cum secuta tertia
geminae brevique longa adhaeret syllaba.

Quae temperare vix valet gregarius
poeta, ut ipse cernis esse Sollium;
mihi pecten errat nec per ora concava
vaga lingua flexum competenter explicat
epos. sed istud aptius paraverit
Leo Leonis aut secutus orbitas
cantu in Latino, cum prior sit Attico
Consentiorum qui superstes est patri,
fide, voce, metris ad fluenta Pegasi
cecinisse dictus omniforme canticum,
quotiensque verba Graia carminaverit,
tenuisse celsa iunctus astra Pindaro
montemque victor isse per biverticem
nullis secundus inter antra Delphica.
at uterque vatum si lyrae poeticae
Latiare carmen aptet absque Dorico,
Venusina, Flacce, plectra ineptus exeras
Iapygisque verna cygnus Aufidi
Atacem tonare cum suis oloribus
cana et canora colla victus ingemas.

Nec ista sola sunt perita pectora,
licet et peritis haec peritiora sint:
Severianus ista rhetor altius,
Afer vaferque Domnulus politius,
scholasticusque sub rotundioribus
Petrus Camenis dictitasset acrius,
epistularis usquequaque nec stilus
virum vetaret, ut stupenda pangeret.
potuisset ista semper efficacius
humo atque gente cretus in Ligustide
Proculus melodis insonare pulsibus

---

v. 13 pronuncietur *MCF* tercia *CF* v. 14 longa (a *in ras.* P^1) aderet P^1, aderet *F* sillaba *MCFP* v. 15 grecarius *C* v. 17 mihi pecten errat *scripsi;* mi in pectine erat P^1, mi in pectine errat (mi i *in ras.* M^1) *et in marg. add.* mi *M*, mihi *(hoc in extremo v. 16)* in pectine errat (erat *F*) *CF* v. 18 cūpetenter *P* v. 19 epos sed *MFP*, eposus *C* paraverit *corr. ex* paraverat M^1 v. 25 quotiens (*om.* que) *C*, quotiesque *MP* carminaverat *C* v. 28 nulli *vulgo* antra *scripsi;* astra *MCFP* delfica *P* v. 29 at *vulgo;* aut *C*, ast *FP et corr. ex* aut M^1 lirae *MCFP* v. 30 laciare *F*, latiare *corr. ex* latinae C^1 aptet *corr. ex* abtet C^1 v. 31 flace *C* exseras (s *eras.* M^2) *M*, heseras *(em.* F^1*)* *F*, exteras *C* v. 32 iapigisque *MCFP* cignus *MCFP* aufidi *corr. ex* ausidi P^1, aut fidi (*super* aut *m. rec. scripsit* orbis) *C*, aut figi *F* v. 33 atacen *MP*, atagen *F*, a∘tacen *(unam litt. eras.* C^1*)* *C* sonare *Leo* v. 34 conora C^1 ingemiss (i *alt. exp.* F^1) *F* v. 35 isti *C* perita sunt *F* p∘e∘∘rita *corr. ex* preterita C^2 v. 36 sint *ex* sunt F^1 v. 37 retor P^1, retor *C*, rethor *MF* v. 38 affer *MCFP* domnullus (l *eras.* P^2) *P* v. 39 scolasticusque *MCFP* v. 41 epistolaris *MCFP* nec stilus *MCF*, nectilus *P* v. 42 virum *corr. ex* verum C^2M^1 v. 43 ista *s. l. add.* P^1 efficatius *MCF* v. 44 cetus M^1 v. 45 procul *C* melodis *corr. ex* melodes C^2M^1

limans faceta quaeque sic poemata,
Venetam lacessat ut favore Mantuam
Homericaeque par et ipse gloriae,
rotas Maronis arte sectans compari.

Ego corde et ore iure despicabilis
quid inter hosce te rogante garriam,
loquacitatis impudentiam probans
animique vota destituta litteris?
sed quid negabo nec pudore territus?
amor timere nescit: inde parui.

2 Ignosce desueta repetenti atque ob impleta quae iusseras nihil amplius quam raritatis indulgentiam praestolaturo. ceterum mihi si similia post iniunxeris, quo queam fieri magis obsequens, curabis ad vicem carminis aut dictare quae cantem aut saltare quae rideam. vale.

XVI.

SIDONIUS FIRMINO SUO SALUTEM.

1 Si recordaris, domine fili, hoc mihi iniunxeras, ut hic nonus libellus peculiariter tibi dicatus ceteris octo copularetur, quos ad Constantium scripsi, virum singularis ingenii, consilii salutaris, certe in tractatibus publicis ceteros eloquentes, seu diversa sive paria decernat, praestantioris facundiae dotibus antecellentem. sponsio impleta
2 est, non exacte quidem, sed vel instanter. nam peragratis forte dioecesibus cum domum veni, si quod schedium temere iacens chartulis putribus ac veternosis continebatur, raptim coactimque translator festinus exscripsi, tempore hiberno nil retardatus, quin actutum iussa complerem, licet antiquarium moraretur insiccabilis gelu pagina et calamo durior gutta. quam iudicasses imprimentibus digitis non fluere sed frangi. sic quoque tamen compotem officii prius agere curavi, quam duodecimum nostrum, quem Numae mensem vos nuncupatis, Favonius flatu teporo pluviisque
3 natalibus maritaret. restat, ut te arbitro non reposcamur res omnino discrepantissimas, maturitatem celeritatemque. nam quotiens liber quispiam scribi cito iubetur, non tantum honorem spectat auctor a merito quantum ab obsequio. de reliquo, quia tibi

---

v. 46 limans *corr. ex* rimans C^2 quaeque *om.* C v. 49 arte sectans *FP et in ras.* M^1, artexate C, artet axe *ed. Elmenhorstii* v. 50 ergo (r *eras.* M^1) M despicabilis *corr. ex* despecabilis C^2 v. 51 qud P^1 gariam P^1 v. 52 impudentiam *corr. ex* inpudentiam P^2, imprudenciam F approbans *Leo* v. 53 destituta *Sirmondus;* destentuta *CF*, distẽ ut a *P*, dis& ut a (n *s. l. add.* M^1) M v. 54 qd (i *in ras.* C^2) C

1 nichil *CP*, nl *F* qam *P;* q; *C* 2 michi *C* similia post si *inv. ord. C* iniunxeris *Wilamowitz*, iusseris *MCFP* 3 magis fieri *inv. ord. CF* si curabis *C*, si curabis M^1, sic curabis *FP;* scilicet curabis *ego*, ipse curabis *Wilamowitz*, si curabis, ad v. c. aut dicta q. c. aut salta *Mommsen* 4 VL *M* 5 sal *MP*, *om. F* 6 michi *C* 7 dicatus *scripsi;* dictatus *MCFP* constancium *F* 8 salutaris consilii *inv. ord. C* eloquentes *P* 9 praestantioris *corr. ex* praestantiores M^1 fa••cundiae *(duas litt. eras.* P^2*)* *P* do•tibus (c *ut v. eras.* M^1) *M*, ••tibus P^1 10 quidem exacte *inv. ord. MP* dioecesibus *MCFP* 11 schedium (s *add.* M^1) *M*, scedium P^1, scedium *C*, cedium *F* timere M^1, teme P^1 cartulis *CF*, cartulis P^1, carthulis *M* 12 hiberno (o *ex corr.* M^1) *M*, hiberni *C* 13 insicabilis *P*, insiccabili *C* 14 durio P^1 qam *P* iudicassis M^1 15 tamen quoque *inv. ord. F* offitii P^2 pius *C*, pius M^1 qam *P* 16 nostrum *MFP*, numerum *C* nuncupatis *MFP*, vocatis nuncupando *C* flavonius *F* teporo *(extr. o corr. in e* F^2*)* *F*, teporo *(extr. o in ras.* P^1*)* *P* pluvisque *M* 18 celeritatemque *om. C, s. l. add.* M^1 quoties *MP* 19 relquo C^1 nuper tibi *inv. ord. F*

nuper ad Gelasium virum sat benignissimum missos iambicos placuisse pronuntias, per hos te quoque Mytilenaei oppidi vernulas munerabor.

Iam per alternum pelagus loquendi
egit audacem mea cymba cursum
nec bipertito timuit fluento
flectere clavum.

Solvit antemnas, legit alta vela,
palmulam ponit manus, atque transtris
litori iunctis petit osculandam
saltus harenam.

Mussitans quamquam chorus invidorum
prodat hirritu rabiem canino,
nil palam sane loquitur pavetque
publica puncta.

Verberant puppim, quatiunt carinam,
ventilant spondas laterum rotundas,
arborem circa volitant sinistrae
sibila linguae.

Nos tamen rectam comite arte proram,
nil tumescentes veriti procellas,
sistimus portu, geminae potiti
fronde coronae,

Quam mihi indulsit populus Quirini,
blattifer vel quam tribuit senatus,
quam peritorum dedit ordo consors
iudiciorum,

Cum meis poni statuam perennem
Nerva Traianus titulis videret,
inter auctores utriusque fixam
bybliothecae:

Quamque post, visus prope, post bilustre
tempus accepi, capiens honorem,
qui patrum ac plebis simul unus olim
iura gubernat.

Praeter heroos ioca multa multis
texui pannis; elegos frequenter
subditos senis pedibus rotavi
commate bino.

Nunc per undenas equitare suetus
syllabas lusi celer atque metro
Sapphico creber cecini, citato
rarus iambo.

Nec recordari queo, quanta quondam
scripserim primo iuvenis calore;
unde pars maior utinam taceri
posset et abdi!

Nam senectutis propiore meta
quicquid extremis sociamur annis,
plus pudet, si quid leve lusit aetas,
nunc reminisci.

Quod perhorrescens ad epistularum
transtuli cultum genus omne curae,
ne reus cantu petulantiore
sim reus actu;

Neu puter solvi per amoena dicta,
schema si chartis phalerasque iungam,
clerici ne quid maculet rigorem
fama poetae.

---

1 sat *P et in ras. M¹, sic C* an iambos? pronuncias *MF* 2 mitilenei *FP*, mirtilenei *C* v. 2 cimba *MF* v. 3 fluen *in ras. M¹*, secundo *C* v. 4 flecter *P¹* clavium (i *exp. F¹*) *F* v. 5 solvit (it *in ras. M¹*) *M*, solvat *C* antempnas *C*, antēpnas *M*, antennas *FP* legat *C et (corr. in* legit *M¹) M* v. 7 litori *F*, littori *MCP* v. 8 harenam *M¹F*, arenam *CP* v. 9 musitans *M¹*, musitans *C* qāquam *P* v. 10 hyrritu *M* v. 13 puppi *corr. ex* puppē *M¹*, pupim *C* v. 18 veri••ti (ti *eras. P²*) *P* v. 20 coroni (i *ex. in* e *F¹*) *F* v. 21 michi *C* v. 22 blatifer *C* qam *P* v. 23 qam *P* v. 25 perennem *C*, perhennem *F* v. 26 titulus (u *alt. ex. in* i *F¹*) *F* v. 28 bibliothecae *MCF*, biblioteco *P* v. 29 qamque *P* v. 30 accepi *corr. ut v. ex* accipe *M¹* cupiens *C* v. 31 plebi *corr. ex* plebe *C²* v. 33 heroos *C*, heroes *F*, choreos *MP* v. 34 texu *C* v. 35 subdit' *C et (corr. in* subditos *M¹) M* v. 36 comate *F* v. 38 *add. in marg. M¹ : in marg. notaverat* de ÷ ū *M* sillabas *MCFP* v. 39 saphico *C* v. 40 rarius (i *del. F¹*) *F* v. 41 qo *P* v. 43 pas *P¹* v. 44 posset *scripsi;* possit *MCFP* v. 45 propore *M*, priore *F* v. 46 quicquid *corr. ex* quidquid *P* v. 49 lā quod horrescens ad aeplarum *C* perorre•scens *(unam litt. eras. P²) P* v. 53 ne *M¹*, nec *F¹* v. 54 scema si cartis *MCFP* falerasque *P et* (f *et* ras *in ras. M¹*) *M*, fallerasque *F* v. 55 maculat *F*

Denique ad quodvis epigramma posthac
non ferar pronus, teneroque metro
vel gravi nullum cito cogar exhinc
promere carmen:

Persecutorum nisi quaestiones
forsitan dicam meritosque caelum
martyras mortis pretio parasse
praemia vitae.

E quibus primum mihi psallat hymnus
qui Tolosatem tenuit cathedram.
de gradu summo Capitoliorum
praecipitatum;

Quem negatorem Iovis ac Minervae
et crucis Christi bona confitentem
vinxit ad tauri latus iniugati
plebs furibunda.

Ut per abruptum bove concitato
spargeret cursus lacerum cadaver
cautibus tinctis calida soluti
pulte cerebri.

Post Saturninum volo plectra cantent.
quos patronorum reliquos probavi
anxio duros mihi per labores
auxiliatos,

Singulos quos nunc pia nuncupatim
non valent versu cohibere verba;
quos tamen chordae nequeunt sonare.
corda sonabunt.

4 Redeamus in fine ad oratorium stilum materiam praesentem proposito semel ordine terminaturi, ne, si epilogis musicis opus prosarium clauserimus, secundum regulas Flacci, ubi amphora coepit institui, urceus potius exisse videatur. vale.

---

v. 57 epigramma *P* v. 59 cito• *(unam litt. eras. C²) C* v. 63 martires *CF* precio *MCFP* v. 65 michi *C* himnus *MCP*, ymnus *F* v. 66 tolosatim *C*, tholosatim *F*, tolosati *M¹* tonuit *P* v. 67 capitholiorum *F* v. 70 bona christi *F* v. 71 iniungati *(alt.* n *exp. F¹) F* v. 72 ples *P¹* v. 73 abrutum *C* concitato *(extr.* o *in ras. M¹) M* v. 74 spargere *M¹* v. 75 tinctis *corr. ex* cunctis *M¹* v. 79 *add. in marg. M¹, nunc praeter* o duros . . . . abores *abscissum* michi *CFP* v. 80 auxiliatos *post* probavi *legitur in P* v. 81 singulas *F* v. 83 cordae *C*, corde *F*, cordae *M¹* 1 fine *scripsi;* finem *MCFP* matheriam *CF* 2 epylogis *MP* 3 anphora *FP* vale om. *MP* EXPLICIT DEO IVVAṼE GAI. SOLLII. APOLLINARIS. MODESTI SIDONII ARVERNORVM EPISCOPI. EPISTOLARVM LIBER NONVS *subscr. rubric. in C;* EXPL LIB. SIDONII *P;* Gaii Sollii Apollinaris Sid epistolar̃ IX liber explicit eiusdem panegici dēi anthemio p̃facio incipit *F;* Itē incip̄ eidē G. S. A. Sidonii panigeric' DICIT ANTHEMIO AVG' BIS C̃SVL *M*

GAI SOLLII
APOLLINARIS SIDONII
CARMINA.

I.

PRAEFATIO IN PANEGYRICUM DICTUM ANTHEMIO AUGUSTO BIS CONSULI.

Cum iuvenem super astra Iovem natura locaret
susciperetque novus regna vetusta deus.
certavere suum venerari numina numen
disparibusque modis par cecinere sophos.
Mars clangente tuba patris praeconia dixit
laudavitque sono fulmina fulmineo:
Arcas et Arcitenens fidibus strepuere sonoris,
doctior hic citharae pulsibus, ille lyrae;
Castalidumque chorus vario modulamine plausit,
carminibus, cannis, pollice, voce, pede.
sed post caelicolas etiam mediocria fertur
cantica semideum sustinuisse deus.
tunc Faunis Dryades Satyrisque Mimallones aptae
fuderunt lepidum, rustica turba, melos.
alta cicuticines liquerunt Maenala Panes
postque chelyn placuit fistula rauca Iovi.
hos inter Chiron, ad plectra sonantia saltans,
flexit inepta sui membra facetus equi;
semivir audiri meruit meruitque placere,
quamvis hinnitum, dum canit, ille daret.
ergo sacrum dives et pauper lingua litabat
summaque tunc voti victima cantus erat.

$\overline{G}$ (GAII T) SOLLII APOLLINARIS SIDONII PANIGERICI DICTI (dis P^2) ANTHEMIO AVGVSTO BIS CONSVLI. INCIPIT PRAEFATIO PT; *inscriptionem om. M et duobus vers. vac. C; de F vide epistularum adnotationem extremam* 2 vetusta regna M^a 4 disparibus M^a 5 mar M^a tubaque C 6 flumina M^a fodibus F^a 9 castalidum MP^2 13 mamillones MP^2, ...llones P^1 15 cicutinis M^2P^2, citutinis M^1 melana C 17 schiron M 18 plexit M 19 semifer M 21 divesque F paupera T ditabat C

sic nos, o Caesar, nostri spes maxima saecli,
post magnos proceres parvula tura damus,
25 audacter docto coram Victore canentes,
aut Phoebi aut vestro qui solet ore loqui;
qui licet aeterna sit vobis quaestor in aula,
aeternum nobis ille magister erit.
ergo colat variae te, princeps, hostia linguae:
30 nam nova templa tibi pectora nostra facis.

II.

PANEGYRICUS.

Auspicio et numero fasces, Auguste, secundos
erige et effulgens trabealis mole metalli
annum pande novum consul vetus, ac sine fastu
scribere bis fastis: quamquam diademate crinem
5 fastigatus eas umerosque ex more priorum
includat Sarrana chlamys, te picta togarum
purpura plus capiat, quia res est semper ab aevo
rara frequens consul. tuque o cui laurea, Iane,
annua debetur, religa torpore soluto
10 quavis fronde comas, subita nec luce pavescas
principis aut rerum credas elementa moveri.
nil natura novat: sol hic quoque venit ab ortu.
hic est, o proceres, petiit quem Romula virtus
et quem vester amor; cui se ceu victa procellis
15 atque carens rectore ratis res publica fractam
intulit, ut digno melius flectenda magistro,
ne tempestates, ne te, pirata, timeret.
te prece ruricola expetiit, te foedere iunctus
adsensu, te castra tubis, te curia plausu,
20 te punctis scripsere tribus collegaque misit
te nobis regnumque tibi; suffragia tot sunt
quanta legit mundus. fateor, trepidavimus omnes,
ne vellet collega pius permittere voto
publica vota tuo. credet ventura propago:
25 in nos ut possint, princeps, sic cuncta licere,
de te non totum licuit tibi. facta priorum
exsuperas, Augusto Leo; nam regna super stat
qui regnare iubet: melius res publica vestra
nunc erit una magis, quae sic est facta duorum.
30 salve, sceptrorum columen, regina Orientis,
orbis Roma tui, rerum mihi principe misso

---

25 Victore *Sirmondus* P^b: ..tore P^a, victure *M*, doctore *CFT* 27 quilibet P^aM 29 calat F^a Incipit panigericus *inscr. rubric. in C;* PANIGERICVS INCIPIT *P;* PANIGERICVS *in extremo versus carm. I ad marg. M* explicit praefacio Incipit panagericus primus *F;* INCIPIT PANAGERICVS *T* 1 secundo *P* 2 erige et] eriget P^bM^b 4 fastis *om. M* crimen M^aF 10 quivis MP^2 11 moveri *in ras.* M^b 17 nec *bis M* p.] o pirata *T* 22 quando *M* 25 possit F^b 27 exsuperans C^1 loto F^1 30 sceptorum C^a

Digitized by Google

iam non Eoo solum veneranda Quiriti,
imperii sedes, sed plus pretiosa, quod extas
imperii genetrix. Rhodopen quae portat et Haemum,
Thracum terra tua est, heroum fertilis ora.
excipit hic natos glacies et matris ab alvo
artus infantum molles nix civica durat.
pectore vix alitur quisquam, sed ab ubere tractus
plus potat per vulnus equum; sic lacte relicto
virtutem gens tota bibit. crevere parumper:
mox pugnam ludunt iaculis; hos suggerit illis
nutrix plaga iocos; pueri venatibus apti
lustra feris vacuant, rapto ditata iuventus
iura colit gladii, consummatamque senectam
non ferro finire pudet: tali ordine vitae
cives Martis agunt. at tu circumflua ponto
Europae atque Asiae commissam carpis utrimque
temperiem: nam Bistonios Aquilonis hiatus
proxima Calchidici sensim tuba temperat Euri.
interea te Susa tremunt ac supplice cultu
flectit Achaemenius lunatum Persa tiaram.
Indus odorifero crinem madefactus amomo
in tua lucra feris exarmat guttur alumnis,
ut pandum dependat ebur; sic trunca reportat
Bosphoreis elefas inglorius ora tributis.
porrigis ingentem spatiosis moenibus urbem.
quam tamen angustam populus facit: itur in aequor
molibus et veteres tellus nova contrahit undas.
namque Dicarchaeae translatus pulvis harenae
intratis solidatur aquis durataque massa
sustinet advectos peregrino in gurgite campos.
sic te dispositam spectantemque undique portus,
vallatam pelago terrarum commoda cingunt.
Fortunata satis, Romae partita triumphos.
et iam non querimur: valeat divisio regni.
concordant lancis partes; dum pondera nostra
suscipis, aequasti. tali tu civis ab urbe
Procopio genitore micas; cui prisca propago
Augustis venit a proavis, quem dicere digno
non datur eloquio, nec si modo surgat Averno
qui cantu flexit scopulos digitisque canoris
compulit auritas ad plectrum currere silvas.
cum starent Hebri latices cursuque ligato
fluminis attoniti carmen magis unda sitiret.

---

32 eo T^a quirini C 33 imperiis M 34 om. M 35 thr. terra tra T 36 gnatos M 37 candida MP^b 38 quamquam M 39 putat M^b, portat C^1 40 libet M paurumper F 41 illos M 43 ferix F^a 44 consummataque M 46 acta PT 47 utramque M^a 48 aquiloni•s C^1 49 chalchidici CP 50 tremit M^a 51 achemeni•s C^1; achimenius M thiaram 1 rum P; tiarum M 52 odorifero P made•actus M^a 53 ferat exarmis P^a v. 56 om. M 58 veteris M^a 59 dicarthoae MTC, dicarthoe FP 61 campis M^a 65 en iam *Leo* 66 lances M vestra P v. 67 tali tu; talitus M 73 starent thybritices cursu legati M

Digitized by Google

Huic quondam iuveni reparatio credita pacis
Assyriae; stupuit primis se Parthus in annis
consilium non ferre senis: conterritus haesit
quisque sedet sub rege satraps: ita vinxerat omnes
legati genius. tremuerunt Medica rura,
quaeque draconigenae portas non clauserat hosti,
tum demum Babylon nimis est sibi visa patere.
partibus at postquam statuit nova formula foedus
Procopio dictante magis, iuratur ab illis
ignis et unda deus nec non rata pacta futura
hic divos testatur avos. Chaldaeus in extis
pontificum de more senex arcana peregit
murmura; gemmantem pateram rex ipse retentans
fudit turicremis carchesia cernuus aris.
suscipit hinc reducem duplicati culmen honoris:
patricius necnon peditumque equitumque magister
praeficitur castris, ubi Tauri claustra cohercens
Aethiopasque vagos belli terrore relegans
gurgite pacato famulum spectaret Orontem.
Huic socer Anthemius, praefectus, consul et idem,
iudiciis populos atque annum nomine rexit.
purpureos Fortuna viros cum murice semper
prosequitur, solum hoc tantum mutatur in illis,
ut regnet qui consul erat. sed omittimus omnes.
iam tu ad plectra veni, tritus cui casside crinis
ad diadema venit, rutilum cui Caesaris ostrum
deposito thorace datur sceptroque replenda
mucrone est vacuata manus. cunabula vestra
imperii fulsere notis et praescia tellus
aurea converso promisit saecula fetu.
te nascente ferunt exorto flumina melle
dulcatis cunctata vadis oleique liquores
isse per attonitas bacca pendente trapetas.
protulit undantem segetem sine semine campus
et sine se natis invidit pampinus uvis.
hibernae rubuere rosae spretoque rigore
lilia permixtis insultavere pruinis.
tale puerperium quotiens Lucina resolvit,
mos elementorum cedit regnique futuri
fit rerum novitate fides. venisse beatos
sic loquitur natura deos: constantis Iuli
lambebant teneros incendia blanda capillos:
Astyages Cyro pellendus forte nepoti

75 hic M^a 76 se primus F^a, se primis F^b 78 sedet] sed M 79 medicatura M^a 87 retentens M^a 88 fundit C 89 duplicata C • honoris P^1 91 ut *sup.* ubi T^b 92 aethiopasque C 93 paccato MTC^1P 94 antemius M^a 96 *an* purpureo? 97 solo M^a muta • tur C^a 98 regnat F 99 nam F cas • • side C^1 100 cui] tibi F 102 est vacuata] estuest M^a, estuenat M^b nostra C 104 area M^a 105 exortu M, exorta F mella MP^b 106 liquoris M 110 spretosę C 113 ce • dit C^1 115 cunctantis $TCPF$ 117 astiages MTC ciro MT sorte *Barthius*

Digitized by Google

inguinis expavit diffusum vite racemum;
praebuit intrepido mammas lupa feta Quirino;
Iulius in lucem venit, dum laurea flagrat;
magnus Alexander nec non Augustus habentur
concepti serpente deo Phoebumque Iovemque
divisere sibi: namque horum quaesiit unus
Cinyfia sub Syrte patrem; maculis genetricis
alter Phoebigenam sese gaudebat haberi,
Paeonii iactans Epidauria signa draconis.
multos cinxerunt aquilae subitumque per orbem
lusit venturas famulatrix penna coronas.
ast hunc, egregii proceres, ad sceptra vocari
iam tum nosse datum est, laribus cum forte paternis
protulit excisus iam non sua germina palmes.
imperii ver illud erat; sub imagine frondis
dextra per arentem florebant omina virgam.
at postquam primos infans exegerat annos,
reptabat super arma patris, quamque arta terebat
lammina cervicem gemina complexus ab ulna
livida laxatis intrabat ad oscula cristis.
ludus erat puero raptas ex hoste sagittas
festina tractare manu captosque per arcus
flexa reluctantes in cornua trudere nervos,
nunc tremulum tenero iaculum torquere lacerto
inque frementis equi dorsum cum pondere conti
indutas Chalybum saltu transferre catenas,
inventas agitare feras et fronde latentes
quaerere, deprensas modo claudere cassibus artis,
nunc torto penetrare veru: tum saepe fragore
laudari comitum, frendens cum belua ferrum
ferret et intratos exirent arma per armos.
conde Pelethronios, alacer puer et venator,
Aeacida, titulos, quamquam subiecta magistri
terga premens et ob hoc securus lustra pererrans
tu potius regereris equo. non principe nostro
spicula direxit melius Pythona superstans
Paean, cum vacua turbatus paene pharetra
figeret innumeris numerosa volumina telis.
Nec minus haec inter veteres audire sophistas:
Mileto quod crete Thales vadimonia culpas,
Lindio quod Cleobule canis 'modus optimus esto',
ex Efyra totum meditaris quod Periander,

---

118 diffuso *M* raceñ *F* 120 fraglat *M*[b] 122 serpenti *P* phoebum *P*[a] iovenque *P* 124 cynifi *C*, cynifa *F* 125 habere *M* 126 poenii *F* 127 unxerunt *M* 128 pinna *M*[a] columbas *T* 130 tunc *T* 132 ver illud] velud *M* 133 omnia *C* 134 ast *P* 135 quamquam *F* arte *M* 136 urna *T*[a] 138 raptos *C*[a] 140 rudere *M*, tendere *Buecheler* 141 tenero tremulum *M*[a] 143 saltum *M* 144 agittare *P* fronde] forte *M* 145 deprehensas *MCP* 146 nunc] non *F* 147 frendens *om. C* 149 Quonde *T* *pelethronios *P*[1] 150 eascida *F* titulus *M* subacta *P* 156 minor *TP*[b]*F* 157 melito *M* tales *P* 158 lindi *T*[a] cleobole *M*, cleubole *TCP*, cleubone *F*

Digitized by Google

160 Attice quodve Solon finem bene respicis aevi,
Prienaee Bia, quod plus tibi turba malorum est,
noscere quod tempus, Lesbo sate Pittace, suades,
quod se nosse omnes vis, ex Lacedaemone Chilon.
praeterea didicit varias, nova dogmata, sectas:
165 quicquid laudatum est Scythicis Anacharsis in arvis,
quicquid legifero profecit Sparta Lycurgo,
quicquid Erechtheis Cynicorum turba volutat
gymnasiis, imitata tuos, Epicure, sodales:
quicquid nil verum statuens Academia duplex
170 personat, arroso quicquid sapit ungue Cleanthes,
quicquid Pythagoras, Democritus, Heraclitus
deflevit, risit, tacuit; quodcumque Platonis
ingenium, quod in arce fuit, docet ordine terno,
quae vel Aristoteles, partitus membra loquendi,
175 argumentosis dat retia syllogismis;
quicquid Anaximenes, Euclides, Archyta, Zenon,
Arcesilas, Chrysippus Anaxagorasque dederunt,
Socraticusque animus post fatum in Faedone vivus,
despiciens vastas tenuato in crure catenas,
180 cum tremeret mors ipsa reum ferretque venenum
pallida securo lictoris dextra magistro.
praeterea quicquid Latialibus indere libris
prisca aetas studuit, totum percurrere suetus;
Mantua quas acies pelagique pericula lusit
185 Zmyrnaeas imitata tubas, quamcumque loquendi
Arpinas dat consul opem, sine fine secutus
fabro progenitum, spreto cui patre polita
eloquiis plus lingua fuit, vel quicquid in aevum
mittunt Euganeis Patavina volumina chartis;
190 qua Crispus brevitate placet, quo pondere Varro,
quo genio Plautus, quo fulmine Quintilianus,
qua pompa Tacitus numquam sine laude loquendus.
His hunc formatum studiis, natalibus ortum,
moribus imbutum, princeps cui mundus ab Euro
195 ad Zephyrum tunc sceptra dabat, cui nubilis atque
unica purpureos debebat nata nepotes,
elegit generum; sed non ut deside luxu
fortuna soceri contentus et otia captans

---

160 salon C^1 161 primaee bia MP^2, yas pirenee F tuba M morum M^a 162 nocere C lesbos epittace M, l. s. pitace F, l. s. pictace C 163 vix T lacedomone C 165 laudavit *vulgo* 166 spartha P ligurgo *codd.* 167 erictheis MCT^bF, ericithreis P, erictreis T^a 168 gignasiis T 170 acroso M Cleanthes *vulgo*; cleanus TCF, eleanus P Cleanthes *cum vv. 171 et 172 praeter* Platonis *om.* M 171 phytagoras CF, phitagoras P, pitagoras T democretus P Heraclitus *Wilamowitz*] heraclitusque *codd.* 174 aristotheles P, aristotiles M 175 regula F 176 amaximenes M, anaximines P archita MCP 177 archesilaus $CPTFM^2$, archisilaus M^1, *cf. 15, 94* chroesippus CP, crhoesippus F, crisippus MT anaxigorasque T 178 socrati•••que C^b, socratisque M *fortasse recte; cfr. 15, 96* fedone MF, foedone TP, foedrone C 179 dispiciens P vastant M^a in C] *om.* $MPTF$ 180 cui M^a rerum C^aF 181 lectoris M magistrum M^a 182 laciaribus M *vv. 183—548 om.* M 185 loquenti CF 186 secutus fabro progenitum *scripsi;* locutus fabro progenitus *codd.* 189 mittunt] mittunt in T^a 190 cripus P 191 flumine T quintinianus P 198 •••tans P^a

Digitized by Google

nil sibi deberet: comitis sed iure recepto
Danuvii ripas et tractum limitis ampli
circuit, hortatur, disponit, discutit, armat.
sic sub patre Pius moderatus castra parentis,
sic Marcus vivente Pio, post iura daturi,
innumerabilibus legionibus imperitabant.
hinc reduci datur omnis honos, et utrique magister
militiae consulque micat, coniuncta potestas
patricii, celerique gradu privata cucurrit
culmina conscenditque senum puer ipse curulem,
sedit et emerito iuvenis veteranus in auro.
Iamque parens divos: sed vobis nulla cupido
imperii; longam diademata passa repulsam
insignem legere virum, quem deinde legentem
spernere non posses. soli tibi contulit uni
hoc Fortuna decus, quamquam te posceret ordo,
ut lectus princeps mage quam videare relictus:
post socerum augustum regnas, sed non tibi venit
purpura per thalamos et coniunx regia regno
laus potius quam causa fuit; nam iuris habenis
non generum legit res publica, sed generosum.
fallor, bis gemino nisi cardine rem probat orbis:
ambit te Zephyrus rectorem, destinat Eurus,
ad Boream pugnas et formidaris ad Austrum.
Ante tamen quam te socium collega crearet,
perstrinxisse libet, quos Illyris ora triumphos
viderit, excisam quae se Valameris ab armis
forte ducis nostri vitio deserta gemebat.
haud aliter, caesus quondam cum Caepio robur
dedidit Ausonium, subita cogente ruina
electura ducem post guttura fracta Iugurthae
ultum Arpinatem Calpurnia foedera lixam
opposuit rabido res publica territa Cimbro.
hic primum ut vestras aquilas provincia vidit,
desiit hostiles confestim horrere dracones.
licet edomiti bello praedaque carentes
mox ipsi tua praeda iacent. sed omittimus istos
ut populatores: belli magis acta revolvo,
quod bellum non parva manus nec carcere fracto
ad gladiaturam tu Spartace vincte, parasti,
sed Scythicae vaga turba plagae, feritatis abundans,
dira, rapax, vehemens, ipsis quoque gentibus illic
barbara barbaricis, cuius dux Hormidae atque
civis erat. quis tale solum est murique genusque.
Albus Hyperboreis Tanais qua vallibus actus

199 dederet *P* comites *F* 200 danubii *codd.* rippas — amplum *T* 201 circumit *TCP* 205 honos *ed. Gregorii et Collombeti;* honor *codd.* et utrisque *P; an* utriusque? 209 votaranus *C*[a] 211 regnandi longuam d. p. r. *T* 219 non] Flon *F* 231 cybro *P* 232 provitia *P* 238 gladiuthuram *F* sparthace *CFP* vincta *F* 239 vaga] nova *T* 242 *fort.* moresque *(item Mohr)* 243 qui *F*

Riphaea de caute cadit, iacet axe sub ursae
245 gens animis membrisque minax: ita vultibus ipsis
infantum suus horror inest. consurgit in artum
massa rotunda caput; geminis sub fronte cavernis
visus adest oculis absentibus; acta cerebri
in cameram vix ad refugos lux pervenit orbes,
250 non tamen et clausos; nam fornice non spatioso
magna vident spatia, et maioris luminis usum
perspicua in puteis compensant puncta profundis.
tum, ne per malas excrescat fistula duplex,
obtundit teneras circumdata fascia nares,
255 ut galeis cedant: sic propter proelia natos
maternus deformat amor, quia tensa genarum
non interiecto fit latior area naso.
cetera pars est pulchra viris: stant pectora vasta,
insignes umeri, succincta sub ilibus alvus.
260 forma quidem pediti media est, procera sed extat,
si cernas equites: sic longi saepe putantur,
si sedeant. vix matre carens ut constitit infans,
mox praebet dorsum sonipes; cognata reare
membra viris: ita semper equo ceu fixus adhaeret
265 rector; cornipedum tergo gens altera fertur,
haec habitat. teretes arcus et spicula cordi,
terribiles certaeque manus iaculisque ferendae
mortis fixa fides et non peccante sub ictu
edoctus peccare furor. gens ista repente
270 erumpens solidumque rotis transvecta per Histrum
venerat et sectas inciderat orbita lymphas.
hanc tu directus per Dacica rura vagantem
contra is, aggrederis, superas, includis: et ut te
metato spatio castrorum Serdica vidit,
275 obsidione premis. quae te sic tempore multo
in vallo positum stupuit, quod miles in agros
nec licitis nec furtivis excursibus ibat.
cui deesset cum saepe Ceres semperque Lyaeus,
disciplina tamen non defuit; inde propinquo
280 hoste magis timuere ducem. sic denique factum est,
ut socius tum forte tuus, mox proditor, illis
frustra terga daret commissae tempore pugnae.
qui iam cum fugeret flexo pede cornua nudans,
tu stabas acie solus, te sparsa fugaci
285 expetiit ductore manus, te Marte pedestri
sudantem repetebat eques, tua signa secutus
non se desertum sensit certamine miles.

---

246 suis *C* atrum *C* 248 crebri C^a 250 nos *C* 251 maiorem *T* usu C^2 254 fascea PC^b, facea C^a 256 deforma C^a 257 naso] viso *F* 262 ut] si *T*, con (?) *F* 269 pecare P^a 271 *dubium an* seccas *F*; siccas *Mohr*, tectas *Buecheler (cl. Claudian. 57. 60 G.)* 273 is] his *TF* 277 ne licitis C^a 282 terga • P^1 283 cum f.] confugeret *T* nudas *P* 284 acies *TCP* sparga *C* 286 repe • tebat C^1

Digitized by Google

i nunc et veteris profer praeconia Tulli,
aetas cana patrum, quod pulchro hortamine mendax
occuluit refugi nutantia foedera Metti.
nil simile est fallique tuum tibi non placet hostem.
tunc vicit miles, dum se putat esse iuvandum;
hic vicit, postquam se comperit esse relictum.
dux fugit, insequeris; renovat certamina, vincis:
clauditur, expugnas; elabitur, obruis atque
Sarmaticae paci pretium sua funera ponis.
paretur, iussum subiit iam transfuga letum
atque peregrino cecidit tua victima ferro.
ecce iterum, si forte placet, conflige, vetustas:
Hannibal ille ferox ad poenam forte petitus,
etsi non habuit ius vitae fine supremo,
certe habuit mortis: quem caecus carcer et uncus
et quem expectabat fracturus guttura lictor,
hausit Bebrycio constantior hospite virus;
nam te qui fugit, mandata morte peremptus,
non tam victoris periit quam iudicis ore.
Nunc ades, o Paean, lauro cui grypas obuncos
docta lupata ligant, quotiens per frondea lora
flectis penniferos ederis bicoloribus armos;
huc converte chelyn: non est modo dicere tempus
Pythona exstinctum nec bis septena sonare
vulnera Tantalidum, quorum tibi funera servat
cantus et aeterno vivunt in carmine mortes.
vos quoque, Castalides, paucis quo numine nobis
venerit Anthemius gemini cum foedere regni
pandite: pax rerum misit qui bella gubernet.
Auxerat Augustus naturae lege Severus
divorum numerum; quem mox Oenotria casum
vidit ut aerei de rupibus Appennini
pergit caerulei vitreas ad Thybridis aedes,
non galea conclusa genas (nec sutilis illi
circulus inpactis loricam texuit hamis),
sed nudata caput; pro crine racemifer exit
plurima per frontem constringens oppida palmes,
perque umeros teretes, rutilantes perque lacertos
pendula gemmiferae mordebant suppara bullae.
segnior incedit senio venerandaque membra
viticomam retinens baculi vice flectit ad ulmum.
sed tamen Vbertas sequitur: quacumque propinquat,
incessu fecundat iter; comitataque gressum
laeta per impressas rorat Vindemia plantas.
ilicet ingreditur Tiberini gurgitis antrum;

---

288 tullii *T* 290 meti *TP*, moeti *C*, meri *F* 291 non] nec *TP* 296 pretitium *F* 303 spectabat *C* 307 griphas *TCP*, grifas *F* 309 biscoloribus *P* 315 antemius *P* 317 augustus auxerat T^a severus] pro *supra* v C^b 318 vix *Wilamowitz* 319 vidit, et *Buecheler*, ut videt *Leo* aero *F* 322 textuit *F* 325 teretis *P*, tentes *F* 327 senio *corr. in* genio *man. pr. in Vaticano 3421;* genio *TCPF* 328 ulmum] hum̄ *F* 329 quocumque *F* 331 rorat *om.* C^a, rotat *F*

Digitized by Google

currebat fluvius residens et harundinis altae
concolor in viridi fluitabat silva capillo.
dat sonitum mento unda cadens, licet hispida saetis
suppositis multum sedaret barba fragorem.
pectore ructabat latices lapsuque citato
sulcabat madidam iam torrens alveus alvum.
terretur veniente dea manibusque remissis
remus et urna cadunt. veniae tum verba paranti
illa prior: 'venio viduatam praesule nostro
per te, si placeat, lacrimis inflectere Romam:
expetat Aurorae partes fastuque remoto
hoc unum praestet, iam plus dignetur amari.
instrue quas quaerat vires orbique iacenti
quo poscat dic orbe caput. quemcumque creavit
axe meo natum, confestim fregit in illo
imperii fortuna rotas. hinc Vandalus hostis
urget et in nostrum numerosa classe quotannis
militat excidium, conversoque ordine fati
torrida Caucaseos infert mihi Byrsa furores.
praeterea invictus Ricimer, quem publica fata
respiciunt, proprio solus vix Marte repellit
piratam per rura vagum, qui proelia vitans
victorem fugitivus agit. quis sufferat hostem,
qui pacem pugnamque negat? nam foedera nulla
cum Ricimere iacit. quem cur nimis oderit audi.
incertum crepat ille patrem, cum serva sit illi
certa parens; nunc ut regis sit filius, effert
matris adulterium. tum livet, quod Ricimerem
in regnum duo regna vocant: nam patre Suebus,
a genetrice Getes. simul et reminiscitur illud,
quod Tartesiacis avus huius Vallia terris
Vandalicas turmas et iuncti Martis Halanos
stravit et occiduam texere cadavera Calpen.
quid veteres narrare fugas, quid damna priorum?
Agrigentini recolit dispendia campi.
inde furit, quod se docuit satis iste nepotem
illius esse viri, quo viso, Vandale, semper
terga dabas. nam non Siculis illustrior arvis
tu, Marcelle, redis, per quem tellure marique
nostra Syracosios presserunt arma penates;
nec tu, cui currum Curii superare, Metelle,
contigit, ostentans nobis elefanta frequentem,
grex niger albentes tegeret cum mole iugales
auctoremque suum celaret pompa triumphi.
Noricus Ostrogothum quod continet, iste timetur:

---

333 altae *et in marg.* l alis *C* 334 cumcolor *P* 335 satis *P* 338 alvam T^a 343 expecta *P* 348 imperio C^a uuandalus *CF* 349 quotiannis *F* 350 exciduum C^1P 351 furorem C^a 356 ait *F* 360 ricemerem C^1 361 suevus *codd.* 362 gethes *codd.* 363 quo *F* cartesiacis *C* avis *F* uuallia C^1 364 uuandalicas *CFP* 366 fugans *P* 369 uuandale *CFP* 372 Syracosios *Luc. Mueller;* siracusios *codd.* 373 metalle *P* 376 aurorenque *T*

Digitized by Google

Gallia quod Rheni Martem ligat, iste pavori est.
quod consanguineo me Vandalus hostis Halano
diripuit radente, suis hic ultus ab armis.
sed tamen unus homo est nec tanta pericula solus
tollere, sed differre potest: modo principe nobis
est opus armato, veterum qui more parentum
non mandet sed bella gerat, quem signa moventem
terra vel unda tremant, ut tandem iure recepto
Romula desuetas moderentur classica classes.'
Audiit illa pater, simul annuit, itur in urbem.
continuo videt ipse deam, summissus adorat,
pectus et exertam tetigerunt cornua mammam:
mandatas fert inde preces, quas diva secuta
apparat ire viam. laxatos torva capillos
stringit et inclusae latuerunt casside turres;
infula laurus erat. bullis hostilibus asper
applicat a laeva surgentem balteus ensem.
inseritur clipeo victrix manus; illius orbem
Martigenae, lupa, Thybris, Amor, Mars, Ilia complent.
fibula mordaci refugas a pectore vestes
dente capit. micat hasta minax, quercusque trophaeis
curva tremit placidoque deam sub fasce fatigat.
perpetuo stat planta solo, sed fascia primos
sistitur ad digitos, retinacula bina cothurnis
mittit in adversum vincto de fomite pollex,
quae stringant crepidas et concurrentibus ansis
vinclorum pandas texant per crura catenas.
ergo, sicut erat, liquidam transvecta per aethram
nascentis petiit tepidos Hyperionis ortus.
Est locus Oceani, longinquis proximus Indis,
axe sub Eoo, Nabataeum tensus in Eurum:
ver ibi continuum est, interpellata nec ullis
frigoribus pallescit humus, sed flore perenni
picta peregrinos ignorant arva rigores;
halant rura rosis, indiscriptosque per agros
fragrat odor; violam, cytisum, serpylla, ligustrum,
lilia, narcissos, casiam, colocasia, caltas,
costum, malobathrum, myrrhas, opobalsama, tura
parturiunt campi; nec non pulsante senecta
hinc rediviva petit vicinus cinnama Phoenix.
hic domus Aurorae rutilo crustante metallo
bacarum praefert leves asprata lapillos,
diripiunt diversa oculos et ab arte magistra

---

378 rehni *P* 379 cumsanguineo *P* uuandalus *CFP* 380 diripui *P*, dirupuit *F* 382 sed] si *Buecheler* 386 dissuetas *T* 389 et] ad *P* 391 corva *P* 396 martagene *P* Mars Ilia] marsalia *T* 399 *fort.* placitoque fatigat *in ras.* P^b 401 ad] a *P* 402 iuncto *CF* 403 anxis *T* 404 tatheuas *F* 405 liquidum t. p. aethra *T* 407 longiquis *P* 408 eol *T* erum *P* 409 veru P^1 interpallata *P* 412 indiscriptosque *scripsi (item Mohr);* indescriptosque *codd.* 413 flagrat *TCP* 414 colocassia *codd.* cautas *T*, cartas *F* 415 malabratrum *T* 416 pulsante *P*, plausante *F* 418 rustilo *F* 419 profert *C* aspirata *F*

hoc vincit quodcumque vides; sed conditur omnis
sub domina praesente decor, nimioque rubore
gemmarum varios perdit, quia possidet, ignes.
fundebat coma pexa crocos flexoque lacerto
425 lutea depressus comebat tempora pecten.
fundebant oculi radios; color igneus illis,
non tamen ardor erat, quamvis de nocte recussa
excepti soleant sudorem fingere rores.
pectora bis cingunt zonae, parvisque papillis
430 invidiam facit ipse sinus; pars extima pepli
perfert puniceas ad crura rubentia rugas.
sic regina sedet solio: sceptri vice dextram
lampadis hasta replet; Nox adstat proxima divae,
iam refugos conversa pedes, ac pone tribunal
435 promit Lux summum vix intellecta cacumen.
hinc Romam liquido venientem tramite cernens
exiluit propere et blandis prior orsa loquelis:
'quid, caput o mundi,' dixit, 'mea regna revisis?
quidve iubes?' paulum illa silens atque aspera miscens
440 mitibus haec coepit: 'venio (desiste moveri
nec multum trepida), non ut mihi pressus Araxes
imposito sub ponte fluat nec ut ordine prisco
Indicus Ausonia potetur casside Ganges,
aut ut tigriferi pharetrata per arva Niphatis
445 depopuletur ovans Artaxata Caspia consul.
non Pori modo regna precor nec ut hisce lacertis
frangat Hydaspeas aries inpactus Erythras.
non in Bactra feror nec committentia pugnas
nostra Semiramiae rident ad classica portae.
450 Arsacias non quaero domus nec tessera castris
in Tesifonta datur. totum hunc tibi cessimus axem.
et nec sic mereor, nostram ut tueare senectam?
omne quod Euphraten Tigrimque interiacet, olim
sola tenes; res empta mihi est de sanguine Crassi,
455 ad Carrhas pretium scripsi: nec inulta remansi
aut periit sic emptus ager; si fallo, probasti.
Ventidio mactate Sapor. nec sufficit istud:
Armenias Pontumque dedi, quo Marte petitum
dicat Sulla tibi; forsan non creditur uni:
460 consule Lucullum. taceo iam Cycladas omnes:
adquisita meo servit tibi Creta Metello.
transcripsi Cilicas: hos Magnus fuderat olim.
adieci Syriae, quos nunc moderaris, Isauros:

---

426 fundebat *C* 431 praefert *F* cruras P^a 438 cacaput C^a 440 mittibus C^a 441 araxis *codd.* 442 prisco *om. T* 444 ut *om.* C^a tigriferis C^a pharetra *T* nifatis *C* 445 conconsul *P* 446 Pori *Sirmondus;* phari *TCP*, pharii *F* 447 erytrhas C^b, erytrheas C^a 448 bratra feror non *F* 449 strident *vulgo* portae] pugne *T* 451 tesifonta *F*] tisifonta *TP*, ctisiphonta *C* 453 tygrimque *P;* tigrinque *C* 455 charras *codd.* 456 haut *T* 457 sapro *C* 458 dedi] dabo T^a 459 silla *codd.* 461 *var. lect. super* servit *a* C^1 *add. eras.* C^2 463 hi-sauros *codd.*

hos quoque sub nostris domuit Servilius armis.
465 concessi Aetolos veteres Acheloiaque arva,
transfudi Attalicum male credula testamentum,
Epirum retines: tu scis, cui debeat illam
Pyrrhus. in Illyricum specto te mittere iura
ac Macetum terras: et habes tu, Paule, nepotes.
470 Aegypti frumenta dedi: mihi vicerat olim
Leucadiis Agrippa fretis. Iudaea tenetur
sub dicione tua, tamquam tu miseris illuc
insignem cum patre Titum. tibi Cypria merces
fertur; pugnaces ego pauper laudo Catones.
475 Dorica te tellus et Achaica rura tremiscunt,
tendis et in bimarem felicia regna Corinthon:
dic, Byzantinus quis rem tibi Mummius egit?
Sed si forte placet veteres sopire querelas,
Anthemium concede mihi. sit partibus istis
480 Augustus longumque Leo; mea iura gubernet
quem petii; patrio vestiri murice natam
gaudeat Euphemiam sidus divale parentis.
adice praeterea privatum ad publica foedus:
sit socer Augustus genero Ricimere beatus;
485 nobilitate micant: est vobis regia virgo.
regius ille mihi. si concors annuis istud,
mox Libyam sperare dabis. circumspice taedas
antiquas: par nulla tibi sic copula praesto est.
proferat hic veterum thalamos discrimine partos
490 Graecia, ni pudor est: reparatis Pisa quadrigis
suscitet Oenomaum, natae quem fraude cadentem
cerea destituit resolutis axibus obex;
procedat Colchis prius agnita virgo marito
crimine quam sexu; spectet de carcere circi
495 pallentes Atalanta procos et poma decori
Hippomenis iam non pro solo colligat auro;
Deianira, tuas Achelous gymnade pinguis
illustret taedas et ab Hercule pressus anhelo
lassatum foveat rivis rivalibus hostem:
500 quantumvis veteris repetam conubia saecli,
transcendunt hic heroas, heroidas illa.
hos thalamos, Ricimer, Virtus tibi pronuba poscit
atque Dionaeam dat Martia laurea myrtum.
ergo age, trade virum non otia pigra foventem
505 deliciisque gravem, sed quem modo nauticus urit
aestus Abydenique sinus et Sestias ora

465 aetholos *codd.* acheloique C^a 466 atalicum *C*, athalicum *T* 468 pirrhus *F*, pirrus *T*, phirrus *C*, phyrus P^a, phyrrus P^b 473 tithum *T*, cythum *P* 475 rura *Mohr* : iura *codd.* 476 bimaren *T* 479 ipsis *F* 480 leo] meo T^a iura] regna *T* 482 euphymiam *C*; eupimiam *P*, euphimiam *T*, eufimiam *F* 484 Fit C^1 recimere P^aCTF 491. 492 *om.* *F* 491 eonomaum *P* 492 resoluti *P* 493 mariti *C* 495 athalanta *TP*, athalantos C^1, athalanto C^2, athlanta *F* 496 hipomenes *T* 497 heianira t. acheloris *F* 499 rivus rivialibus *F* 500 quantumvix *P* veteris repetam *F* sedi *P* 501 heroes *F* heroidas *vulgo* : heroides *codd.* ille *T* 502 recimer *codd.* 503 dioenam *F* 506 sestus *TP*, astus *F* abydinique *CP*, abidinique *TF*

Hellespontiacis circumclamata procellis;
quas pelagi fauces non sic tenuisse vel illum
crediderim, cui ruptus Athos, cui remige Medo
510 turgida silvosam currebant vela per Alpem;
nec Lucullanis sic haec freta cincta carinis,
segnis ad insignem sedit cum Cyzicon hostis,
qui cogente fame cognata cadavera mandens
vixit morte sua. sed quid mea vota retardo?
515 trade magis.' tum pauca refert Tithonia coniunx:
'duc age, sancta parens, quamquam mihi maximus usus
invicti summique ducis, dum mitior extes
et non disiunctas melius moderemur habenas.
nam si forte placet veterum meminisse laborum,
520 et qui pro patria vestri pugnaret Iuli,
ut nil plus dicam, prior hinc ego Memnona misi.'
Finierant; geminas iunxit Concordia partes,
electo tandem potitur quod principe Roma.
nunc aliquos voto simili vel amore, Vetustas,
525 te legisse crepa, numquam non invida summis
emeritisque viris. Brenni contra arma Camillum
profer ab exilio Cincinnatoque secures
expulso Caesone refer flentemque parentem
a rastris ad rostra roga, miseroque tumultu
530 pelle prius quos victa petas; si ruperit Alpes
Poenus, ad afflictos condemnatosque recurre;
improbus ut rubeat Barcina clade Metaurus,
multatus tibi consul agat, qui milia fundens
Hasdrubalis, rutilum sibi cum fabricaverit ensem.
535 concretum gerat ipse caput. longe altera nostri
gratia iudicii est: scit se non laesus amari.
Sed mea iam nimii propellunt carbasa flatus;
siste, Camena, modos tenues, portumque petenti
iam placido sedeat mihi carminis ancora fundo.
540 at tamen, o princeps, quae nunc tibi classis et arma
tractentur, quam magna geras quam tempore parvo,
si mea vota deus produxerit, ordine recto
aut genero bis mox aut te ter consule dicam.
nam modo nos iam festa vocant, et ad Vlpia poscunt
545 te fora donabis quos libertate Quirites,
quorum gaudentes exceptant verbera malae.
perge, pater patriae, felix atque omine fausto
captivos vincture novos absolve vetustos.

---

509 raptus *T* 510 al••m C^a, alpen *T* 517 invincti *F* 519 iam *F* malorum *F* 525 summus *P* 527 cincinatoque *TP* 530 vincta *P* 532 barchina *codd.* 535 noster (ur) *F* 537 sed *scripsi*; et *codd.* 544 Nos modo nam C^a 545 da nobis *P* 547 fasto *P* 548 iuncture *T* Explicit panigericus anthemii feliciter. Item editio ad libellum *subscr. rubricator in C:* EXPLICIT PANIGERICVS ANTEMII FELICITER. EDITIO AD LIBELLVM *P;* EDITIO AD LIBELLV *post. v. 182 inscr. in marg. M;* EXPLICIT PANIGERICVS. AD LIBELLV *T;* explicit panagericus primus dictus anthemio bis consuli. Edicio ad librum suum *F*

Digitized by Google

III.

AD LIBELLVM.

Quid faceret laetas segetes, quod tempus amandum
messibus et gregibus, vitibus atque apibus,
ad Maecenatis quondam sunt edita nomen:
hinc, Maro, post audes arma virumque loqui.
at mihi Petrus erit Maecenas temporis huius,
nam famae pelagus sidere curro suo.
si probat, emittit, si damnat carmina, celat,
nec nos ronchisono rhinocerote notat.
i, liber: hic nostrum tutatur, crede, pudorem;
hoc censore etiam displicuisse placet.

IV.

PRAEFATIO PANEGYRICI DICTI D. N. IMP. CAESARI IVLIO VALERIO MAIORIANO AUGUSTO.

Tityrus ut quondam patulae sub tegmine fagi
volveret inflatos murmura per calamos,
praestitit afflicto ius vitae Caesar et agri,
nec stetit ad tenuem celsior ira reum;
sed rus concessum dum largo in principe laudat,
caelum pro terris rustica Musa dedit;
nec fuit inferius Phoebeia dona referre:
fecerat hic dominum, fecit et ille deum.
et tibi, Flacce, acies Bruti Cassique secuto
carminis est auctor qui fuit et veniae.
sic mihi diverso nuper sub Marte cadenti
iussisti erecto, victor, ut essem animo.
serviat ergo tibi servati lingua poetae
atque meae vitae laus tua sit pretium.
non ego mordaci fodiam modo dente Maronem
nec civem carpam, terra Sabella, tuum.
res minor ingenio nobis, sed Caesare maior;
vincant eloquio, dummodo nos domino.

---

1 mandum P^a, amando M^a 4 mauro P 5 at] hoc M 6 curru F^a 8 rinoceronte C, rinocheronte FP, rinocherote *ut v.* M^1, rinocerote TM^2 9 hinc F^2 10 cen etiam M Explicit G. S. M. A. S. V. C. panigerici dicti domno impri cesari iulio . Valerio . Maioriano augusto . prefatio incipit *inscr. rubricator in C* SOLLII MODESTI APOLLINARIS VIRI CLARI SIDONII PANIGERICI DICTI DNO IMPERATORI CAESARI VALERIO MAIORIANO AVGVSTO . PREFAT INCIPIT *P* S. MODESTI . A. SIDONII . VI Panygericus (Panagericus M^a) INCP . DIC . DN IMPR . CESARI IVLIO VALERIO MAIORIANO . AVG'TO . INCIP PFATIO *M* SOLLII . MODESTI . APOLLINARIS . SIDONII . VIRI CLARISSIMI PANIGERICI AD VALERIV MAIORIANV CESARE DICTI . PFATIO INCIP . *T* Gaii modesti apollinaris Sid. panagerici dicto maioriano augusto praefacio incipit *F* 2 solveret *C* 6 celerum *F* 9 placee *P* cassiique *TCFP* 12 iusiusti *P* erecto victor *Leo*: victor victor *codd.* (placido victor *vulgo; cf.* 23, 19) 14 laux *P* 15 maronam *F* 16 capiam M^a, carpiam M^b 18 vincat Mª EXPLICIT PREFATIO *atramento*, incipit panigericus *minio subscr. in C:* Incipit panagericus II *F* PANYGERICVS *in marg. add. in M; nulla subscriptio in TP*

V.

PANEGYRICUS.

Concipe praeteritos, res publica, mente triumphos:
imperium iam consul habet, quem purpura non plus
quam lorica operit, cuius diademata frontem
non luxu sed lege tegunt, meritisque laborum
post palmam palmata venit; decora omnia regni
accumulant fasces et princeps consule crescit.
personat ergo tuum caelo, rure, urbibus, undis
exultans Europa sophos, quod rector haberis,
victor qui fueras. fateor, trepidaverat orbis,
dum non vis vicisse tibi nimioque pudore,
quod regnum mereare, doles tristique repulsa
non moderanda subis quae defendenda putasti.
Sederat exerto bellatrix pectore Roma,
cristatum turrita caput, cui pone capaci
casside prolapsus perfundit terga capillus.
laetitiam censura manet terrorque pudore
crescit, et invita superat virtute venustas.
ostricolor pepli textus, quem fibula torto
mordax dente forat; tum quicquid mamma refundit
tegminis, hoc patulo concludit gemma recessu.
hinc fulcit rutilus spatioso circite laevum
umbo latus; videas hic crasso fusa metallo
antra Rheae fetamque lupam, quam fauce retecta
blandiri quoque terror erat; quamquam illa vorare
Martigenas et picta timet; pars proxima Thybrim
exprimit; hic scabri fusus sub pumice tofi
proflabat madidum per guttura glauca soporem;
pectus palla tegit, quam neverat Ilia coniunx,
liquenti quae iuncta toro vult murmura lymphis
tollere et undosi somnum servare mariti.
ista micant clipeo; cuspis trabe surgit eburna,
ebria caede virum. propter Bellona trophaeum
exstruit et quercum captivo pondere curvat.
consurgit solium saxis, quae caesa rubenti
Aethiopum de monte cadunt, ubi sole propinquo
nativa exustas afflavit purpura rupes.
iungitur hic Synnas, Nomadum lapis additur istic,
antiquum mentitus ebur; post caute Laconum
marmoris herbosi radians interviret ordo.

3 diademate *F* 5 palmam *om. P* 6 consule] principe *T* crescens *M* 7 caelum *M* 10 dum] d *P* 12 subsis *P* 15 prolapsos effundit terga capillos *M* 18 ostricol *P*, ostricor M^a 19 dento M^a forat *Wilamowitz* : vorat *codd.* 20 recussa C^a, recussu C^b 21 fulscit rituius *F* 22 umbu M^a 23 rese M^a, rehae *TP*, rehe *F*, reahe *C* fece *M* 24 errat C^a 27 madidam *T* 28 venerat *F* 29 *ad* thoro *in mg.* i viro T^b 30 udosi *P* 31 • sta C^1 scuspis *P* 33 que reum *P* 35 athiopum *F* sole] monte *M* 36 nativ • C^1 ripes F^a 37 *add. in marg.* C^1 numadum *codd.* hinc *F* simnas *TFCP*, simnas M^a, simmas M^b istinc *C* 38 post] de *T* cauceloconum M^a, pauceloconum M^b

Digitized by Google

40 ergo ut se mediam solio dedit, advolat omnis
terra simul. tum quaeque suos provincia fructus
exposuit: fert Indus ebur, Chaldaeus amomum,
Assyrius gemmas, Ser vellera, tura Sabaeus,
Atthis mel, Phoenix palmas, Lacedaemon olivum,
45 Arcas equos, Epirus equas, pecuaria Gallus,
arma Chalybs, frumenta Libys, Campanus Iacchum,
aurum Lydus, Arabs guttam, Panchaïa myrrham,
Pontus castorea, blattam Tyrus, aera Corinthus;
Sardinia argentum, naves Hispania defert,
50 fulminis et lapidem: scopulos iaculabile fulgur
fucat et accensam silicem fecunda maritat
ira deum; quotiens caelum se commovet illic,
plus ibi terra valet. subito flens Africa nigras
procubuit lacerata genas et cernua frontem
55 iam male fecundas in vertice fregit aristas
ac sic orsa loqui est: 'venio pars tertia mundi,
infelix felice uno. famula satus olim
hic praedo et dominis extinctis barbara dudum
sceptra tenet tellure mea penitusque fugata
60 nobilitate furens quod non est non amat hospes.
o Latii sopite vigor, tua moenia ridet
insidiis cessisse suis: non concutis hastam?
non pro me vel capta doles? tua nempe putantur
surgere fata malis et celsior esse ruina.
65 sed melius, quod terror abit: iam vincere restat,
si pugnas, ut victa soles. Porsenna superbum
Tarquinium inpingens complevit milite Tusco
Ianiculum quondam; sed dum perrumpere portas
obsidione parat, totam te pertulit uno
70 Coelitis in clipeo; presserunt milia solum
multa virum pendente via; nec ponte soluto,
cum caderet, cecidit. rex idem denique morte
admonitus scribae didicit sibi bella moveri
non solum cum bella forent; mox pace petita
75 in regnum rediit, non tam feriente fugatus
quam flagrante viro. steterat nam corde gelato
Scaevola et apposito dextram damnaverat igni,
plus felix peccante manu, cum forte satelles
palleret constante reo tormentaque capti
80 is fugeret qui tortor erat. Brennum tremuisti,
post melior: quodcumque tuum est, quodcumque vocaris,

---

40 solo *C* 42 indus] medus *T* 45 epiros *M*, ephirus *T*, epyrus *CP*, epyrrus *F* *v. 46 add. in marg. C*[1] Libys *vulgo*: libes *codd.* iaccum *MF*, iachum *C*, iacum *TP* *v. 48 om. P* castoream *M* 50 fluminis *M* ...gur *P*[a], fulger *M* 51 fugat *P* 54 lacerta *C*[a] 56 est *om. M* 58 et *malim delere* extentis *M* 61 oblatii *M* tua munera *T*, tuam venia *M*[1], tua venia *M*[2] 62 sui. ... *P*[1], sui non *P*[2] 63 vel capta] capta *T*[a], captiua *T*[b] putentur *P*, tutantur *M* 64 festa *T* 65 quo *TFCP* abiit *MTC* 66 ut *om. F*, aut *C*[1] 67 inpinges *F* 70 colitis *M*[a] 73 admonitum *M* 74 n.n *M*[a] 76 flagrantem *P* 77 damnaverat *P*[a] 79 constante reo *P*, constanter eo *M*[a]

Digitized by Google

Ne Cupido, Venus, Liber, Cerealisque Minerva
Quique Deum comitantur, ad ipsum, quique Dea, ire
Cogantur nudi: Cui Pudor, Cui Verecundia, Fraus abest?
Nec Pudor, Nec Verecundia, Fraus abest? Nec quicquam Nisi quod Dominam tangere Cura vetat.
Cum Dea processerit, Fecundis vocat arva Colonis,
Et Sacrum Cereris sacrificosque Focos.
Illic Fertur Anus, quae Fecundum Cecinerit Ollam,
Verba Piae Cantu Ter Quinque Ter Quinque Novem.
Illic Et Cultrum Tenui Cute Transigit Agnae
Et Jecur in Parvis Palpitantes Videt Extis.
Illic Et Pingues Pingui Cum Lardo Frigit Amomum
Et Dat Odoratae Turis Acervos Humo

sic pretio non capta fides. erat ille quod olim
quaestor consulibus: tractabat publica iure
aera suo; tantumque modum servabat, ut illum
125 narraret rumor iam rebus parcere nati.
Senserat hoc sed forte ducis iam livida coniunx
augeri famam pueri, suffusaque bili
coxerat internum per barbara corda venenum.
ilicet explorat caelum totamque volutis
130 percurrit mathesim numeris, interrogat umbras,
fulmina rimatur, fibras videt, undique gaudens
secretum rapuisse deo. sic torva Pelasgum
Colchis in aplustri steterat trepidante marito
Absyrtum sparsura patri facturaque caesi
135 germani plus morte nefas, dum funere pugnat
et fratrem sibi tela facit: vel cum obruit ignem
taurorum plus ipsa calens texitque trementem
frigida flamma virum, quem defendente veneno
inter flagrantes perhibent alsisse iuvencos.
140 ergo animi dudum impatiens, postquam audiit isti
imperium et longum statui, laniata lacertos
ingreditur qua strata viri vocemque furentem
his rumpit: 'secure iaces, oblite tuorum.
o piger: et mundo princeps (sic saecula poscunt)
145 Maiorianus erit; clamant hoc sidera signis,
hoc homines votis. isti quid sidera quaero,
fatum aliud cui fecit amor? nil fortius illo,
et puer est cupidus numquam sed parcus habendi.
pauper adhuc iam spargit opes, ingentia suadet
150 consilia et sequitur, totum quod cogitat altum est.
urget quod sperat. ludum si forte retexam,
consumpsit quicquid iaculis fecisse putaris
istius una dies: tribus hunc tremuere sagittis
anguis, cervus, aper. non sic libravit in hostem
155 spicula qui nato serpentis corpore cincto
plus timuit, cum succurrit, dum iactibus isdem
interitum vitamque daret stabilemque teneret
corde tremente manum, totamque exiret in artem
spe propiore metus, dans inter membra duorum
160 unius mortem. libeat decernere caestu:
cessit Eryx Siculus, simili nec floruit arte
Sparta, Therapnaea pugilem cum gymnade pinguem
stratus Bebryciis Amycus suspexit harenis.
qui vigor in pedibus! frustra sibi natus Ofelte
165 Sicaniam tribuit palmam, plantasque superbas

---

123 iura M^a *TFP* 124 aere *FP* 125 gnati *M* 126 hoc] his *M* 127 auguri *M*, angeri *F* bibli *C* 129 totam *F* 130 mathesin *C* 133 c. i. a. *TF*] colchis in aplaustri *CP*, colchin aplustri *M* magistro M^a 134 absyrthum *C* fracturaque *MC* 138 rigida *M* 139 iuvencos] venenos *F* 142 *expectes* ingr. castra illa *(Mommsen)* 143 rumpit *scripsi*: rupit *codd.* 152 consumit *TCFP* 154 nunc *P* alcon *sup.* libravit C^b 155 stipula *F* 156 sucurrit *T* iacentibus *P* 159 propriore *TC* motus *F* 160 discernere *M* 162 spartha *codd.* herapnea M^a 163 herouis *M* 164 ofelle P^a 165 palma *M*

Digitized by Google

haud ita per siccam Nemeen citus extulit Arcas,
cuius in Aetolo volitantem pulvere matrem
horruit Hippomenes, multo qui caespite circi
contemptu praemissus erat, cum carceris antro
170 emicuit pernix populo trepidante virago,
nil toto tactura gradu, cum pallidus ille
respiceret medium post se decrescere campum
et longas ad signa vias flatuque propinquo
pressus in hostili iam curreret anxius umbra,
175 donec ad anfractum metae iam iamque relictus
concita ter sparso fregit vestigia pomo.
qui videt hunc equitem, Ledaeum spernit alumnum
ac iuvenem, Sthenoboea, tuum, cui terga vetustas
pennati largitur equi Lyciamque Chimaeram
180 quem superasse refert, vulnus cum sustulit unum
tres animas. vitam tum si tibi fata dedissent,
Maioriane ferox, vetuisses Castora frenos,
Pollucem caestus, Alconem spicula nosse,
Bellerofonteis insultaturus opimis.
185 si clipeum capiat, vincit Telamone creatum,
qui puppes inter Graias contra Hectoris ignem
ipsam etiam infidi classem defendit Vlixis.
missile si quanto iaculetur pondere quaeris,
segnius insertae trepidans pro fasce Camillae
190 excussit telum Metabus, nec turbine tanto
stridula Pelidae per Troilon exiit ornus;
nec sic heroum tardantem busta Creontem
Atticus Aegides rupit Marathonide quercu;
nec sic intortum violatae Phoebados ultrix
195 in Danaos fulmen iecit, cum Graecia Troiae
noctem habuit similemque facem fixusque Caferei
cautibus inter aquas flammam ructabat Oileus.
parva loquor. quid quod, quotiens tibi bella geruntur,
discipulus, non miles adest? et fingit alumnum:
200 aemulus econtra spectat. quod viceris odit
et quos vincis amat; totus dormitat ad istum
magnus Alexander, patris quem gloria torsit.
quid faciam infelix? nato quae regna parabo
exclusa sceptris Geticis, res publica si me
205 praeterit et parvus super hoc Gaudentius huius

---

166 audit aper *M* nemeem *F* 167 aetholo *TCFP* matrem *M*[a]] martem *M*[b]*T*[a]*CFP*, l currum *T*[b] 168 multos *P* 169 contempto *TCF*, contento *P* permissus *M* tum *MT* 172 decrescer∘ *C*[a] 173 longuas *MT* signai *T*[a] 174 axius *M* 175 anfractumetaetiam *M* relict∘s *C*[a] 176 frigit *M* 177 quid *M* laede∘m *C*[a] spernit alumpnus *praeter* spern *in ras.* *M*[b] 178 stheno beatuum *MC*, tenobea tuum *TFP* erga vetusas *M*[a], terga vetusas *M*[b] 180 refet *P* suscipit *T*[b]*CFP*, subripit *T*[a] 181 facta *F* 183 pollicem *M* 184 bellorofonteis *TCF* opinus *F* 186 pupes *P* gratias *M*[a] 187 ipsa *M* 188 queres *M* 191 trohilon *TP*, tronilon *M* 192 tardentem *C*[b]*P* 193 aegodes *P*, egedes *M* 194 intostum *F* viciatae *M*, *fort. recte* 195 eiecit *C* 196 habut *M* facen *T* cafyrei *CFP*[b], cafyssi *P*[a], cafirei *M*, casyrei *T* 198 quod *om.* *F* cotiens *P* 199 et] ei *M* 201 amas *FP* 203 gnato *M* 204 a sceptris *M* *fort. recte* 205 huc *P* gradentius *F*

Digitized by Google

calcatur fatis? istum iam Gallia laudat
quodque per Europam est. rigidis hunc abluit undis
Rhenus, Arar, Rhodanus, Mosa, Matrona, Sequana, Ledus,
Clitis, Elaris, Atax, Vacalis: Ligerimque bipenni
excisum per frusta bibit. cum bella timentes
defendit Turonos, aberas; post tempore parvo
pugnastis pariter, Francus qua Cloio patentes
Atrebatum terras pervaserat, hic coeuntes
claudebant angusta vias arcuque subactum
vicum Helenam flumenque simul sub tramite longo
artus suppositis trabibus transmiserat agger.
illic te posito pugnabat ponte sub ipso
Maiorianus eques. fors ripae colle propinquo
barbaricus resonabat hymen Scythicisque choreis
nubebat flavo similis nova nupta marito.
hos ergo, ut perhibent, stravit; crepitabat ad ictus
cassis et oppositis hastarum verbera thorax
arcebat squamis, donec conversa fugatus
hostis terga dedit; plaustris rutilare videres
barbarici vaga festa tori coniectaque passim
fercula captivasque dapes cirroque madente
ferre coronatos redolentia serta lebetas.
ilicet increscit Mavors thalamique refringit
plus ardens Bellona faces; rapit esseda victor
nubentemque nurum. non sic Pholoetica monstra
atque Pelethronios Lapithas Semeleius Euhan
miscuit, Haemonias dum flammant orgia matres
et Venerem Martemque cient ac prima cruentos
consumunt ad bella cibos Bacchoque rotato
pocula tela putant, cum crudescente tumultu
polluit Emathium sanguis Centauricus Othryn.
nec plus nubigenum celebrentur iurgia fratrum:
hic quoque monstra domat, rutili quibus arce cerebri
ad frontem coma tracta iacet nudataque cervix
saetarum per damna nitet, tum lumine glauco
albet aquosa acies ac vultibus undique rasis
pro barba tenues perarantur pectine cristae.
strictius assutae vestes procera cohercent
membra virum, patet his altato tegmine poples,
latus et angustam suspendit balteus alvum.

---

206 caltatur M^a fastis F 208 arax F 209 olitis *Parisinus 2782 et Bernensis* arax CFP vacalis MT] uuacalis CF, uuacalix P ligeremque M 210 excissum P frustra $TCFP$ tum M 211 defenditur uno saberas M^a, defendetur ono saberas M^b 212 francus M] francis TCP, fracis F cloro F 213 atrabatum M pervaserit F, parvas erat M 214 viam M^a, om. T^a 215 ·icum C^1 sub] m F 216 artum F 218 propinco P 219 barbonicus F 220 similes M^a 221 feravit F crepitaba C^a 222 thorax] scamis T 223 scamis P, quamis M, thorax T 225 convictaque M 226 captivas vestes TFP ciroque madenti M 228 mavos T 231 peletronos P^a (peletronios *rell.*) se melius P euuhan *codd.* 232 matris F 233 matremque M scient F^a 234 cumsumunt P^a, comsumunt P^b bactoque P (baccoque *rell.*) 236 orthim F 237 celebrantur M 239 nudataque cervix *in ras. scripsit et v. 240 in marg. add.* C^b; *nimirum a* iacet *ad* lumine *transiluerat* C^a 242 christe (χρε) F 243 assuetae TF 244 poplex $TCFP$ 245 balteum C^a avum T^a

excussisse citas vastum per inane bipennes
et plagae praescisse locum clipeosque rotare
ludus et intortas praecedere saltibus hastas
inque hostem venisse prius: puerilibus annis
250 est belli maturus amor. si forte premantur
seu numero seu sorte loci, mors obruit illos.
non timor; invicti perstant animoque supersunt
iam prope post animam. tales te teste fugavit
et laudante viros. quisnam ferat? omnia tecum,
255 te sine multa facit. pugnant pro principe cuncti:
quam timeo, ne iam iste sibi! si regna tenebit,
huic vincis quodcumque domas. nil fata relinquunt
hic medium: percussor enim si respuis esse,
servus eris. certe recto si tramite servat
260 sidera Chaldaeus, novit si gramina Colchus,
fulgura si Tuscus, si Thessalus elicit umbras,
si Lyciae sortes sapiunt, si nostra volatu
fata locuntur aves, doctis balatibus Hammon
si sanctum sub Syrte gemit, si denique verum
265 Phoebe, Themis, Dodona, canis, post tempora nostra
Iulius hic Augustus erit. coniunctus amore
praeterea est iuveni, grandis quem spiritus armat
regis avi. quo te vertas? ad culmina mundi
hic fatum fert, ambo animum. consurge simulque
270 aggredere ignaros; neutrum mactare valebis,
si iubeas utrumque mori; sed necte dolosas
blanditias uni, ferro tamen iste petatur.
quid loquor incassum? nihil est, quod tanta cavemus?
ut regnet, victurus erit?' commotus in iras
275 Aetius sic pauca refert: 'compesco furentis
impia vota animi: mortem mandare valebo
insontis, taceam nostri? quisquamne precatur,
ut sine criminibus crimen fiat bene nasci?
ad poenam quis fata vocet? tua viscera ferro,
280 Maioriane, petam, Phoebus si nocte refulget,
luna die, duplex ponto si plaustra novatur
Parrhasis, Atlantem Tanais, si Bagrada cernit
Caucason, Hercynii nemoris si stipite lintris
texta Nabataeum pro Rheno sulcat Hydaspen,
285 si bibit Hispanus Gangem tepidisque ab Erythris
ad Tartesiacum venit Indus aquator Hiberum,
si se Pollucis perfundit sanguine Castor.

---

246 excussise citas C^a, excussos secitas M^a, excusses secitas M^b bipennis *M* 247 praescesse *MT* 248 hastae *M* 249 hoste *M* 251 forte *F* 255 pro] post P^a cuncti *M*] multi *TCFP* 256 tenebunt M^a 257 vincas *TP* 258 percursor C^a repuis *P* 260 colcos *M* 261 elicet *M* 263 *om. P* 264 virum *M* 266 coniuntus *P* 269 cumsurgo *P* 270 ignarus *F* 271 nec tedo lusas *M* 272 b. u.] blanditia sunt *M* 274 erit P^a in in *P* 275 aethius *codd.* 276 morte *M* volebo *M* 277 quicquamne *M* 283 caucason in *ras.* M^b nemores *M* 284. 285 *om. T* 285 gangen *MC* tepedisque *M*, tepisque *P* errythis *F* 286 aquatuor *C*

Digitized by Google

Thesea Pirithoi, Pyladen si stravit Orestae
vel furibunda manus, raperet cum Taurica sacra
290 matricida pius. sed ne sprevisse dolorem
forte tuum videar, vivat careatque parumper
militia. heu potuit nobis, nisi triste putasses,
fortunam debere suam.' sic fatur et illum
rure iubet patrio suetos mutare labores,
295 fatorum currente rota, quo disceret agri
quid possessorem maneat, quos denique mores
ius civile paret, ne solam militis artem
ferret ad imperium. suspenderat ilicet arma
emeritus iuvenis, sterilis ieiunia terrae
300 vomere fecundans. sic quondam consule curvo
vertebas campos, paulum si pace sequestra
classica laxasses, fortis cui laeva regebat
stivam post aquilas, humili dum iuncta camino
victoris fumum biberet palmata bubulci.
305 Principis interea gladio lacrimabile fatum
clauserat Aetius; cuius quo tutius ille
magna Palatinis coniungeret agmina turmis,
evocat hunc precibus; sed non se poena moratur
sanguinis effusi (numerum collegerat ergo,
310 non animum populi); ferri mala crimina ferro
solvit et in vestram plus concidit ille ruinam.
iam tunc imperium praesentis principis aurea
volvebant bona fata colu; sed publica damna
invidiam fugere viri. quicumque fuerunt
315 nomen in Augustum lecti, tenuere relictum
Caesaribus solium: postquam tu capta laboras,
hic quod habet fecit. Traianum Nerva vocavit,
cum pignus iam victor erat; Germanicus esset
ut titulis, meritis fuerat. res ordine currit:
320 hanc ambit famam, quisquis sic incipit. olim
post Capreas Tiberi, post turpia numina Gai,
censuram Claudi, citharam thalamosque Neronis,
post speculi immanis pompam, quo se ille videbat
hinc turpis, quod pulcher, Otho, post quina Vitelli
325 milia famosi ventris damnata barathro,
his titulis princeps lectus similique labore
Vespasianus erat. sed ne fortasse latronis
me clausam virtute putes, consumpsit in illo
vim gentis vitae vitium; Scythicam feritatem

288 pirithous *TCF*, pyritheus *P* piladem *C* 290 matrida M^a 291 videas *M* 292 om. *C* militiae ut *M* potassis M^a 294 mutasse T^a 295 qua *M* agri *scripsi*: agro *codd.* 296 denique *P* 297 sola *M* 298 suspenderet *P* ilices *F* 302 cllassica laxases *P* gerebat M^a 303 aqualis *M* 304 fumam *P*, falmum *F* pubulci P^a 306 aethius *TFP* 307 coningeret *P* 310 animam *C* ferro male *M*, ferret mala *F* 311 solvet *M* 313 solvebant C^1 315 retinuere M^a 320 hanc] hic M^a 321 capraes *M* tiberii *TC*, tyberii *F*, tiberini *P* gaii T^b, graii T^a 322 clandii *TFP* cytheram *P* 323 inmamis pompas quos et *M* 324 hunc turpis M^a, hin pulchris *F* vitellii *F* 325 vestris *M* 326 labori *TCFP* 328 clausum *C*

Digitized by Google

330 non vires, sed vota tenent, spoliisque potitus
immensis robur luxu iam perdidit omne,
quo valuit, dum pauper erat. mea viscera pro se
in me nunc armat; laceror tot capta per annos
iure suo, virtute mea, fecundaque poenis
335 quos patiar pario. propriis nil conficit armis:
Gaetulis, Nomadis, Garamantibus Autololisque,
Arzuge, Marmarida, Psyllo, Nasamone timetur
segnis, et ingenti ferrum iam nescit ab auro.
ipsi autem color exsanguis, quem crapula vexat
340 et pallens pinguedo tenet, ganeaque perenni
pressus accescentem stomachus non explicat auram.
par est vita suis; non sic Barcaeus opimam
Hannibal ad Capuam periit, cum fortia bello
inter delicias mollirent corpora Baiae
345 et se Lucrinas qua vergit Gaurus in undas
bracchia Massylus iactaret nigra natator.
atque ideo hunc dominum saltem post saecula tanta
ultorem mihi redde, precor, ne dimicet ultra
Carthago Italiam contra.' sic fata dolore
350 ingemuit lacrimisque preces adiuvit obortis.
his haec Roma refert: 'longas succinge querelas,
o devota mihi: vindex tibi nomine divum
Maiorianus erit. sed paucis pauca retexam,
ex quo Theudosius communia iura fugato
355 reddidit auctoris fratri, cui guttura fregit
post in se vertenda manus, mea Gallia rerum
ignoratur adhuc dominis ignaraque servit.
ex illo multum periit, quia principe clauso,
quisquis erat, miseri diversis partibus orbis
360 vastari sollemne fuit. quae vita placeret,
cum rector moderandus erat? contempta tot annos
nobilitas iacuit: pretium res publica forti
rettulit invidiam. princeps haec omnia noster
corrigit atque tuum vires ex gentibus addens
365 ad bellum per bella venit: nam maximus isse est,
non pugnasse labor. terimus cur tempora verbis?
pervenit et vincit.' tali sermone peractum
concilium, verbisque deae famulante metallo
aurea concordes traxerunt fila sorores.
370 Hos me, quos cecini, Romae Libyaeque labores
vota hominum docuere loqui; iam tempus ad illa

330 viro *M* petitus *P* 335 pathio *F* 336 getules *F* numadis *codd.* Autololisque *vulgo:* antoloisque *M*, autholoisque *TCFP* 337 narmarida *P* nasomone *P* 338 nescit] nes *M* 342 estui vita *M* barcheus *CP*, bareos *M* 343 bella *M* 345 gauros *M* 346 bachia M^a, bacchia M^b massilus *MF*, masillus *C*, massillus *T*, massyllus *P* natator] tenetur M^a 347 nunc *P* 348 victorem *M* 350 adiungit *P* 352 nomina *P*, numine *T* 353 erat M^a paucis *vulgo;* parvis *codd. (in ras.* P^b*);* largis *Leo* parva *C* 354 theodosius *codd.* fugato *in ras.* P^1 357 dominus C^1 359 quisquid C^a, quicquid TC^b diversi *P* 361 moderans erat *Mommsen* contenta *P* 363 retulit *MCP* 365 mam *F* ipse M^a 367 vicit *M* peccatum *M* 368 concilium] c. est *FC* 369 concordis M^a texerunt fila sororis *M*

Digitized by Google

ferre pedem, quae fanda mihi vel Apolline muto:
pro Musis Mars vester erit. conscenderat Alpes
Raetorumque iugo per longa silentia ductus
375 Romano exierat populato trux Alamannus
perque Cani quondam dictos de nomine campos
in praedam centum novies dimiserat hostes.
iamque magister eras: Burconem dirigis illuc
exigua comitante manu. sed sufficit istud,
380 cum pugnare iubes: certa est victoria nostris
te mandasse acies: peragit fortuna triumphum
non populo, sed amore tuo; nolo agmina campo,
quo mittis paucos. felix te respicit iste
eventus belli. certatum est iure magistri,
385 Augusti fato nuper: post hostis aperto
errabat lentus pelago, postquam ordine vobis
ordo omnis regnum dederat, plebs, curia, miles,
et collega simul. Campanam flantibus Austris
ingrediens terram securum milite Mauro
390 agricolam aggreditur; pinguis per transtra sedebat
Vandalus opperiens praedam, quam iusserat illuc
captivo capiente trahi. sed vestra repente
inter utrumque hostem dederant sese agmina planis,
quae pelagus collemque secant portumque reducto
395 efficiunt flexu fluvii. perterrita primum
montes turba petit, trabibus quae clausa relictis
praedae praeda fuit: tum concitus agmine toto
in pugnam pirata coit: pars lintre cavatâ
iam dociles exponit equos, pars ferrea texta
400 concolor induitur, teretes pars explicat arcus
spiculaque infusum ferro latura venenum,
quae feriant bis missa semel. iam textilis anguis
discurrit per utramque aciem, cui guttur adactis
turgescit zephyris; patulo mentitur hiatu
405 iratam pictura famem, pannoque furorem
aura facit, quotiens crassatur vertile tergum
flatibus, et nimium iam non capit alvus inane.
at tuba terrisono strepuit grave rauca fragore,
responsat clamor lituis, virtusque repente
410 ignavis vel parva furit. cadit undique ferrum,
hinc tamen in iugulos: hunc torta falarica iactu
proterit, ad mortem vix cessatura secundam:
hunc conti rotat ictus; equo ruit aclyde fossus

---

372 fama *T* muto] i nullo T^b 374 praetorum iugo *F* 375 romana *M* 376 canis *Lindenbrog ad Amm. Marc. XV, 4, 1* 378 burgone *M* illuc M^a] illoc M^b, illo *TCFP* 382 nullo *P* agmine *F* 383 mittit *MFP* paucus *M* 386 postquam] simul *C* 388 campana *M*, campania *C* austros C^a 389 ingredient *M* auro *M* 390 agricola *M* sedebunt *M* 391 unandalus *MCF* illic MCP^a 393 utramque *P* 395 officiunt *C* 396 radibus *M (i. e.* ratibus, *fort. recte)* causa *F* 399 texata *F* 400 artus *P* 402 foriant *M* textilis] explicat *F* 405 pectora *M* panno *M* 406 focit *M* grassatur *F* utile *M*, umtile *P* 407 alveus M^a 408 turba *P* raca *P* furore M^a 410 fuit *M* 411 hinc tota M^a, hunc tota $M^b T$ 412 proterit *scripsi:* preterit *CP*, praeterit *MTF* 413 aclide *F*

Digitized by Google

ille veruque alius; iacet hic simul alite telo.
415 absentem passus dextram; pars poplite secto
mortis ad invidiam vivit, partemque cerebri
hic galeae cum parte rapit, fortique lacerto
disicit ancipiti miserabile sinciput ense.
ut primum versis dat tergum Vandalus armis,
420 succedit caedes pugnae: discrimine nullo
sternuntur passim campis, et fortia quaeque
fecit iners. trepidante fuga mare pallidus intrat
et naves pertransit eques, turpique natatu
de pelago ad cymbam rediit. sic tertia Pyrrhi
425 quondam pugna fuit: caesis cum milibus illum
Dentatus premeret, lacerae vix fragmina classis
traxit in Epirum, qui Chaonas atque Molossos,
qui Thracum Macetumque manus per litora vestra
sparserat et cuius vires Oenotria pallens
430 ipsaque, quae petiit, trepidaverat uncta Tarentus.
hostibus expulsis campum qui maximus extat
iam lustrare vacat: videas hic strage sub illa
utrorumque animos; nullus non pectore caesus,
quisquis vester erat: nullus non terga foratus,
435 illorum quisquis. clamant hoc vulnera primi
praedonum tum forte ducis, cui regis avari
narratur nupsisse soror, qui pulvere caeco
clausus et elisus pilis vestigia turpis
gestat adhuc probrosa fugae. sic agmina vestra
440 cum spoliis campum retinent et Marte fruuntur.
interea duplici texis dum litore classem
inferno superoque mari, cadit omnis in aequor
silva tibi nimiumque diu per utrumque recisus,
Appennine, latus navalique arbore dives
445 non minus in pelagus nemorum quam mittis aquarum.
Gallia continuis quamquam sit lassa tributis,
hoc censu placuisse cupit nec pondera sentit,
quae prodesse probat. non tantis maior Atrides
Carpathium texit ratibus, cum Doricus hostis
450 Sigeas rapturus opes Rhoeteia clausit
Pergama; nec tantae Seston iuncturus Abydo
Xerxes classis erat, tumidas cum sterneret undas
et pontum sub ponte daret, cum stagna superbo

---

414 virumque *M* aliis *F* 416 vivet *M* 417 hinc *P* 418 didicit C^1, dissicit *M* miserabilis incaput *M* 419 uuandalus *MCF*, nuamdalus *P* arenis *F* 420 caedis *M* 422 facit *M* intra *M* 423 navis *M* 424 cybam *T* redeiit *P* pirri *F*, pirrhi *TCP*, phyrri *M* 425 milibus] nubibus *F* 426 laciere *M* flagmina clasis *P* 427 molosos *P* 429 vires *om.* *T* 430 ipseque *M* quae *om.* *P* tharentus *CP*, threntus *T* 431 qui campum *C* 433 utrumque *M* nullus] non ullus M^a 434 furatus *M* 436 p. tu *C*, praedonam dum *T* duces *M* 437 naratur *P* nubisse P^a 438 clasus P^a 439 gesta *M* 440 capum *P* in arte *P* 441 clasem *P* 442 infreno *F* mari cadit omnis in equor *in ras.* P^b 444 apennine *CFP*, appenne *M* navali robore *Wilamowitz* 445 mitis *C* 446 lasa *C* 447 *sq.*: nec pondera sentit quae prodesse probat *om.* *P* sensit *TCF* 449 pelagus M^a cu • C^1 doribus *P* 450 sicaea repturus *M* roetheia *TCP*, raetoia *M* 451 tantes eston i. a. *P*, tantae sesto iniuncturus abido *M*, t. s. i. aboedo *T* 452 xerses *MT* clausis *M*

Digitized by Google

irrupit temerata gradu turmaeque frequentes
455 Hellespontiaco persultavere profundo;
nec sic Leucadio classis Mareotica portu
Actiacas abscondit aquas, in bella mariti
dum venit a Fario dotalis turba Canopo,
cum patrio Cleopatra ferox circumdata sistro
460 milite vel piceo fulvas onerata carinas
Dorida diffusam premeret Ptolomaide gaza.
hoc tu non cultu pugnas, sed more priorum
dite magis ferro, merito cui subiacet aurum
divitis ignavi. tales ne sperne rebelles:
465 etsi non acies, decorant tamen ista triumphos.
nec me Lageam stirpem memorasse pigebit
hostis ad exemplum vestri; namque auguror isdem
regnis fortunam similem, cum luxus in illa
parte sit aequalis, nec peior Caesar in ista.
470 licet aggrederis quod nullus tempore nostro
Augustus potuit: rigidum septemplicis Histri
agmen in arma rapis. nam quicquid languidus axis
cardine Sithonio sub Parrhase parturit ursa,
hoc totum tua signa pavet; Bastarna, Suebus,
475 Pannonius, Neurus, Chunus, Geta, Dacus, Halanus,
Bellonothus, Rugus, Burgundio, Vesus, Alites,
Bisalta, Ostrogothus, Procrustes, Sarmata, Moschus
post aquilas venere tuas; tibi militat omnis
Caucasus et Scythicae potor Tanaiticus undae.
480 quid faciat fortuna viri? quascumque minatur,
has tremuit iam Roma manus; modo principe sub te,
ne metuat, prope parva putat, nisi serviat illi
quod timuit regnante alio. iam castra movebas
et te diversis stipabant milia signis:
485 obsequium gens una negat, quae nuper ab Histro
rettulit indomitum solito truculentior agmen,
quod dominis per bella caret populoque superbo
Tuldila plectendas in proelia suggerit iras.
hic tu vix armis positis iterum arma retractas:
490 Bistonides veluti Ciconum cum forte pruinas
Ogygiis complent thiasis, seu Strymonos arvis,
seu se per Rhodopen, seu qua nimbosus in aequor
volvit Hyperboreis in cautibus Ismarus Hebrum

455 beslespontiaco *P*, bethlespontiaco *F* 456 maroeteca *F* 458 ad M^1 conapo *C* 460 carinas *in ras.* P^1 461 diffusem *F* ptolaimaida *P*, tholomaide *F* 463 divitem *M* 464 diutis C^a, divites *M* spernere belles F^a, spernere rebelles F^b, sperne labores *P* 465 triumphus *M* 466 lageam sirpem P^a, lageam stirpem P^b, laiam (iam *expunct.*) stirpem lageam *F* 467 explum *P* hisdem *MF* 468 fortuna *M* 469 nec peo *P* 470 vestro *F* 471 septimplicis *C*, sempteplicis *M*, septemplici *P* 472 rapit *F* 474 suebus M^a] suevus M^bTC, sevus *P*, suevis *F* 475 getha *F* alanus *M* 476 bellonotus *MF* 477 Pirustes *Wilamowitz* moscus *M*, monscius *F* 478 post aliquas *P* tuas] tuasque *F* 479 tanaicus *M* 482 servia M^a ille *F* 483 alioque *F* 484 diversis si stipabant C^a 485 nuper] nub M^a 486 retulit *codd.* 487 r. *sup.* dominis C^b, dominus *FP* carent *F* 488 plectandas *F* surgerit P^a, suggeret *M* 489 retractans C^a 490 bisthonides *MTCP* 491 tebanis *sup.* ogygiis C^b strimonos *MP*, strymonis *C*, strimonis *F* armis *M* 493 autibus *P*, cotibus *M* hismarus *MCP*

Digitized by Google

dat somno vaga turba, simul lassata quiescunt
495 orgia et ad biforem reboat nec tibia flatum;
vix requies, iam ponte ligant, rotat enthea thyrsum
Bassaris et maculis Erythraeae nebridos horrens
excitat Odrysios ad marcida tympana mystas.
tu tamen hanc differs poenam, sed sanguinis auctor
500 maioris, dum parcis, eras. non pertulit ultra
hoc pro te plus cauta manus vestrumque pudorem
sprevit pro vobis; primi cadit hostia belli,
quisque rebellis erat. praedam quoque dividis illis,
mens devota quibus fuerat: quae territa servit
505 exemplo, gaudet pretio. Pharsalica Caesar
arva petens subitas ferro compescuit iras:
sed sua membra secans et causae mole coactus
flevit quos perimit: vestris haec proficit armis
seditio; quodcumque iubes, nisi barbarus audit,
510 hinc cadit, ut miles timeat. iam tempore brumae
Alpes marmoreas atque occurrentia iuncto
saxa polo rupesque vitri siccamque minantes
per scopulos pluviam primus pede carpis et idem
lubrica praemisso firmas vestigia conto.
515 coeperat ad rupis medium quae maxima turba est
interno squalere gelu, quod colle supino
artatis conclusa viis reptare rigenti
non poterat revoluta solo: fors unus ab illo
agmine, canentem cuius rota triverat Histrum,
520 exclamat: 'gladios malo et sollemne quieta
quod frigus de morte venit; mea torpor inerti
membra rigore ligat, quodam mihi corpus adustum
frigoris igne perit. sequimur sine fine labori
instantem iuvenem; quisquis fortissimus ille est
525 aut rex aut populus, castris modo clausus aprica
vel sub pelle iacet; nos anni vertimus usum.
quod iubet hic, lex rebus erit; non flectitur umquam
a coeptis damnumque putat, si temporis iras
vel per damna timet. qua dicam gente creatum,
530 quem Scytha non patior? cuius lac tigridis infans
Hyrcana sub rupe bibit? quae sustulit istum
axe meo gravior tellus? en vertice summo
algentes cogit turmas ac frigora ridet,
dum solus plus mente calet. cum classica regis
535 Arctoi sequerer, Romani principis arma

495 orgyra *F* abdifore *M* roboat *P* 496 sponte *T* iam fronde ligans *Mommsen*, campos relegunt *Buecheler, dubitanter uterque* entha *T* 498 odrysius *M* marcia *C* mixtas *P*, missas *F* 499 han *P* defers *M* 500 parces *M* perculit *F* 501 manus] mat M^a 504 meu *M* quibus *bis* M^a 505 farsalica *TCFP*, parsalliga *M* 508 perimit] feriit *M* 509 quoscumque *F* 510 hinc *M*] hic *TCFP* 511 marmoreas *F* occurentia *P* 512 mutantes *F* 514 lubricam C^a 516 interno *P* squalore *F*, scalere *P* 518 ab illo] apollo M^a 520 gladius mallo *M* 521 frius *P* 522 quondam *TCP* 526 vel sub pellere *F*, Gel sup pelle *P* iacet nos anni] nos anni nos *F* vertimur *C* 527 erat *M* 528 acceptis *C* 531 ictum *F* 532 meo *bis* T^a 533 algentis *C*, augentis *P* turbas *M*

Digitized by Google

Caesareumque larem luxu torpere perenni
audieram: dominos nil prodest isse priores,
si rex hic quoque fortis erat.' maiora parantem
dicere de scopulo verbis accendis amaris:
'quisquis es, oppositi metuis qui lubrica clivi,
frange cutem pendentis aquae scalptoque fluento
sit tibi lympha gradus. turpes depone querelas:
otia frigus habent. numquid mihi membra biformis
Hylaei natura dedit? num Pegasus alis
adiuvit quicquid gradior pennasque volanti
dat Calais Zetusque mihi, quem ninguida cernis
calcantem iam dorsa iugi? vos frigora frangunt,
vos Alpes? iam iam studeam pensare pruinas:
aestatem sub Syrte dabo.' sic agmina voce
erigis exemploque levas; primusque labores
aggrederis quoscumque iubes; tum cetera paret
turba libens, servit propriis cum legibus auctor.
Qui tibi praeterea comites quantusque magister
militiae, vestrum post vos qui compulit agmen,
sed non invitum? dignus, cui cederet uni
Sulla acie, genio Fabius, pietate Metellus,
Appius eloquio, vi Fulvius, arte Camillus.
si praefecturae quantus moderetur honorem
vir quaeras, tendit patulos qua Gallia fines,
vix habuit mores similes, cui teste senatu
in se etiam tractum commiserat Vlpius ensem.
qui dictat modo iura Getis, sub iudice vestro
pellitus ravum praeconem suscipit hostis.
quid loquar hic illum, qui scrinia sacra gubernat,
qui, cum civilis dispenset partis habenas,
sustinet armati curas, interprete sub quo
flectitur ad vestras gens effera condiciones?
quid laudare Petrum parvis, temeraria Clio,
viribus aggrederis? cuius dignatur ab ore
Caesar in orbe loqui, licet et quaestore diserto
polleat: attamen hic nuper, placidissime princeps,
obside percepto nostrae de moenibus urbis
visceribus miseris insertum depulit ensem.
et quia lassatis nimium spes unica rebus
venisti, nostris, petimus, succurre ruinis,
Lugdunumque tuam, dum praeteris, aspice victor:
otia post nimios poscit te fracta labores.
cui pacem das, reddo animum: lassata iuvenci

536 cesareum qua *P* laxem *F* torpore *M* 537 isse] desse *M* 538 sic *F* hi *M* ou erit? parente *M* 539 scupolo *M* 541 scaltoque fluento *M*, scalptoque caltoe T^a 543 ñquid et 544 ñ *T* 546 mihi] suas *M* cernis] terris *P* 547 aalcantem *C* 548 pruinas *vulgo*: ruinas *codd.* 551 quoscuque *P* 553 masister *P* 554 contulit *P* 555 digñ *F* 556 sylla *C*, silla *MTFP* 557 fulvis *P* 558 quantum *P* 560 moris similis *M* 563 raucum *T* suspicit *MT* hospes *M* 565 civiles *M* dispensat *F* pacis *T* 566 interpetre *P* 570 deserto *M*, di•er•o C^a *(in marg. repetiit* diserto C^b*)* 571 actamen *F* 573 ensem] hostem MT^aC^a 576 ludunamque P^a, lucdunamque P^b 578 qui *C*

Digitized by Google

cervix deposito melius post sulcat aratro
580 telluris glaebam solidae. bove, fruge, colono,
civibus exhausta est. stantis fortuna latebat:
dum capitur, vae quanta fuit! post gaudia, princeps,
delectat meminisse mali. populatibus, igni
etsi concidimus, veniens tamen omnia tecum
585 restituis: fuimus vestri quia causa triumphi,
ipsa ruina placet. cum victor scandere currum
incipies crinemque sacrum tibi more priorum
nectet muralis, vallaris, civica laurus
et regum aspicient Capitolia fulva catenas,
590 cum vesties Romam spoliis, cum divite cera
pinges Cinyfii captiva mapalia Bocchi,
ipse per obstantes populos raucosque fragores
praecedam et tenui, sicut nunc, carmine dicam
te geminas Syrtes, Alpes te, te mare magnum,
595 te freta, te Libycas pariter domuisse catervas,
ante tamen vicisse mihi. quod lumina flectis
quodque serenato miseros iam respicis ore,
exultare libet: memini, cum parcere velles,
hic tibi vultus erat; mitis dat signa venustas.
600 annue: sic vestris respiret Byrsa trophaeis,
sic Parthus certum fugiat Maurusque timore
albus eat; sic Susa tremant positisque pharetris
exarmata tuum circumstent Bactra tribunal.

VI.

PRAEFATIO PANEGYRICI DICTI AVITO AUGUSTO.

Pallados armisonae festum dum cantibus ortum
personat Hismario Thracia vate chelys,
et dum Mopsopium stipantur per Marathonem
qui steterant fluvii quaeque cucurrit humus,
5 dulcisonum quatitur fidibus dum pectine murmur,
has perhibent laudes laude probasse deam:
"diva, Gigantei fudit quam tempore belli
armatus partus vertice dividuo,
quam neque Deliacis peperit Latona sub antris,
10 fixura errantem Cyclada pignoribus,

582 carpitur *P* princes *P* 583 populantibus *P* 584 conoidimus *M* mecum M^a 585 fumus *C* 587 incipiens *M* crimenque T^a, crinenque T^b 589 regnum *M* capitalia P^a 590 vestes *MP*, vestis T^a 591 pingues *F* cynifii *TCFP* (affric̄ *sup. scr.* C^b), cyniphii *M* 592 furores M^a 593 praecidam *M* 594 Syrtes, Alpes te *Wilamowitz*: alpes te syrtes *codd.* 597 quod *C* 598 velis *M* 599 mittit *C* vetustas M^a 600 respicere birsa *M* 601 parthum F^a 602 erat C^1 fusa *T* 603 bacta *P* *Subscriptionem om. TF et duobus vers. vac. C*; PANIGERICVS MAIORIANI EXPLICIT *P*; EXPL. ITE INCIPIT PANIGERICI EDITIO SCRIPTA AD PRISCV VALERIANV PFATVRIV Q DIX SOCERO SVO ROME *subscr. in M, in quo sequitur carm. VIII; hic* PFATIO INCIP *M* PREFATIO PANIGERICI AD AVITV T^c Incipit eiusdem panigerici tertii praefatio quem dixit socero suo rome *F* 2 celebs *M*, clesis *F* 4 steterat *P* 5 dulcissonum *P* 8 dividio *M*, dimidio *F* 9 delicias *M*, delicis *F* peperisse *M* latrona *P*

Digitized by Google

nec quae Cadmeis pariens Alciden in oris
suspendit triplici nocte puerperium,
nec cuius pluvio turris madefacta metallo est,
cum matrem impleret filius aurigena:
sed te, cum trepidum spectaret Flegra Tonantem,
impulit excussam vertice ruptus apex;
cumque deos solae traherent in proelia vires,
confusum valde te sine robur erat:
protulit ut mox te patrius, Sapientia, vertex,
tum mage vicerunt, te cum habuere dei.
te propter cessit, manibus constructa tremendis,
iam prope per rutilum machina tensa polum.
Pindus, Othrys, Pholoe dextris cecidere Gigantum,
decidit et Rhoeti iam gravis Ossa manu.
sternitur Aegaeon, Briareus, Ephialta Mimasque,
Arctoas sueti lambere calce rotas.
Enceladus patri iacuit fratrique Typhoeus:
Euboicam hic rupem sustinet, hic Siculam."
hinc sese ad totam genetricem transtulit Orpheus
et docuit chordas dicere Calliopam.
assurrexerunt Musae sub laude sororis
et placuit divae carmine plus pietas.
quod si maternas laudes cantasse favori est
nec valeo priscas aequiperare fides,
publicus hic pater est, vovi cui carmen, Avitus:
materia est maior, si mihi Musa minor.

VII.

PANEGYRICUS.

Phoebe, peragrato tandem visurus in orbe
quem possis perferre parem, da lumina caelo:
sufficit hic terris. nec se iam signifer astris
iactet, Marmaricus quem vertice conterit Atlans:
sidera sunt isti. quae sicut mersa nitescunt,
adversis sic Roma micat, cui fixus ab ortu
ordo fuit crevisse malis. modo principe surget
consule; nempe, patres, collatos cernere fasces
vos iuvat et sociam sceptris mandasse curulem:
credite, plus dabitis: currus. iam necte bifrontes,
anceps Iane, comas duplicique accingere lauro.

---

11 cathmeis *F* alcidan *C*[a] horis *codd.* 12 puerperum *P* 13 madefacto *P* 15 tonantum *M* 16 expulsam *F* 17 salae *MP*, aliae *C* viris *M*[b] 18 te *om. C* 19 vertet *M*[a] 20 tu *M* cum te *MTP* 23 poloe *M* 25 efialta *MTP* minasque *CF* 26 ausi *vel* nisi *malim* 27 tiphoeus *MTP*, triphoeus *C*, tyheus *F* 28 eboicam *M*[a] 29 sese] esse *M* genitri... *P*[a] 30 decuit *MTFP* cordas *MTC*, chordias *P* discere *F* 34 aequiperasse *C*[1] 35 novi *CP* 36 musa michi *C*[a] *Subscriptum* Explicit prefacio. Incipit panigericus *in C*; INCIP PANIGERICVS *in P*; INCIP PANYGERICVS *in M*; INCIPIT PANAGERICV (PANIG. *T*[b]) AD AVITV *T*, Incipit panagincus tertius *F* 1 urbe *M* 2 praeferre *F*, perficere *M* pare *T* 4 contit *F* athlas *M*, atlas *T*[b], athlans *F* 5 mersa *sic T* 7 surgit *M* 8 callatos *F*

Digitized by Google

principis anterior, iam consulis iste coruscat
annus, et emerita trabeis diademata crescunt.
incassum iam, Musa, paves, quod propulit Auster
vela ratis nostrae; pelago quia currere famae
coepimus, en sidus, quod nos per caerula servet.
Forte pater superum prospexit ab aethere terras:
ecce viget quodcumque videt; mundum reparasse
aspexisse fuit; solus fovet omnia nutus.
iamque ut conveniant superi, Tegeaticus Arcas
nunc plantis, nunc fronte volat; vix contigit arva:
et toto descendit avo. mare, terra vel aer
indigenas misere deos. germane Tonantis,
prime venis, viridi qui Dorida findere curru
suetus in attonita spargis cito terga serenum;
umentes Nymphas Forcus comitatur ibique
glaucus, Glauce, venis, vatum et certissime Proteu,
certus eras. longo veniunt post ordine divi:
pampineus Liber, Mars trux, Tirynthius hirtus,
nuda Venus, fecunda Ceres, pharetrata Diana,
Iuno gravis, prudens Pallas, turrita Cybebe,
Saturnus profugus, vaga Cynthia, Phoebus ephebus,
Pan pavidus, Fauni rigidi, Satyri petulantes.
convenere etiam caelum virtute tenentes:
Castor equo, Pollux caestu, Perseius harpe,
fulmine Vulcanus, Tiphys rate, gente Quirinus.
quis canat hic aulam caeli, rutilantia cuius
ipsa pavimentum sunt sidera? iam pater aureo
tranquillus sese solio locat, inde priores
consedere dei (fluviis quoque contigit illo,
sed senibus, residere loco, tibi, maxime fluctu
Eridane et flavis in pocula fracte Sicambris,
Rhene tumens Scythiaeque vagis equitate catervis
Hister et ignotum plus notus, Nile, per ortum):
cum procul erecta caeli de parte trahebat
pigros Roma gradus, curvato cernua collo
ora ferens; pendent crines de vertice, tecti
pulvere, non galea, clipeusque inpingitur aegris
gressibus, et pondus, non terror fertur in hasta.
utque pii genibus primum est adfusa Tonantis,
"testor, sancte parens", inquit, "te numen et illud,
quicquid Roma fui: summo satis obruta fato

12 principes C^1 13 *om.* *M* 14 protulit *M* 16 en T^a *et iterum* en *sup. scr.* T^b per *om.* *F* 18 videret *F* 20 tegeticus *codd.* archas *codd.;* ales *Bitschofsky* 21 fronde *TCFP* 22 discendit *P* 23 indinenas *P* deo *M* 24 *om.* *F* dorica *C* cursu *P*, curvo M^1, curro M^2 25 suetos *M* antonita *P* 26 furcus *M* ubique F^a 27 et *om.* *F* protheu *codd.* 28 longuo *T* din *F* 31 cybebes *P*, cybeles *F*, cibeles *C*, cybeles *T*, cibele *M* 32 phebe-phebusque *M* 34 etiam *om.* T^a 35 equi *M* *sic codd., sed* arpe *TCFP;* Pollux caestu, Danaeius harpe *Wilamowitz*, caestu Polluces, Perseus harpe *Leo* 36 flumine *F* 39 solio *om.* *F* 42 heridano *MCF*, heridiano *P* 43 equite *M* 44 note plus *Leo* 45 erect M^a 46 curvata *F* 47 pindent *P* crines *om.* *M* 48 vulvere *P*, vulnere *TF* inpigitur *P* 50 piis *T* 51 nomen *M* 52 roma] nomen M^a fuit C^a

Digitized by Google

invideo abiectis: pondus non sustinet ampli
culminis arta domus nec fulmen vallibus instat.
55 quid, rogo, bis seno mihi vulture Tuscus aruspex
portendit? iaciens primae cur moenia genti
ominibus iam celsa fui, dum collis Etrusci
fundamenta iugis aperis mihi, Romule pauper?
plus gladio secura fui, cum turbine iuncto
60 me Rutulus, Veiens, pariterque Auruncus et Aequus,
Hernicus et Volscus premerent. sat magna videbar
et tibi, dum rumpit vitiatum femina ferro
corpus et ad castum remeas, pudor erute, vulnus.
iam cum vallatam socio me clausit Etrusco
65 Tarquinius: pro Muci ignes! pro Coclitis undae!
pro dolor! hic quonam est, qui sub mea iura redegit
Samnitem Gurges? Volsci qui terga cecidit,
Marcius et, Senones fundens, dictator et exul?
Fabricii vitam vellem, mortes Deciorum,
70 vel sic vincentem vel sic victos: mea redde
principia. heu! quo nunc pompae ditesque triumphi
et pauper consul? Libycum mea terruit axem
cuspis et infido posui iuga tertia Poeno.
Indorum Ganges, Colchorum Phasis, Araxes
75 Armeniae, Ger Aethiopum Tanaisque Getarum
Thybrinum tremuere meum. me Teutone iuncto
quondam fracte subis Cimber, gladiisque gravatas
ante manus solas iussi portare catenas.
vae mihi! qualis eram, cum per mea iussa iuberent
80 Sulla, Asiagenes, Curius, Paulus, Pompeius
Tigrani, Antiocho, Pyrrho, Perseo, Mithridati
pacem, regna, fugam, vectigal, vincla, venenum.
Sauromatem taceo ac Moschum solitosque cruentum
lac potare Getas ac pocula tingere venis
85 vel, cum diffugiunt, fugiendos tum mage Persas.
nec terras dixisse sat est: fulgentibus armis
tot maria intravi duce te longeque remotas
sole sub occiduo gentes. victricia Caesar
signa Caledonios transvexit ad usque Britannos:
90 fuderit et quamquam Scotum et cum Saxone Pictum,
hostes quaesivit, quem iam natura vetabat
quaerere plus homines. vidit te frangere Leucas,

---

54 nec fulmen *Sirmondus*: nec flumen *C*, fulmen nec *F*, flumen nec *MTP* 55 arcuspex *P* 57 dum collis *usque ad v. 59* secura fui *om. P* etrussi *F* 60 rutilus *F* vegens *TFCP*, veniens *M* 61 hernicius C^a 62 rupit *TF* ferrum C^a 63 aucaustum *M* 64 tum *M* 65 mucii CP^2, m•cii P^1, mutii *TF* co•litis C^a 66 ecquonam *Wilamowitz* 67 sannitem *T* et gurges *CPF* vosci M^a 68 ditator M^a 70 si victos *T*, si victus *M* 72 lybitum *P* 74 phassis *P* araxis *MCP* 75 Armeniae, Gir (Ger *Mohr*) *Sirmondus*: armentaeger *M*, armeniae tagus (thagus *F*) *TCF*, armeniae tagus *P* 76 thibrinum *MCP (cf. Verg. Aen. XII, 35)* meruere *M* 77 fracti *M* 80 silla *codd. fort.* Asiatogenes; Asiagenetes *Sirmondus* 81 anthioco *MT* pirro *MFCP*, pyrro *T* Perseo *scripsi;* perso *CPTF*, perse *M* mitridati *MTP* 83 sauromatam *T* ac moscum *TCP*, asmoscum *F* 84 a. p. t. venenis *P*, ac tingnere tela venenis *T* 85 fugiedos tum P^a, fugiendus tu *M* 87 deduce *P* 89 calidonias C^a, calidonios C^bF, calidonio *M*, calinodios *PT* 90 scottum *MF*, schotum C^a, schottum C^bP 92 quaerere] quae *M*

Digitized by Google

trux Auguste, Pharon, dum classicus Actia miles
stagna quatit profugisque bibax Antonius armis
incestam vacuat patrio Ptolomaida regno.
cumque prius stricto quererer de cardine mundi,
nec limes nunc ipsa mihi. plus, summe deorum,
sum iusto tibi visa potens, quod Parthicus ultro
restituit mea signa Sapor positoque tiara
funera Crassorum flevit, dum purgat. et hinc iam,
pro dolor! excusso populi iure atque senatus,
quod timui, incurri; sum tota in principe, tota
principis, et fio lacerum de Caesare regnum,
quae quondam regina fui; Capreasque Tiberi
et caligas Gai Claudi censura secuta est
et vir morte Nero; tristi Pisone verendum
Galbam sternis, Otho, speculo qui pulcher haberi
dum captas, ego turpis eram; mihi foeda Vitelli
intulit ingluvies ventrem, qui tempore parvo
regnans sero perit; lassam post inclitus armis
Vespasianus habet, Titus hinc, post hunc quoque frater:
post quem tranquillus vix me mihi reddere Nerva
coepit, adoptivo factus de Caesare maior:
Vlpius inde venit, quo formidata Sicambris
Agrippina fuit, fortis, pius, integer, acer.
talem capta precor. Traianum nescio si quis
aequiperet, ni fors iterum tu, Gallia, mittas
qui vincat.' lacrimae vocem clausere precantis,
et quicquid superest, luctus rogat. undique caeli
assurgunt proceres, Mars, Cypris, Romulus et qui
auctores tibi, Roma, dei; iam mitior ipsa
flectitur atque iras veteres Saturnia donat.
Iuppiter ista refert: 'Fatum quo cuncta reguntur
quoque ego, non licuit frangi. sat celsa laborant
semper, et elatas nostro de munere vires
invidit Fortuna sibi; sed concipe magnos,
quamquam fracta, animos. si te Porsenna soluto
plus timuit de ponte fremens, si moenia capta
mox Brenni videre fugam, si denique dirum
Hannibalem iuncto terrae caelique tumultu
reppulimus (cum castra tuis iam proxima muris
starent, Collina fulmen pro turre cucurrit,
atque illic iterum timuit natura paventem
post Flegram pugnare Iovem): torpentia tolle

---

93 faron *M*, sparon *T* classius *F* 94 bibas *F* 95 tolomaida *M* 96 quererer stricto *C* carmine *MT*ᵃ 97 nec] sum *C* 99 sapor *M (cf. 2, 457)*; pavor *CPTF* 100 fluit *M* pugnat *M* 102 summota *M* in *om.* *T*ᵃ 103 principiis *M* 104 tiberii *CF*, tyberii *PT* 105 gaii claudii *CPTF* 108 ergo *P* vitellii *CPT*ᵇ*F*, intellii *T*ᵃ 110 periit *CPTF* post inclitus *in ras.* *P*ᵇ 111 vespatianus *P* hunc *om.* *M* 114 qua *M* 115 aggrippina *C*, agripina *T* 117 aequiperet] equis ē *M*¹ tua gallia mittat *F* 118 precantes *CP*, precantem *F* 122 ira *M* saturna *F* 124 frangere *C* sac *M*¹ 126 fortuna *M*: natura *CPTF* 127 quamquam] postquam *M* fractos *C*ᵃ prosinna *M* 128 fremens *M*: tremens *CPTF* 130 amnibalem *M* terrae • *C*¹ 132 flumen *M* 133 parentem *Mommsen* 134 pugnante *F*

Digitized by Google

135 lumina, detersam mentem caligo relinquat.
te mirum est vinci; incipies cum vincere, mirum
non erit. utque tibi pateat quo surgere tandem
fessa modo possis, paucis, cognosce, docebo.
Est mihi, quae Latio se sanguine tollit alumnam,
140 tellus clara viris, cui non dedit optima quondam
rerum opifex natura parem; fecundus ab urbe
pollet ager, primo qui vix proscissus aratro
semina tarda sitit vel luxuriante iuvenco
arcana exponit piceam pinguedine glaebam.
145 assurrexit huic, coxit quod torridus Auster.
Niliacum Libycumque solum, collataque semper
arida Mygdoniae damnarunt Gargara falces;
Apulus et Calaber cessit. spes unica rerum,
hanc, Arverne, colens nulli pede cedis in armis,
150 quosvis vincis equo. testis mihi Caesaris esto
hic nimium fortuna pavens, cum colle repulsus
Gergoviae castris miles vix restitit ipsis.
hos ego tam fortes volui, sed cedere Avitum
dum tibi, Roma, paro, rutilat cui maxima dudum
155 stemmata complexum germen, palmata cucurrit
per proavos, gentisque suae te teste, Philagri,
patricius resplendet apex. sed portio quanta est
haec laudum, laudare patres, quos quippe curules
et praefecturas constat debere nepoti?
160 sint alii, per quos se postuma iactet origo,
et priscum titulis numeret genus alter: Avite,
nobilitas tu solus avos. libet edere tanti
gesta viri et primam paucis percurrere vitam.
Solverat in partum generosa puerpera casti
165 ventris onus; manifesta dedi mox signa futuri
principis ac totam fausto trepidi patris aulam
implevi augurio, licet idem grandia nati
culparet fata et pueri iam regna videret.
sed sibi commissum tanto sub pignore cernens
170 mundi depositum, ne quid tibi, Roma, periret,
iuvit fortunam studio. lactantia primum
membra dedit nivibus, glaciemque irrumpere plantis
iussit et attritas parvum ridere pruinas.
surgentes animi Musis formantur et illo
175 quo Cicerone tonas; didicit quoque facta tuorum
ante ducum; didicit pugnas libroque relegit

135 demersam *Wilamowitz* 137—600 *om. P* 137 peteat *M* 138 nessa *F* 139 se *om. F*[a] 140 optimo *F* 141 oppi pax *M* ab urbe] *fort.* abunde 142 tollet *F* procissus *C*, processus *MF* 143 femina *F* 144 exposcit *TC*[1], expuit *M* 145 turridus *M*[1], turgidus *M*[2] 147 migdonis *TF* garrula *M*[a] fauces *T* 148 appulus *M* 150 caeris *M* 152 gergoniae *T*, tergoviae *F* 153 Nos *C* 155 palmate *M* 156 te teste] testiste *M* filagri *TFC* 157 apex *om. M* 159 dedere *M* 160 sint *F*] sunt *MTC* 162 tui *C* libet.. *C*[a] 164 puepera *M*[a] 165 neutris onus *F*, venftrisono *M*[1] 166 actutum *MTF* aulam *om. M* 167 gnati *M* 168 facta *C* 172 nubibus *M* irrepere *Sirmondus* 173 primum *T* 174 surgentis *M* animi musis] animosis *M*

Digitized by Google

quae gereret campo. primus vix coeperat esse
ex infante puer, rabidam cum forte cruentis
rictibus atque escas ieiuna fauce parantem
160 plus catulis stravit (fuerant nam fragmina propter)
arrepta de caute lupam, fractusque molari
dissiluit vertex et saxum vulnere sedit.
sic meus Alcides, Nemeae dum saltibus errat,
occurrit monstro vacuus, non robora portans,
165 non pharetras; stetit ira fremens atque hoste propinquo
consuluit solos virtus decepta lacertos.
parva quidem, dicenda tamen: quis promptior isto
tensa catenati summittere colla Molossi,
et lustris recubare feras, interprete nare
170 discere non visas et in aere quaerere plantas?
iam si forte suem latratibus improbus Vmber
terruit, albentes nigro sub gutture lunas
frangere ludus erat colluctantique lacerto
vasta per adversas venabula cogere praedas.
175 quam pulchrum, cum forte domum post lustra revertens
horrore splenderet apri virtusque repugnans
proderet invitum per fortia facta pudorem!
sic Pandionii castae Tritonidos arvis
Hippolytus roseo sudum radiabat ab ore.
180 sed simili, gemino flagrans cum Cressa furore
transiit affectu matres et fraude novercas.
quid volucrum studium, dat quas natura rapaces
in vulgus prope cognatum? quis doctior isto
instituit varias per nubila iungere lites?
185 alite vincit aves, celerique per aethera plausu
hoc nulli melius pugnator militat unguis.
nec minus haec inter civilia iura secutus
eligitur primus, iuvenis, solus, mala fractae
alliget ut patriae poscatque informe recidi
190 vectigal. procerum tum forte potentior illic,
post etiam princeps, Constantius omnis praestat,
indole defixus tanta et miratus in annis
parvis grande bonum vel in ore precantis ephebi
verba senis. ducis hinc pugnas et foedera regum
195 pandere, Roma, libet. variis incussa procellis
bellorum regi Getico tua Gallia pacis
pignora iussa dare est, inter quae nobilis obses

177 q. g.] quaereret *M* primus om. *T*ᵃ quae gereret campo primus. vix *Buecheler* esese ut vid. *M*ᵃ
178 rapidam *M* cluentis *M* 179 rettibus *M* 181 arreptam *MT* 182 dissiliit *M* sasum *M*
sedet *M* 185 fremens *Buecheler (coni. A. L. 881. 35 R.) et Wilamowitz*: tremens *M*ᵇ*TCFP*, potens *M*ᵃ
hoste om. *M* 186 consuluit *M* solus *M* lacertus *M* 191 suum *M* imber *C* 192 lunae *M*
193 confluctantique *F* 194 figere *T* 195 reverteni *M* 197 invictum *T*ᵃ*F* 198 pandionii *T*ᵃ,
pandionus *F* tridonidos *F* 199 roseus udum *M* 200 simula *C*, simul a *Sirmondus* congressa *M*
sed simul, a, gemino conflagrans *Cr. f. Leo* 201 novercae *M* 202 rapacis *M* 205 ceteri-
que *M*ᵃ aera lapsu *F* 208 male *M*ᵃ 209 alligit *M* 211 princes *M*ᵃ constancius *TC*
212 et om. *M* 213 in ore peccantis *F*, increpitantes *M* 214 dulcis *M* foedere *F* rerum *TFC*
216 paucis *M* 217 inter] in *M*

Digitized by Google

tu, Theodore, venis, quem pro pietate propinqui
expetis in media pelliti principis aula
220 tutus, Avite, fide; probat hoc iam Theudoris altum
exemplum officii. res mira et digna relatu,
quod fueris blandus, regi placuisse feroci.
hinc te paulatim praelibat sensibus imis
atque animis: vult esse suum; sed spernis amicum
225 plus quam Romanum gerere. stupet ille repulsam
et plus inde places. rigidum sic, Pyrrhe, videbas
Fabricium, ingestas animo cum divite fugit
pauper opes, regem temnens, dum supplice censu
pignus amicitiae vili mendicat ab auro.
230 Aetium interea, Scythico quia saepe duello est
edoctus, sequeris; qui, quamquam celsus in armis,
nil sine te gessit, cum plurima tute sine illo.
nam post Iuthungos et Norica bella subacto
victor Vindelico Belgam, Burgundio quem trux
235 presserat, absolvit iunctus tibi. vincitur illic
cursu Herulus, Chunus iaculis Francusque natatu,
Sauromata clipeo, Salius pede, falce Gelonus,
vulnere vel si quis plangit, cui flesse feriri est
ac ferro perarasse genas vultuque minaci
240 rubra cicatricum vestigia defodisse.
Illustri iam tum donatur celsus honore.
squameus et rutilis etiamnunc livida cristis
ora gerens vix arma domum sordentia castris
rettulerat: nova bella iterum pugnamque sub ipsis
245 iam patriae muris periturus commovet hostis.
Litorius Scythicos equites tum forte subacto
celsus Aremorico Geticum rapiebat in agmen
per terras, Arverne, tuas, qui proxima quaeque
discursu, flammis, ferro, feritate, rapinis
250 delebant, pacis fallentes nomen inane.
huius tum famulum quidam truculentior horum,
mox feriende, feris; ruit ille et tristia fata
commendat domino absenti partemque futuram
vindictae moriens Stygium spe portat ad amnem.
255 et iam fama viro turres portasque tuenti
intuitu pavidae plebis perfert scelus actum.
excutitur, restat, pallet, rubet, alget et ardet,
ac sibimet multas vultum variata per unum
ira facit facies, vel, qui mos saepe dolenti.

---

218 spietate *F* 220 theodoris *CM*, theodorus *TF* 223 praelibrat *M* 226 sic pyrre *TC*, sic pirre *F*, syrrae *M* 230 aethium *codd.* intereta *C*, interra *T*, intergas *M* scithica *C* qui *TFC* est *om. M* 231 celsis *M* 232 tute *Lucianus Mueller;* tu *codd.* 233 iuthiungos *M*, inuthungos *F*, *om. spat. vac. T* 235 sibi *M* 236 ch∘unus C^1, cunus M^a 238 feriri C^aF] perire MTC^b 240 ci∘∘∘∘icum C^a 241 cum *C* 243 vir *C* squalentia T^b 244 retulerat *CM*, extulerat *T* 245 moris *M* periurus *Wilamowitz* 246 littorius *C*, lithorius *MTF* cithicus *M* 247 arem.] aremore coti *M*, aremorco *T* 248 peruerras *C* arverie *F* 252 feres *M* tristitia *M* facta *C* 253 *fort.* futurae 254 annem *T* 255 forma C^a 258 carista *codd.* 259 mos] modo *M*

260 plus amat extinctum; tandem prorumpit et arma,
arma fremit, pinguisque etiamnum sanguine fertur
lorica, obtusus per barbara vulnera contus
atque sub assiduis dentatus caedibus ensis.
includit suras ocreis capitique micantem
265 imponit galeam, fulvus cui crescit in altum
conus et iratam iaculatur vertice lucem.
et iam scandit equum vulsisque a cardine portis
emicat; adsistunt socio Virtusque Dolorque
et Pudor: armatas pilo petit impiger alas
270 pugnando pugnam quaerens, pavidumque per agmen
multorum interitu compensat quod latet unus.
sic Phrygium Emathia victorem cuspide poscens
Aeacides caeso luctum frenavit amico
per mortes tot, Troia, tuas, iam vilia per se
275 agmina contentus ruere, strictumque per amplos
exercere gladium populos; natat obruta tellus
sanguine, dumque hebetat turba grave caedua telum,
absens in cuncto sibi vulnere iam cadit Hector.
proditus ut tandem tanti qui causa tumultus,
280 inquit Avitus: "Age, Scythica nutrite sub arcto
qui furis et caeso tantum qui fidis inermi,
congredere armato. multum tibi praestitit ira
iam mea: concessi pugnam iubeoque resistas;
certantem mactasse iuvat." sic fatur et aequor
285 prosilit in medium, nec non ferus advenit hostis.
ut primum pectus vel comminus ora tulere,
hic ira tremit, ille metu. iam cetera turba
diversis trepidat votis variosque per ictus
pendet ab eventu. sed postquam prima, secunda
290 tertiaque acta rota est, venit ecce et celsa cruentum
perforat hasta virum, post et confinia dorsi
cedit transfosso ruptus bis pectore thorax.
et dum per duplicem sanguis singultat hiatum,
dividua ancipitem carpserunt vulnera vitam.
295 Haec post gesta viri (temet, Styx livida, testor)
intemerata mihi praefectus iura regebat:
et caput hoc sibimet solitis defessa ruinis
Gallia suscipiens Getica pallebat ab ira.
nil prece, nil pretio, nil milite fractus agebat
300 Aetius; capto terrarum damna patebant
Litorio; in Rhodanum proprios producere fines

---

261 pinguisque *om. C*[a] etiamnunc *TF* 262 lorica et obt. *MTC* 263 sub] ab *MT* ensibus *ut vid. C*[a] 264 ocrei *M* 265 imponet *M* fusus *M* 266 chunus *M* lumen *M*[a] 268 socium *F; fort.* sociae virque *M* 271 interitum *M* 272 frigidum *F* 273 acacides *F* 274 per vilia iam se *Leo*, p. v. i. sic *Buecheler* 275 amplas *M* 277 habitat *M* 278 cadet *M* 280 sthyca *M*, stygia *T* acto *M*, arto *T* 281 tantam *F* 282 multo *M* 284 certamen *M* fatus *T* 289 pendit *M* 290 t. a.] tertia quarta *M* cruentum] trementem *T*[a] 291 post *culgo*] postque *TFC*, que *M* 292 transfossa *M* bis ruptus *T* 294 dividuam ancipiti *M* vulnere *M* 295 liquida *CM* 297 defixa *MTF* 298 pellebat *T* ara *M*[a] 300 aethius *TFC* 301 litborio *C* rodanum *M*

Digitized by Google

Theudoridae fixum, nec erat pugnare necesse,
sed migrare Getis. rabidam trux asperat iram
victor; quod sensit Scythicum pro moenibus hostem,
305 imputat; et nil est gravius, si forsitan umquam
vincere contingat, trepido. postquam undique nullum
praesidium ducibusque tuis nil, Roma, relictum est,
foedus, Avite, novas: saevum tua pagina regem
lecta domat; iussisse sat est te quod rogat orbis.
310 credent hoc umquam gentes populique futuri?
littera Romani caesat quod, barbare, vincis.
iura igitur rexit; namque hoc quoque par fuit, ut tum
assertor fieret legum qui nunc erit auctor,
ne dandus populis princeps, caput, induperator,
315 Caesar et Augustus solum fera proelia nosset.
Iam praefecturae perfunctus culmine tandem
se dederat ruri (numquam tamen otia, numquam
desidia imbellis: studiumque et cura quieto
armorum semper): subito cum rupta tumultu
320 barbaries totas in te transfuderat arctos,
Gallia. pugnacem Rugum comitante Gelono
Gepida trux sequitur; Scyrum Burgundio cogit:
Chunus, Bellonotus, Neurus, Bastarna, Toringus,
Bructerus, ulvosa vel quem Nicer alluit unda,
325 prorumpit Francus; cecidit cito secta bipenni
Hercynia in lintres et Rhenum texuit alno;
et iam terrificis diffuderat Attila turmis
in campos se, Belga, tuos. vix liquerat Alpes
Aetius, tenue et rarum sine milite ducens
330 robur in auxiliis, Geticum male credulus agmen
incassum propriis praesumens adfore castris.
nuntius at postquam ductorem perculit, Hunos
iam prope contemptum propriis in sedibus hostem
expectare Getas, versat vagus omnia secum
335 consilia et mentem curarum fluctibus urget.
tandem nutanti sedit sententia celsum
exorare virum, collectisque omnibus una
principibus coram supplex sic talibus infit:
"orbis, Avite, salus, cui non nova gloria nunc est,
340 quod rogat Aetius; voluisti, et non nocet hostis:
vis: prodest. inclusa tenes tot milia nutu,
et populis Geticis sola est tua gratia limes:
infensi semper nobis pacem tibi praestant.
victrices, i, prome aquilas: fac, optime, Chunos,

---

302 theodoridae *TFC*, theodori *M* 304 hoste *M* 306 nullam *M* 309 secta *C*[1] est te] estie *M* 310 futura *M* 312 hocque par *M* cum *vel* cum *C* 313 assertor fieret legum *T*] fieret assertor legum *MFC* 314 induperator *vulgo;* imperatorque *CMT*, imperiumque *F* 320 tota *M* 322 Zepida *codd.* Scyrum *Sirmondus;* scorum *TC*, socorum *F*, serum *M* 323 bellonothus *MF* neurum *F* bastharna *T* thoringus *MT*, thogingus *F* 324 vel quem *Wilamowitz:* quem vel *codd.* 326 alvo *F* 329 aethius *TC* et *om. M* dicens *M*[a] 331 aelphore *F* 332 honos *M* 333 contentos *M* 334 expectara *M*[a] 336 nutanti *M*: cunctanti *TFC* sedit *om. F* 337 exorasse *M* 338 si *F*[a] 340 aethius *TFC*, aetius *M* et *deleri iubet Wilamowitz* 341 i] et *ut vid. F*

Digitized by Google

quorum forte prior fuga nos concusserat olim,
bis victos prodesse mihi." sic fatur, et ille
pollicitus votum fecit spem. protinus inde
avolat et famulas in proelia concitat iras.
ibant pellitae post classica Romula turmae,
ad nomen currente Geta; timet aere vocari
dirutus, opprobrium, non damnum barbarus horrens,
hos ad bella trahit iam tum spes orbis Avitus,
vel iam privatus vel adhuc. sic cinnama busto
collis Erythraei portans Phoebeius ales
concitat omne avium vulgus; famulantia currunt
agmina, et angustus pennas non explicat aer.
Iam prope fata tui bis senas vulturis alas
complebant (scis namque tuos, scis, Roma, labores):
Aetium Placidus mactavit semivir amens.
vixque tuo impositum capiti diadema, Petroni:
ilico barbaries, nec non sibi capta videri
Roma Getis tellusque suo cessura furori.
raptores ceu forte lupi, quis nare sagaci
monstrat odor pinguem clausis ab ovilibus auram,
irritant acuuntque famem portantque rapinae
in vultu speciem, patulo ieiunia rictu
fallentes; iam iamque tener spe frangitur agnus,
atque absens avido crepitat iam praeda palato.
quin et Aremoricus piratam Saxona tractus
sperabat, cui pelle salum sulcare Britannum
ludus et assuto glaucum mare findere lembo.
Francus Germanum primum Belgamque secundum
sternebat, Rhenumque ferox, Alamanne, bibebas
Romani ripis et utroque superbus in agro
vel civis vel victor eras. sed perdita cernens
terrarum spatia princeps iam Maximus, unum
quod fuit in rebus, peditumque equitumque magistrum
te sibi, Avite, legit. collati rumor honoris
invenit agricolam, flexi dum forte ligonis
exercet dentes vel pando pronus aratro
vertit inexcoctam per pinguia iugera glaebam.
sic quondam ad patriae res fractas pauper arator,
Cincinnate, venis, veterem cum te induit uxor
ante boves trabeam dictatoremque salignae
excepere fores atque ad sua tecta ferentem
quod non persevit, turpique e fasce gravata
vile triumphalis portavit purpura semen.

---

348 avolat *cod. Helmstad.*; advolat *MTFC* prelio *C*, praemia *F* 349 clausica M^b 352 tum iam *C* 353 tam *M* 354 erythei *CF* pholbeius C^a 355 concitat omne] *sic in marg.* F^1, completbant *(prior* t *in* c *correcta vel invicem) in ras.* F^2 *cf. 358* avium vulgus] avum genus vulgus *F* 357 tibi M^a 358 completbant *F* 359 aethium *TC*, athium *F* placidius C^1F vactavit *M* amans *F*, ambos *M* 361 non *om. M* 364 clausam *C* 365 acuunque C^a, acuunt *F* 366 ritu *T* 367 pallentes *F* 368 crepitati am prae palato *M* 369 Cuin *C* pirata *M* 371 lidus *M* fundere *F* limbo *M* 373 alemanne *T* 374 Romanis *vulgo* utrumque *M*, antroque *F* 375 cives M^a, cuius *T* 376 unum] idem *T* 377 equitumque *om. C* 378 tibi *F* 386 permiscuit *M*, persecuit *F* et *M* 387 vide T^1

Digitized by Google

Vt primum ingesti pondus suscepit honoris,
legas qui veniam poscant, Alamanne, furori,
390 Saxonis incursus cessat, Chattumque palustri
alligat Albis aqua; vixque hoc ter menstrua totum
luna videt, iamque ad populos ac rura feroci
tenta Getae pertendit iter, qua pulsus ab aestu
Oceanus refluum spargit per culta Garumnam;
395 in flumen currente mari transcendit amarus
blanda fluenta latex, fluviique impacta per alveum
salsa peregrinum sibi navigat unda profundum.
hic iam disposito laxantes frena duello
Vesorum proceres raptim suspendit ab ira
400 rumor, succincto referens diplomate Avitum
iam Geticas intrare domos positaque parumper
mole magisterii legati iura subisse.
obstupuere duces pariter Scythicusque senatus
et timuere, suam pacem ne forte negaret.
405 sic rutilus Phaethonta levem cum carperet axis
iam pallente die flagrantique excita mundo
pax elementorum fureret vel sicca propinquus
saeviret per stagna vapor limusque sitiret
pulvereo ponti fundo, tunc unica Phoebi
410 insuetum clemens extinxit flamma calorem.
Hic aliquis tum forte Getes, dum falce recocta
ictibus informat saxoque cacuminat ensem,
iam promptus caluisse tubis, iam iamque frequenti
caede sepulturus terram non hoste sepulto,
415 claruit ut primum nomen venientis Aviti,
exclamat: "periit bellum, date rursus aratra.
otia si replico priscae bene nota quietis,
non semel iste mihi ferrum tulit. o pudor! o di!
tantum posse fidem! quid foedera lenta minaris,
420 in damnum mihi fide meum? compendia pacis
et praestare iubes nos et debere: quis umquam
crederet? en Getici reges, parere volentes,
inferius regnasse putant. nec dicere saltim
desidiae obtentu possum te proelia nolle:
425 pacem fortis amas. iam partes sternit Avitus:
insuper et Geticas praemissus continet iras
Messianus; adhuc mandasti, et ponimus arma.
quid restat, quod posse velis? quod non sumus hostes,
parva reor; prisco tu si mihi notus in actu es,
430 auxiliaris ero. vel sic pugnare licebit."

---

389 venia *M* 390 cessant *F* catthumque *C*, chatumque *T* 391 *om.* *F* aquas C^1 vix *Wilamowitz* to *M* 393 tanta *M* 394 garonnam *codd.* 399 versorum *C* proceris *M* 401 domus positamque *M* 403 optupuere *F* 404 negarent *M* 405 fetonta levem *M*, phoeton aleuum *C*, pheton leuum *T*, feton levum *F* carperet] peret *M* anxis *F* 407 propinquis *MF* 412 ferroque *T* 413 frementi M^a 416 periet *M* libellum *F* 418 dii *MFC* 422 regis p. volentis *M* 424 nulla M^a, nullae M^b 425 partis *M* 426 continet] temperat *T* 428 velas T^1 429 tu] quod *T*

Digitized by Google

Haec secum rigido Vesus dum corde volutat,
ventum in conspectum fuerat; rex atque magister
propter constiterant; hic vultu erectus, at ille
laetitia erubuit veniamque rubore poposcit.
post hinc germano regis, hinc rege retento
Palladiam implicitis manibus subiere Tolosam.
haud secus insertis ad pulvinaria palmis
Romulus et Tatius foedus iecere, parentum
cum ferro et rabidis cognato in Marte maritis
Hersilia inseruit Pallantis colle Sabinas.
Interea incautam furtivis Vandalus armis
te capit, infidoque tibi Burgundio ductu
extorquet trepidas mactandi principis iras.
heu facinus! in bella iterum quartosque labores
perfida Elisseae crudescunt classica Byrsae.
nutristis quod, fata, malum? conscenderat arces
Euandri Massyla phalanx montesque Quirini
Marmarici pressere pedes rursusque revexit
quae captiva dedit quondam stipendia Barce.
exilium patrum, plebis mala, principe caeso
captivum imperium ad Geticas rumor tulit aures.
luce nova veterum coetus de more Getarum
contrahitur; stat prisca annis viridisque senectus
consiliis; squalent vestes ac sordida macro
lintea pinguescunt tergo, nec tangere possunt
altatae suram pelles, ac poplite nudo
peronem pauper nodus suspendit equinum.
Postquam in consilium seniorum venit honora
pauperies pacisque simul rex verba poposcit,
dux ait: "optassem patriis securus in arvis
emeritam, fateor, semper fovisse quietem,
ex quo militiae post munia trina superbum
praefecturae apicem quarto iam culmine rexi.
sed dum me nostri princeps modo Maximus orbis,
ignarum, absentem, procerum per mille repulsas
ad lituos post iura vocat voluitque sonoris
praeconem mutare tubis, promptissimus istud
arripui officium, vos quo legatus adirem.
foedera prisca precor, quae nunc meus ille teneret,
iussissem si forte, senex, cui semper Avitum
sectari crevisse fuit, tractare solebam

---

431 secum] cum C^a dum vesus *F* 433 eructus *M* 435 g. r. h.] germanis hinc *M* 436 pallatiam *C* subicere *M*, subire *F* 437 h. s. i.] haud sertis *T* 438 iacere T^1 parentem *F* 439 morte *F* 440 Pallantis *vulgo;* palantis *M*, palantes *TC*, vagantes *mg.* C^b 441 incautum *TC*, incatum *F* uuandalus *CF* 442 burgundioque *F* 445 cludescunt *F* birsae *MTFC* 446 nutritis *TFC* o *sup.* fata T^2 447 euuandri *MC*, fuuandari *F* Massyla *vulgo;* massilla *MTC*, maxilla *F* 448 presere C^a 449 barchę *FC*, barche *MT* 451 ad *vulgo, om. codd.* 454 consilii *M* scalent *T* 456 a. suram *F*, alta caesuram *M* 457 pero nomen pauper nudus *M* 460 secuturus *M* 461 fuisse quietum *M* 463 culmen erexi *M* 465 melle *M* 466 post] per M^a 469 teneret] timet *F* 470 super *M*

Digitized by Google

res Geticas olim; scis te nescisse frequenter
quae suasi nisi facta. tamen fortuna priorem
abripuit genium; periit quodcumque merebar
475 cum genitore tuo. Narbonem tabe solutum
ambierat (tu parvus eras), trepidantia cingens
milia in infames iam iamque coegerat escas;
iam tristis propriae credebat defore praedae,
si clausus fortasse perit, cum nostra probavit
480 consilia et refugo laxavit moenia bello.
teque ipsum (sunt ecce senes) hoc pectore fultum
hae flentem tenuere manus, si forsitan altrix
te mihi, cum nolles, lactandum tolleret. ecce
advenio et prisci repeto modo pignus amoris.
485 si tibi nulla fides, nulla est reverentia patris,
i durus pacemque nega." prorumpit ab omni
murmur concilio fremitusque et proelia damnans
seditiosa ciet concordem turba tumultum.
tum rex effatur: "dudum, dux inclite, culpo
490 poscere te pacem nostram, cum cogere possis
servitium, trahere ac populos in bella sequaces.
ne, quaeso, invidiam patrio mihi nomine inuras:
quid mereor, si nulla iubes? suadere sub illo
quod poteras, modo velle sat est, solumque moratur,
495 quod cupias nescisse Getas. mihi Romula dudum
per te iura placent, parvumque ediscere iussit
ad tua verba pater, docili quo prisca Maronis
carmine molliret Scythicos mihi pagina mores;
iam pacem tum velle doces. sed percipe, quae sit
500 condicio obsequii: forsan rata pacta probabis.
testor, Roma, tuum nobis venerabile nomen
et socium de Marte genus (vel quicquid ab aevo,
nil te mundus habet melius, nil ipsa senatu),
me pacem servare tibi vel velle abolere
505 quae noster peccavit avus, quem fuscat id unum,
quod te, Roma, capit; sed di si vota secundant,
excidii veteris crimen purgare valebit
ultio praesentis, si tu, dux inclite, solum
Augusti subeas nomen. quid lumina flectis?
510 invitum plus esse decet. non cogimus istud,
sed contestamur: Romae sum te duce amicus,
principe te miles. regnum non praeripis ulli,
nec quisquam Latias Augustus possidet arces;
qua vacat, aula tua est. testor, non sufficit istud,
515 ne noceam; atque tuo hoc utinam diademate fiat,

473 ni *M* facta a M^a 474 arripuit *TC* 475 narbone *F* 476 tingens *F* 477 iamque] iam *F* 479 sic lausus *M* periit cum vestra *F* 481 fultum *TF*, fatum M^a, fotum M^b, *fortasse recte* 482 hae] te *F* flectem *M* forsin *M* 483 te] tunc *F* nolis *M* 487 consilio *T* fremitumque *M* 488 seditio saciet concorde *M* tuba *F* 491 ac] ad *F* 492 iniuras *M* 496 parvum quae dicere *M* 497 d. q.] docilico *C* 500 obs.] officii T^a 501 numen *vulgo* 502 morte M^a 506 dii *CF* secundent M^a 507 crimen veteris *T* 511 cumtestamur *T* s. t.] sumptae *C* 512 arripis *M* 515 tuo *om.* *T* hoc *om.* *M*

Digitized by Google

ut prosim! suadere meum est: nam Gallia si te
compulerit, quae iure potest, tibi pareat orbis,
ne pereat." dixit pariterque in verba petita
dat sanctam cum fratre fidem. discedis, Avite,
520 maestus, qui Gallos scires non posse latere
quid possint servire Getae te principe. namque
civibus ut patuit trepidis te foedera ferre,
occurrunt alacres ignaroque ante tribunal
sternunt; utque satis sibimet numerosa coisse
525 nobilitas visa est, quam saxa nivalia Cotti
despectant, variis nec non quam partibus ambit
Tyrrheni Rhenique liquor, vel longa Pyrenei
quam iuga ab Hispano seclusam iure cohercent,
aggreditur nimio curarum pondere tristem
530 gaudens turba virum. procerum tum maximus unus,
dignus qui patriae personam sumeret, infit:
"quam nos per varios dudum fortuna labores
principe sub puero laceris terat aspera rebus,
fors longum, dux magne, queri, cum quippe dolentum
535 maxima pars fueris, patriae dum vulnera lugens
sollicitudinibus vehementibus exagitaris.
has nobis inter clades ac funera mundi
mors vixisse fuit. sed dum per verba parentum
ignavas colimus leges sanctumque putamus
540 rem veterem per damna sequi, portavimus umbram
imperii, generis contenti ferre vetusti
et vitia ac solitam vestiri murice gentem
more magis quam iure pati. promptissima nuper
fulsit condicio, proprias qua Gallia vires
545 exereret, trepidam dum Maximus occupat urbem:
orbem sat potuit, si te sibi tota magistro
regna reformasset. quis nostrum Belgica rura,
litus Aremorici, Geticas quis moverit iras,
non latet: his tantis tibi cessimus, inclite, bellis.
550 nunc iam summa vocant; dubio sub tempore regnum
non regit ignavus. postponitur ambitus omnis,
ultima cum claros quaerunt: post damna Ticini
ac Trebiae trepidans raptim res publica venit
ad Fabium. Cannas celebres Varrone fugato
555 Scipiadumque etiam turgentem funere Poenum
Livius electus fregit. captivus, ut aiunt,
orbis in urbe iacet; princeps perit, hic caput omne

---

517 compulerat *T* 521 quod *Mohr* 522 Quibus *M* 524 numerasa *T*ᵃ 525 cottii *C*, coctii *T* 526 dispectant *M* 527 tyrreni rhenique *TC*, thirrenique *M* Pyrenei *Sirmondus;* perenei *C*ᵃ, pirinei *F*, pirenei *C*ᵇ, perinei *MT*; Pyrenes *Mohr* 531 patre *M* 532 laboris *M* 534 fors in longum *F* dux] dum *M* quippe *M*ᵃ 535 vulna lugen *M* 540 portabimus *M* 543 nuper] semper *F* 544 quae *M* gallica *F* 545 exercet *T* trepidum *C* 546 orbem sat potuit *Leo*] orbem ego sat potui *MC*, orbem immo potuit *TF* si te sibi tota *TF*: vite sibi pota *M*, mihi subdere teque *C*ᵇ, om. *C*ᵃ 547 reformasse *C* 548 moveret *M* 551 reget *M* abitus *T* 553 trepidas *M* 554 celebret *T*ᵃ varone *F* 557 orbe *M*

Digitized by Google

nunc habet imperium. petimus, conscende tribunal.
erige collapsos; non hoc modo tempora poscunt,
560 ut Romam plus alter amet. ne forte reare
te regno non esse parem: cum Brennica signa
Tarpeium premerent, scis, tum res publica nostra
tota Camillus erat, patriae qui debitus ultor
texit fumantes hostili strage favillas.
565 non tibi centurias aurum populare paravit,
nec modo venales numerosoque asse redemptae
concurrunt ad puncta tribus: suffragia mundi
nullus emit. pauper legeris; quod sufficit unum,
es meritis dives. patriae cur vota moraris,
570 quae iubet ut iubeas? haec est sententia cunctis:
si dominus fis, liber ero." fragor atria complet
Uierni, quo forte loco pia turba senatus
detulerat vim, vota, preces. locus, hora diesque
dicitur imperio felix, ac protinus illic
575 nobilium excubias gaudens sollertia mandat.
Tertia lux refugis Hyperiona fuderat astris;
concurrunt proceres, ac milite circumfuso
aggere composito statuunt ac torque coronant
castrensi maestum donantque insignia regni;
580 iam prius induerat solas de principe curas.
haud alio quondam vultu Tirynthius heros
pondera suscepit caeli simul atque novercae,
cum Libyca se rupe gigas subduceret et cum
tutior Herculeo sedisset machina dorso.
585 Hunc tibi, Roma, dedi, patulis dum Gallia campis
intonat Augustum plausu faustumque fragorem
portat in exsanguem Boreas iam fortior Austrum.
hic tibi restituet Libyen per vincula quarta,
et cuius solum amissas post saecula multa
590 Pannonias revocavit iter, iam credere promptum est,
quid faciat bellis. o quas tibi saepe iugabit
inflictis gentes aquilis, qui maxima regni
omina privatus fugit, cum forte vianti
excuteret praepes plebeium motus amictum!
595 laetior at tanto modo principe, prisca deorum,
Roma, parens, attolle genas ac turpe veternum
depone; en princeps faciet iuvenescere maior,
quam pueri fecere senem." finem pater ore
vix dederat: plausere dei fremitusque cucurrit

558 nun *F* 560 ne *vulgo;* nec *codd.;* neu *Leo* 561 regnones se M^1, regno esse M^2 breninca *F* 562 rempublica *M* 563 cum illoserat *M* 566 assere demptae *M* 567 tibus M^a 572 uierni *M*] thierni *CT*, tierni *F*; Ugerni *Sirmondus* porte locopta *M* 574 infelix M^1 *ut vid.* 576 yperiana T^a, yperiona T^bCF, ypiona *M* fugerat *F* 579 donantque] namque *M* 580 nam *Mohr* 583 tum *F* gigans *CP* 585 galla M^a 586 ettonat *M* plauti T^1 588 Libyen *vulgo;* libiem *MTC*, lybiem *F* 589 multa] tanta M^a 592 qui] quas *M* 593 omnia *MCF* fudit *Mommsen* 594 amictu *M* 595 tan.. C^1 (ton.. C^a), tantū *M* 597 et *M* 598 fi... C^1

690 concilio. felix tempus nevere sorores
imperiis, Auguste, tuis et consulis anno
fulva volubilibus duxerunt saecula pensis.

VIII.

AD PRISCUM VALERIANUM VIRUM PRAEFECTORIUM.

Prisce, decus semper nostrum, cui principe Avito
cognatum sociat purpura celsa genus,
ad tua cum nostrae currant examina nugae,
dico: "state, vagae; quo properatis? amat.
5 destrictus semper censor qui diligit extat;
dura fronte legit mollis amicitia.
nil totum prodest adiectum laudibus illud,
Vlpia quod rutilat porticus aere meo
vel quod adhuc populo simul et plaudente senatu
10 ad nostrum reboat concava Roma sophos."
respondent illae: "properabimus, ibimus, et nos
non retines: tanto iudice culpa placet.
cognitor hoc nullus melior; bene carmina pensat
contemptu tardo, iudicio celeri."
15 et quia non potui temeraria sistere verba,
hoc rogo, ne dubites lecta dicare rogo.

IX.

AD FELICEM.

Largam Sollius hanc Apollinaris
felici domino pioque fratri
dicit Sidonius suus salutem.

Dic, dic quod peto, Magne, dic, amabo.
5 Felix nomine, mente, honore, forma,
natis, coniuge, fratribus, parente,
germanis genitoris atque matris
et summo patruelium Camillo,
quid nugas temerarias amici,
10 sparsit quas tenerae iocus iuventae,

G. S. A. M. Sidonii panigericus finitur Socero suo rome dictus Edicio libelli scripta ad crispum valerianum virum praefectorium *C;* SOLLII APOLLINARIS SIDONII PANIGERIC' FINITVR SOCERO SVO ROMAE DICTVS. EDITIO LIBELLI SCRIPTA AD CRISPV VALERIANV VIRV PFECTORIV *P:* SOLL SYDONII PANIGERIC' FINITVR DICT' SOCERO SVO ROMAE *M de cuius inscr. vide post c. V;* EXPLICIT PANIGERIC' AVITO SOCERO SVO ROME DICT'. INCIPIT AD PRISCV̄ VALERIANV VIRV PREFECTORIV̄ *T* Explicit pang III'. Editio libelli dicta ad crispum valerium virum praefectorium *F* 1 principi *PT* 2 genas C^a 4 dic o state *M* 5 destrictus *Wilamowitz;* districtus *TCPF,* districtos *M* 6 forte *M* amicitiae M^a 7 totum *T*] votum *CPF,* vocum *M* illum *M, om. F* 9 et *om. C* senatu *in ras.* P^b 10 conca *F* 13 crimina *F* 14 cutem tu *M* celere P^a 16 hoc *M*] haec *TCPF* dictare C^1, ditare C^2 *hic finis codicis M* *vv. 1—3 ut inscriptiones a rubricatore in CF, maioribus litteris in P exarati, om. T* 1 largam] Gaius largam *C* 2 patri *F*

Digitized by Google

in formam redigi iubes libelli,
ingentem simul et repente fascem
conflari invidiae et perire chartam?
mandatis famulor, sed ante testor,
lector quas patieris hic salebras.
Non nos currimus aggerem vetustum
nec quicquam invenies, ubi priorum
antiquas terat orbitas Thalia.
non hic antipodas salumque rubrum,
non hic Memnonios canemus Indos
Aurorae face civica perustos;
non Artaxata, Susa, Bactra, Carrhas,
non coctam Babylona personabo,
quae largum fluvio patens alumno
inclusum bibit hinc et inde Tigrim,
non hic Assyriis Ninum priorem,
non Medis caput Arbacen profabor,
nec quam divite, cum refugit hostem,
arsit Sardanapallus in favilla.
non Cyrum Astyagis loquar nepotem,
nutritum ubere quem ferunt canino,
cuius non valuit rapacitatem
vel Lydi satiare gaza Croesi;
cuius nec feritas subacta tunc est,
caesis milibus ante cum ducentis
in vallis Scythicae coactus artum
orbatae ad Tomyris veniret utrem.
Non hic Cecropios leges triumphos,
vel si quo Marathon rubet duello,
aut, cum milia mille concitaret,
inflatum numerositate Xerxen,
atque hunc fluminibus satis profundis
confestim ebibitis adhuc sitisse;
nec non Thermopylas et Helles undas
spretis obicibus soli salique
insanis equitasse cum catervis
admissoque in Athon tumente ponto
iuxta frondiferae cacumen Alpis
scalptas classibus isse per cavernas.
Non prolem Garamantici Tonantis,
regnis principibusque principantem,
porrectas Asiae loquar paterno
actum fulmine pervolasse terras
et primum Darii tumultuantes

14 famulorum *C* 16 non] nos *F* 17 quisquam *C* 19 *om.* *P* rubrum *eras.* C^1 22 fasa *T* batra *PF* charras *codd* 23 coctum *T* babyloniam *F* 33 croes *T* 37 thomiris CPT^2, thamiris T^1F 41 xersen *T*, xerssen *F* 42 profundum *F* 44 tehrmopilas *C*, thermophylas *PT*, thermopilas *F* Helles *Luc. Mueller*; hellis *TCF*, helis *P* 45 opicibus *C* salisque *T* 48 caculmen P^1 49 clasibu *P* 51 regni *F* que *om.* *T* 52 prectas *P*, correctas *F*

55 praefectos satrapasque perculisse,
mox ipsum solio patrum superbum
cognatosque sibi deos crepantem
captis coniuge, liberis, parente
in casus hominis redire iussum:
60 qui cum maxima bella concitasset
tota et Persidis undique gregatae
uno constituisset arma campo,
hoc solum perhibetur assecutus,
dormire ut melius liberet hosti.
65 Non vectos Minyas loquente silva
dicam Phasiaco stetisse portu,
forma percita cum ducis Pelasgi
molliret rabidos virago tauros,
nec tum territa, cum suus colonus
70 post anguis domiti satos molares
armatas tremebundus inter herbas
florere in segetem stuperet hostem
et pugnantibus hinc et hinc aristis
supra belliferas madere glaebas
75 culmosos viridi cruore fratres.
Non hic terrigenam loquar cohortem
admixto mage vividam veneno,
cui praeter speciem modo carentem
angues corporibus voluminosis
80 alte squamea crura porrigentes
in vestigia fauce desinebant.
sic formae triplicis procax iuventus
tellurem pede proterens voraci
currebat capitum stupenda gressu
85 et, cum classica numinum sonabant,
mox contra tonitrus resibilante
audebat superos ciere planta.
nec Flegrae legis ampliata rura,
missi dum volitant per astra montes
90 Pindus, Pelion, Ossa, Olympus, Othrys
cum silvis, gregibus, feris, pruinis,
saxis, fontibus, oppidis levati
vibrantum spatiosiore dextra.
Non hic Herculis excolam labores,
95 cui sus, cerva, leo, gigas, Amazon,
hospes, taurus, Eryx, aves, Lycus, fur,
Nessus, Lips, iuga, poma, virgo, serpens,
Oete, Thraces equi, boves Hiberae,
luctator fluvius, canis triformis
100 portatusque polus polum dederunt.

---

57 deos sibi *T* 65 vectos *vulgo;* vescos *TCP*, vescas *F*: *an* priscos? silvas *P*¹ 67 percuta *P* 69 cu *C* 78 Qui *F* 80 altes qua mea *P* 83 vorcati *F* 84 currebant *P*ª 87 audiebat *P* 88 flere *C* 95 amason *F* 97 lyps *PF*, libs *TC* 98 Oete *scripsi;* oethae *C*, othe *P*, oethe *TF* thaces *P* hibere *F* 100 dedere *T*

Digitized by Google

Non hic Elida nobilem quadrigis
nec notam nimis amnis ex amore
versu prosequar, ut per ima ponti
Alpheus fluat atque transmarina
in fluctus cadat unda coniugales.
Non hic Tantaleam domum retexam,
qua mixtum Pelopea per parentem est
prolis facta soror novoque monstro
infamem genuit pater nepotem:
nil maestum hic canitur; nec esculentam
fletus pingimus ad dapem Thyestae,
fratris crimine qui miser voratis
vivum pignoribus fuit sepulcrum,
cum post has epulas repente flexis
Titan curribus occidens ad ortum
convivam fugeret, diem fugaret.
Nec Fryx pastor erit tibi legendus,
decrescens cui Dindymon reciso
fertur vertice texuisse classem,
cum iussu Veneris patrocinantis
terras Oebalias et hospitales
raptor depopulatus est Amyclas,
praedam trans pelagus petens sequacem.
sed nec Pergama nec decenne bellum
nec saevas Agamemnonis phalangas
nec periuria persequar Sinonis,
arx quo Palladio dicata signo
pellaci reserata proditore
portantem pedites equum recepit.
Non hic Maeoniae stilo Camenae
civis Dulichiique Thessaliique
virtutem sapientiamque narro,
quorum hic Peliaco putatur antro
venatu, fidibus, palaestra et herbis
sub Saturnigena scene institutus,
dum nunc lustra terens puer ferarum
passim per Pholoen iacet nivosam,
nunc praesepibus accubans amatis
dormit mollius in iuba magistri;
inde Scyriadum datus parenti
falsae nomina pertulisse Pyrrhae
atque inter tetricae choros Minervae
occultos Veneri rotasse thyrsos;
postremo ad Frygiae sonum rapinae

---

101 quadragis *F* 102 minus *CF* annis *T* 106 versus *C* 107 est *om.* *T* 108 prolix T^1 montro *C* 110 asculentam *P*, execrandam *Leo* 111 pangimus *vulgo*; fingimus *Buecheler* 115 occidens curribus *PT* 117 erat F^a 118 cui *om.* C^a 121 oebalios *F* 125 sem̄ T^a, senas T^b agamennonis *CPF* 127 dicato *C* 129 pedices *P* 131 cuius *F* 134 herba C^a 136 dura n. l. tenens pater f. *F* 137 poleon *C*, pholeon *F* 138 nec *ut vid.* C^1 presibus *P* 141 praetulisse *PT* 142 triacae *P* 143 tyssos *P*

Digitized by Google

145 tractus laudibus Hectoris trahendi.
ast illum, cui contigit paternam
quartum post Ithacam redire lustrum,
nec Zmyrnae satis explicat volumen.
nam quis continuare possit illos
150 quos terra et pelago tulit labores:
raptum Palladium, repertum Achillem,
captum praepetibus Dolona plantis
et Rhesi niveas prius quadrigas,
Xanthi quam biberent fluenta, tractas,
155 ereptam quoque quam deus patronus,
Filocteta, tibi dedit pharetram,
Aiacem Telamonium furentem,
quod sese ante rates agente causam
pugnacis tulit eloquens coronam,
160 vitatum hinc Polyphemon atque Circen
et Laestrygonii famem tyranni,
tum pomaria divitis, Calypso et
Sirenas pereuntibus placentes,
vitatas tenebras facemque Naupli
165 et Scyllae rabidum voracis inguen
vel Tauromenitana quos Charybdis
ructato scopulos cavat profundo?
Non divos specialibus faventes
agris, urbibus insulisque canto,
170 Saturnum Latio Iovemque Cretae
Iunonemque Samo Rhodoque Solem,
Hennae Persephonen, Minervam Hymetto,
Vulcanum Liparae, Papho Dionen,
Argis Persea, Lampsaco Priapum,
175 Thebis Euhion Ilioque Vestam,
Thymbrae Delion, Arcadem Lycaeo,
Martem Thracibus ac Scythis Dianam,
quos fecere deos dicata templa,
tus, sal, far, mola vel superfluarum
180 consecratio caerimoniarum.
Non cum Triptolemo verendam Eleusin,
qui primas populis dedere aristas
pastis Chaonium per ilicetum,
non Apin Mareoticum sonabo
185 ad Memphitica sistra concitari.
non dicam Lacedaemonos iuventam

145 fractus *C* 146 aut illum *T*, astilum *P* 148 ne *F* zminae *PT* 150 terrae *C* 151 captum *C* 152 delona *P* 153 rhensi nivetas *F* 154 xanti *T*, xaxcthi *PF*, xaxcti *C* 160 hic *P* poliphenon *C* circem *P* 161 lestrigo•• C^a, lestrigomi C^b famen *PF* 162 *distinxit Buecheler* (Calypsus *Sirmondus*) 163 pareuntibus *F* 164 faciemque *F* 165 rapidum *PTF* unguen *C* 166 tauromeritana P^a 170 iovenque *P* 172 Persephonen *scripsi;* persiphonen *T*, persiphonem *PF*, persifonen *C* hymeto *F*, himeto *CPT* 173 liape *F* Dionen *scripsi;* dionem *TPF*, didonem *C* 174 lamsaco *TC*, lansaco *P*, lapsaco *F* 181 treptolemo *codd.* 183 partis — illicetum *F* 184 sanabo *F* 186 lacedemonans *F*

Digitized by Google

unctas Tyndaridis dicasse luctas.
doctos quos patriis palen Therapnis
gymnas Bebrycii tremit theatri;
190 non sortes Lyciasque Caeritumque,
responsa aut Themidis priora Delphis,
nec quae fulmine Tuscus expiato
saeptum numina quaerit ad bidental;
nec quos Euganeum bibens Timavum
195 colle Antenoreo videbat augur
divos Thessalicam movere pugnam;
nec quos Amphiaraus et Melampus
* *
ex ipsis rapuit deos favillis
per templum male fluctuante flamma
200 gaudens lumine perdito Metellus.
non hic Cinyfius canetur Hammon
mitratum caput elevans harenis,
vix se post hecatombion litatum
suctus promere Syrtium barathro.
205 non hic Dindyma nec crepante buxo
Curetas Berecynthiam sonantes,
non Bacchum tricterica exerentem
describam et tremulas furore festo
ire in Bassaridas vel infulatos
210 aram ad turicremam rotare mystas.
Non hic Hesiodea pinguis Ascrae
spectes carmina Pindarique chordas;
non hic socciferi iocos Menandri,
non laesi Archilochi feros iambos,
215 vel plus Stesichori graves Camenas,
aut quod composuit puella Lesbis,
non quod Mantua contumax Homero
adiecit Latiaribus loquelis,
aequari sibimet subinde livens
220 busto Parthenopam Maroniano;
non quod post satiras epistularum
sermonumque sales novumque epodon,
libros carminis ac poeticam artem
Phoebi laudibus et vagae Dianae
225 conscriptis voluit sonare Flaccus;
non quod Papinius tuus meusque
inter Labdacios sonat furores
aut cum forte pedum minore rhythmo
pingit gemmea prata silvularum.

---

188 palen theramnis *CF*, palent heramnis *P*, palem theramnis *T* 189 gymnas *F* threatri *T* 190 consortes *C* 194 timamam *P* *post v. 197 aliquot versus desunt, quorum ultimus ab illo* nec quos *incipiebat* 201 ammon *P* 203 hecatonbion *TP*, hecatonbyon *CF* 205 hinc *C* digdima *P* 208 et *delere malim* 209 bassridas *P* 210 mixtas *T*, mirtas *F* 213 sociferi T^1F 214 archiloci *F* f∘ros C^1 215 ∘plus T^1 stersichori *C*, stresichori *P*, stersicori *F*, tersicori *T* 216 Lesbis *scripsi;* lesbi *codd.* 217 lyomero *F* 219 subinde sibimet C^a 220 ustho *C* parthenopen *T* marroniano *F* 221 post *Leo*] per *codd.* 225 *an* valuit? 226 paupinius *P*, pampinius *TF* 227 labdatias C^a

Digitized by Google

230 Non quod Corduba praepotens alumnis
facundum ciet hic putes legendum,
quorum unus colit hispidum Platona
incassumque suum monet Neronem,
orchestram quatit alter Euripidis,
235 pictum faecibus Aeschylon secutus
aut plaustris solitum sonare Thespin,
qui post pulpita trita sub cothurno
ducebant olidae marem capellae;
pugnam tertius ille Gallicani
240 dixit Caesaris, ut gener socerque
cognata impulerint in arma Romam,
tantum dans lacrimas suis Philippis,
ut credat Cremerae levem ruinam,
infra et censeat Alliam dolendam
245 ac Brenni in trutina Iovem redemptum,
postponat Trebiam gravesque Cannas,
stragem nec Trasimenicam loquatur,
fratres Scipiadas putet silendos,
quos Tartesiacus retentat orbis,
250 Eufraten taceat male appetitum,
Crassorum et madidas cruore Carrhas
vel quos, Spartace, consulum solebas
victrici gladios fugare sica,
ipsum nec fleat ille plus duellum,
255 quod post Cimbrica turbidus trophaea
et vinctum Nasamonium Iugurtham,
dum quaerit Mithridaticum triumphum,
Arpinas voluit movere Sullae.
Non Gaetulicus hic tibi legetur,
260 non Marsus, Pedo, Silius, Tibullus,
non quod Sulpiciae iocus Thaliae
scripsit blandiloquum suo Caleno,
non Persi rigor aut lepos Properti,
sed nec centimeter Terentianus.
265 non Lucilius hic Lucretiusque est,
non Turnus, Memor, Ennius, Catullus,
Stella et Septimius Petroniusque
aut mordax sine fine Martialis,
non qui tempore Caesaris secundi
270 aeterno incoluit Tomos reatu,
nec qui consimili deinde casu
ad vulgi tenuem strepentis auram
irati fuit histrionis exul,

---

231 putet *F* 234 archestram *C* eripidis *F* 235 fescibus *C*, ficibus *T* escylon *F* 237 pulmita *F* 240 vixit *F* 241 cognita *P* 245 ...iovem T^1 251 crasorum T^a charras *codd.* 252 sparthace *CPT* cumsulum *P* 253 fugar• C^1 sicca *codd.* 255 turgidus *Mohr* torphea *P* 256 vintum P^a; victum *Buecheler* 258 sillae *codd.* 260 Silius *vulgo*; silvius *codd.* 262 celeno *TCF*, çeleno *P* 263 persii *codd.* propertii *codd.* 264 centimer *T*, certimer *F* 265 est *delere malim* 267 stilla *CPF* septimus *P* 272 ad] aut *F*

Digitized by Google

non Pelusiaco satus Canopo,
qui ferruginei toros mariti
et Musa canit inferos superna,
nec qui iam patribus fuere nostris
primo tempore maximi sodales,
quorum unus Bonifatium secutus
nec non praecipitem Sebastianum
natales puer horruit Cadurcos
plus Pandionias amans Athenas;
cuius si varium legas poema,
tunc Phoebum vel Hyantias puellas
potata madidas ab Hippocrene,
tunc Amphiona filiumque Maiae,
tunc vatem Rhodopeium sonare
collato modulamine arbitreris.
Non tu hic nunc legeris tuumque fulmen,
o dignissime Quintianus alter,
spernens qui Ligurum solum et penates
mutato lare Gallias amasti,
inter classica, signa, pila, turmas
laudans Aetium vacansque libro,
in castris hederate laureatis.
sed nec tertius ille nunc legetur,
Baetin qui patrium semel relinquens
undosae petiit sitim Ravennae,
plosores cui fulgidam Quirites
et carus popularitate princeps
Traiano statuam foro locarunt.
Sed ne tu mihi comparare temptes,
quos multo minor ipse plus adoro,
Paulinum Ampeliumque Symmachumque,
Messalam ingenii satis profundi
et nulli modo Martium secundum,
dicendi arte nova parem vetustis
Petrum et cum loquitur nimis stupendum,
vel quem municipalibus poetis
praeponit bene Vilicum senatus,
nostrum aut quos retinet solum disertos,
dulcem Anthedion et mihi magistri
musas sat venerabiles Hoeni,
acrem Lampridium, catum Leonem
praestantemque tuba Severianum

274 peleusiaco T^a 276 canet F 277 quia iam F, quiam P 279 bonifacium CF, bonefacium T 280 sabastianum P 281 caduricos F 284 tunc *Mommsen*] tum TPF, cum C hiantias F, hiancas C^a, hiancias C^b, yantias T, yancias P 285 potata *scripsi;* potato *codd.* 286 tum P amfiona P, amphionia C, anphiona F magae C, miase P 289 nunc] non TF 290 quincianus C 292 muta tolerare Gallia P, mutatas tolerare gallias T 294 aethium CT, aetuum P 295 hederate laureatis *scripsi;* hedera ter laureatus TCF, edera ter laureatus P, hedera ter aureatus *vulgo* 297 Haetin PT quin T 302 teptes P 304 ampelyumque F, ampellium P simmachumque C, symachumque F, symacumque PT 308 conloquitur P 313 hoeni] heut PT 315 prestantumque P

et sic scribere non minus valentem,
Marcus Quintilianus ut solebat.
Nos valde sterilis modos Camenae
rarae credimus hos brevique chartae,
quae scombros merito piperque portet.
nam quisnam deus hoc dabit reiectae,
ut vel suscipiens bonos odores,
nardum ac pinguia Nicerotianis
quae fragrant alabastra tincta sucis,
Indo cinnamon ex rogo petitum,
quo Phoenix iuvenescit occidendo,
costum, malobathrum, rosas, amomum,
myrrham, tus, opobalsamumque servet?
quapropter facinus meum tuere
et condiscipuli tibi obsequentis
incautum precor asseras pudorem.
germanum tamen ante sed memento,
doctrinae columen, Probum advocare,
isti qui valet exarationi
destrictum bonus applicare theta.
novi sed bene, non refello culpam,
nec doctis placet impudens poeta;
sed nec turgida contumeliosi
lectoris nimium verebor ora,
si tamquam gravior severiorque
nostrae Terpsichores iocum refutans
rugato Cato tertius labello
narem rhinoceroticam minetur.
non te terreat hic nimis peritus;
verum si cupias probare, tanta
nullus scit, mihi crede, quanta nescit.

X.

PRAEFATIO EPITHALAMII RURICIO ET IBERIAE DICTI.

Flucticolae cum festa nurus Pagasaea per antra
rupe sub Emathia Pelion explicuit,
angustabat humum superum satis ampla supellex;
certabant gazis hinc polus, hinc pelagus;

---

317 valebat *T* 323 nicerocianis *P* 324 fragrant *vulgo*; flagrant *codd.* sucis] suos *T* 327 malobratrum *PT* 328 mirrhas *P*, myrras *T*, mirthas *F* 329 facimus *F* tueare *CP*, tuare *F* 330 nondiscipuli *F* obsequentes *C*[a] 334 exaratione *F* 335 districtum *codd.* tecta *P* 336 sed] sat *Wilamowitz* 337 ne *F* 341 tersicores *F*, thersicores *T*, thaersichores *P* 342 cato] tergo *F* tetricus *vulgo* 343 rinocheroticam *T*, rinocheronticam *CP*, rinoceronticam *F* 345 cupas *F* *Subscriptum* Excusatorium ad virum clarum felicem finitur Sidonii. Item incipit eiusdem praefatio epitalamii dicti Ruricio et hiberiae *in C*; SOLLI APOLLINARIS SIDONII EXCVSATORIA AD VIRV CLARV FELICEM FINITVR. IT INCIP EVDE EPITHALAMII DICTI RVRITIO & HIBERIÆ PF. *in P*; EIVSDE EPITALAMII PFACIO *in T*; Explicit epla excusatoria ad felicem. Incipit eiusdem praefacio epitalamii dicti Ruricio et hiberio *in F* 1 fluctiole *F* pegasea *F* p. a.] pantra *P* 3 sppellex *P* 4 certabunt *C*

Digitized by Google

5 ducebatque choros viridi prope tectus amictu
caeruleae pallae concolor ipse socer;
nympha quoque in thalamos veniens de gurgite nuda
vestiti coepit membra timere viri.
tum divum quicumque aderat terrore remoto
10 quo quis pollebat lusit in officio.
Iuppiter emisit tepidum sine pondere fulmen
et dixit: 'melius nunc Cytherea calet.'
Pollux tum caestu laudatus, Castor habenis,
Pallas tum cristis, Delia tum pharetris;
15 Alcides clava, Mavors tum lusit in hasta,
Arcas tum virga, nebride tum Bromius.
hic et Pipliadas induxerat optimus Orpheus
chordis, voce, manu, carminibus, calamis.
ambitiosus Hymen totas ibi contulit artes;
20 qui non ingenio, fors placuit genio.
fescennina tamen non sunt admissa, priusquam
intonuit solita noster Apollo lyra.

XI.

EPITHALAMIUM.

Inter Cyaneas, Ephyraea cacumina, cautes
qua super Idalium levat Orithyion in aethram
exesi sale montis apex, ubi forte vagantem,
dum fugit, et fixit trepidus Symplegada Tifys,
5 atque recurrentem ructatum ad rauca Maleam
exit in Isthmiacum pelagus claudentibus alis
saxorum de rupe sinus, quo saepe recessu
sic tamquam toto coeat de lumine caeli,
artatur collecta dies tremulasque per undas
10 insequitur secreta vadi, transmittitur alto
perfusus splendore latex miroque relatu
lympha bibit solem tenuique inserta fluento
perforat arenti radio lux sicca liquorem.
Profecit studio spatium; nam Lemnius illic
15 ceu templum lusit Veneri fulmenque relinquens
hic ferrugineus fumavit saepe Pyragmon.
hic lapis est, de quinque locis dans quinque colores,
Aethiopus, Frygius, Parius, Poenus, Lacedaemon,
purpureus, viridis, maculosus, eburnus et albus.

---

6 cumcolor *P* 10 quos quis *F* 12 citharea T^aF, citherea T^b valet *F* 13 pollus *P* cum *F* 14 ? tristis *F* 15 marvors C^a 16 bormius *P*, bromnus C^a 17 Pipliadas *scripsi;* pepliadas *codd.* 22 sonita n. appollo *F* Incipit epitalamium Buricio et hiberiae dictum *subscr. rubricator in C;* INCIPIT EPITALAMIV AD RVRICIV ET HIBERIAM DICTVM *T;* INCIPIT EPITHALAMIV *P:* Incipit epitalamium *F* *carminis initium obscuritate plenum* 1 ephinea *T* 2 orithion *codd.* 4 et fixit trepidus (tr. *sup. vers.*) *in ras., sup.* et *ser.* pro etiam T^1 sympleiada *C*, simpleiada *P*, simpleiaga *TF* 5 r. m.] aurica mala eam *F* *v. 5 ante v. 4 ponendum esse suspicatur Buecheler* 6 bithmiacum *TCF*, thithimiacum *P* 10 vadi] mali *F* 11 an mirumque? *(item Mohr)* 13 arati *P* licorem T^b, corem T^a 14 lempnius *TP*, lenius *F* 17 hi *P* 18 Aethiopus *Caleius:* Aethiops *TF*, Aethyops *CP*

Digitized by Google

20 postes chrysolithi fulvus diffulgurat ardor;
myrrhina, sardonyches, amethystus Hiberus, iaspis
Indus, Chalcidicus, Scythicus, beryllus, achates
attollunt duplices argenti cardine valvas,
per quas inclusi lucem vomit umbra smaragdi;
25 limina crassus onyx crustat propterque hyacinthi
caerula concordem faciunt in stagna colorem.
exterior non compta silex, sed prominet alte
asper ab assiduo lympharum verbere pumex.
interiore loco simulavit Mulciber auro
30 extantes late scopulos atque arte magistra
ingenti cultu naturae inculta fefellit,
huic operi insistens, quod necdum noverat illa
quae post Lemniacis damnavit furta catenis.
squameus huc Triton duplicis confinia dorsi
35 qua coeunt supra sinuamina tortilis alvi
inter aquas calido portabat corde Dionen.
sed premit adiecto radiantis pondere conchae
semiferi Galatea latus, quod pollice fixo
vellit, et occulto spondet conubia tactu.
40 tum gaudens torquente ioco subridet amator
vulnere iamque suam parcenti pistre flagellat.
pone subit turmis flagrantibus agmen Amorum;
hic cohibet delphina rosis, viridique iuvenco
hic vectus spretis pendet per cornua frenis;
45 hi stantes motu titubant plantaque madenti
labuntur firmantque pedum vestigia pennis.
illa recurvato demiserat ora lacerto
mollia; marcebant violae graviorque sopore
coeperat attritu florum descendere cervix.
50 solus de numero fratrum qui pulchrior ille est
deerat Amor, dum festa parat celeberrima Gallis,
quae socer Ommatius, magnorum maior avorum
patriciaeque nepos gentis, natae generoque
excolit auspiciis faustis. sed fulsit ut ille
55 forte dies, matrem celeri petit ipse volatu,
cuius fax, arcus, gorytus pendebat. at ille
cernuus et laevae pendens in margine palmae
libratos per inane pedes adverberat alis,
oscula sic matris carpens somnoque refusae
60 semisopora levi scalpebat lumina penna.
tum prior his alacer coepit: 'nova gaudia porto
felicis praedae, genetrix. calet ille superbus

---

20 potes *P* defulgurat *P* 21 hiaspis *P*, hiaspes *CTF* 23 valas *P* 24 smagragdi *P* 26 *an* iaciunt? calorem T^a 27 comptas *P* 29 loco] loco non *P* 32 hunc *PF*, nunc *T* 33 lenniacis *F* 36 callido *F* Dionen *scripsi*; dionem *codd.* 38 simiferi *PF* 41 flagella *F* 42 amoro C^a 45 madanti *F* 47 dimiserat *T* ore *F* 49 coepera *P* florium F^a 50 *suspiceris* illis, *sed cf. 22, 218* 51 celleberrima *P* 52 maior] maiorum P^1 54 fautis *P*, fantis *F* 55 ille *T* 56 cui *F*, *fort. recte* goritos *P*, corytus *C* *an* splendebat? fax arcus corytus [iners] pendebat *Leo* 57 magine *P* 58 liberatos permano *P*

Digitized by Google

Ruricius nostris facibus dulcique veneno
tactus votivum suspirat corde dolorem.
esset si praesens aetas, impenderet illi
Lemnias imperium, Cressa stamen labyrinthi,
Alceste vitam, Circe herbas, poma Calypso,
Scylla comas, Atalanta pedes, Medea furores,
Hippodame ceras, cygno Iove nata coronam;
huic Dido in ferrum, simul in suspendia Phyllis,
Euadne in flammas et Sestias isset in undas.'
His haec illa refert: 'Gaudemus, nate, rebellem
quod vincis laudasque virum; sed forma puellae est,
quam si spectasset quondam Stheneboeius heros,
non pro contemptu domuisset monstra Chimaerae;
Thermodontiaca vel qui genetrice superbus
sprevit Gnosiacae temeraria vota novercae,
hac visa occiderat, fateor, sed crimine vero;
et si iudicio forsan mihi quarta fuisset,
me quoque Rhoetea damnasset pastor in Ida;
'vincere' vel 'si optas, istam da, malo, puellam'
dixerat: hanc dederam formam pro munere formae:
tantus honor geniusque genis; collata rubori
pallida blatta latet depressaque lumine vultus
nigrescunt vincto bacarum fulgura collo.
te quoque multimodis ambisset, Hiberia, ludis
axe Pelops, cursu Hippomenes luctaque Achelous,
Aeneas bellis, spectatus Gorgone Perseus;
nec minor haec species, totiens cui Iuppiter esset
Delia, taurus, olor, satyrus, draco, fulmen et aurum.
quare age, iungantur; nam census, forma genusque
conveniunt: nil hic dispar tua fixit arundo.
sed quid vota moror?' dixit currumque poposcit,
cui dederant crystalla iugum, quae frigore primo,
orbis adhuc teneri glacies ubi Caucason auget,
strinxit Hyperboreis Tanaitica crusta pruinis
naturam sumens gemmae, quia perdidit undae.
perforat hanc fulvo formatus temo metallo;
miserat hoc fluvius, cuius sub gurgite Nymphae
Mygdonium fovere Midam, qui pauper in auro
ditavit versis Pactoli flumina votis.
splendet perspicuo radios rota margine cingens
Marmaricae de fauce ferae, dum belua curvis
dentibus excussis gemit exarmarier ora;

---

63 ruritius *CP* 64 Factus C^1 66 tamen T^1 laberynthi *codd.* 67 alcestem C^a, al te *spat. trium litt. vac. P* cerce *F* 68 athlatanta *F* 70 fellis *F* 71 euuanne *codd.* 73 quod et vincis C^a 74 quondam *in ras.* C^b 75 pro contu *P* Chimaerae *vulgo;* cietrae *PC*, cietre *TF* 78 nisa C^1 79 *an* [in] iudicio? 81 de *F* 82 dedaram *F* 85 pigrescunt *F* iuncto *C* baccharum *codd.* 87 achelos *P* 88 perseus] praesens *F* 89 totius *P* 90 caurus *P* 92 hinc *P* tua dispar *F* 94 Qui *ut vid.* C^1 95 glancies u. caucasor *F* 97 summens *C*, sumans *F* 98 periforat *P* *an* haec? 99 fluvis *P* 100 fodere C^a 101 pactolii *C* notis *F* 102 perspitno *P*, perspicue *C* 104 mentibus *F* excusis P^a

Digitized by Google

105 misit et hoc munus tepidas qui nudus Erythras,
concolor Aethiopi vel crinem pinguis amomo,
fluxus odoratis vexat venatibus Indus.
illa tamen pasci suetos per Cypron olores
vittata stringit myrto, quis cetera tensis
110 lactea puniceo sinuantur colla corallo.
Ergo iter aggressi: pendens rota sulcat inanem
aera et in liquido non solvitur orbita tractu.
hic triplex uno comitatur Gratia nexu,
hic redolet patulo Fortunae Copia cornu,
115 hic spargit calathis, sed flores Flora perennes,
hic Cererem Siculam Farius comitatur Osiris,
hic gravidos Pomona sinus pro tempore portat,
hic Pallas madidis venit inter prela trapetis,
hic distincta latus maculosa nebride Thyias
120 Indica Echionio Bromii rotat orgia thyrso,
hic et Sigeis specubus qui Dindyma ludit
iam sectus recalet Corybas, cui gutture ravo
ignem per bifores regemunt cava buxa cavernas.
Sic ventum ad thalamos: tus, nardum, balsama, myrrhae
125 hic sunt, hic Phoenix busti dat cinnama vivi.
proxima quin etiam festorum afflata calore
iam minus alget hiemps, speciemque tenentia vernam
hoc dant vota loco, quod non dant tempora mundo.
tum Paphie dextram iuvenis dextramque puellae
130 complectens paucis cecinit sollemnia dictis,
ne facerent vel verba moram: 'feliciter aevum
ducite concordes; sint nati sintque nepotes;
cernat et in proavo sibimet quod pronepos optet.'

XII.

AD V. C. CATVLLINVM.

Quid me, etsi valeam, parare carmen
Fescenninicolae iubes Diones
inter crinigeras situm catervas
et Germanica verba sustinentem,
5 laudantem tetrico subinde vultu

---

106 amommo *P* 107 indus] illud F^a 108 illi *P* solitos *T* cyprom colores *P* 109 vitata *P* 112 *fort.* volvitur tactu *P* 113 uno] tra uno *F* 114 copida *F* cornu] nexu *T* 115 folora P^a 116 comittaturos iris *P* 118 proelia P^a, praelia *F*, proela P^b 119 Thyias *scripsi;* thyas *T*, thias CP^bF, tias P^a 120 indicas *P* rota *F* 121 dunduma *F* 122 secus *P* corribas *F* guture *C* 123 biforas P^a 124 thalomos *P*, talamas *C* myrrhae *vulgo;* myrthae *CP*, mirthae *TF* 126 sectorum *F* 127 retinentia *F* 130 cecinis P^a 131 morem *F* 133 *om.* *F* pravo *P* EXPLICIT EPITALALAMIV̄ RVRICH et hiberiae . Epigramma ad v̄. c̄. catullinum quod propter hostilitatem barbarorum epitalamium scribere non valeret *subscr. rubr. in C;* SOLLII APOLLINARIS SIDONII EPITALAMIV FINITVR DICTV RVRITIO et hiberiae Epigramma ad VIRV CLARV CATVLLINV quod propter hostilitatem barbarorum epithalamium scribere non valeret *P;* Epitalamium finitur . Incipit epigramma ad cautulinum quod propter hostilitatem epitalamium scribere non potuit *F;* EIVSDEM EPIGRAMMA AD CATVLLINV̄ *T*

Digitized by Google

quod Burgundio cantat esculentus,
infundens acido comam butyro?
vis dicam tibi, quid poema frangat?
ex hoc barbaricis abacta plectris
spernit senipedem stilum Thalia,
ex quo septipedes videt patronos.
felices oculos tuos et aures
felicemque libet vocare nasum
cui non allia sordidaeque caepae
ructant mane novo decem apparatus,
quem non ut vetulum patris parentem
nutricisque virum die nec orto
tot tantique petunt simul gigantes,
quot vix Alcinoi culina ferret.
Sed iam Musa tacet tenetque habenas
paucis hendecasyllabis iocata,
ne quisquam satiram vel hos vocaret.

XIII.

AD IMPERATOREM MAIORIANVM.

Amphitryoniaden perhibet veneranda vetustas,
dum relevat terras, promeruisse polos.
sed licet in nuda torvus confregerit ulna
ille Cleonaeae guttura rauca ferae,
et quamquam ardenti gladio vix straverit hydram,
cum duplices pareret vulnere mors animas,
captivumque ferens silva ex Erymanthide monstrum
exarmata feri riserit ora suis,
collaque flammigenae disrumpens fumida furis
tandem directas iusserit ire boves,
taurus, cerva, Gigas, hospes, luctator, Amazon,
Thraex, canis, Hesperides sint monimenta viri,
nulla tamen fuso prior est Geryone pugna,
uni tergeminum cui tulit ille caput.
haec quondam Alcides; at tu Tirynthius alter,
sed princeps, magni maxima cura dei,

---

6 canta exculentus *F* 9 ho *P* pletris *P* 10 semipedem *F* 14 sepo *F* 18 gigantes simul C^a 21 *om.* *T* endecasillabis *CP*, endecassillabis *F* *Subscriptum* EXPLICIT . Item incipit eiusdem epigramma quo ab imperatore Maioriano trium capitum remedium postulavit *in* *C;* IT INCIP EPIGRAMA EIVSDE QVO AB IMPERATORE MAIORIANO TERTIVM CAPITVLV REMEDIVM POSTVLAVIT SIDONIVS . *in* *P:* Epigramma eiusdem quo a maioriano imperatore III capitum remedium expostulat *in* *F;* EPIGRAMMA EIVSDE AD MAIORIANV imperatorem *in* *T* 1 amphitrioniadem *F*, anphitrioniaden *T*, amphitrioniden *C*, anphitrioniden *P* venustas *C* 2 revelat *P* 3 sed *Mohr;* et *codd.* confregeret P^a 4 l nemeae *sup.* cleonene *C*, deoneae *T*, cleone *F* rava *PTF* leonis *sup.* ferae *C* 5 lerneam *sup.* hidram *C* 7 aprum *sup.* monstrum *C* 8 ex arminata *F* 9 caci *sup.* furis *C* 11 gigans *P* hostes *F* antheus busirides achelous hippolite *sup.* g. h. l. a. *C* 12 Thraex *scripsi;* grex *T*, cres *C*, crea *P*, cro *F* cerberus *sup.* canis *C* monumenta *P* 13 fusa *F* gireone *P* 14 c. t.] contulit *T* 15 achides *C* at] aut *F*

Digitized by Google

quem draco, cervus, aper paribus sensere sagittis,
cum dens, cum virus, cum fuga nil valuit,
Geryonen nos esse puta monstrumque tributum;
hinc capita, ut vivam, tu mihi tolle tria.

Has supplex famulus preces dicavit
responsum opperiens pium ac salubre.
ut reddas patriam simulque vitam
Lugdunum exonerans suis ruinis,
hoc te Sidonius tuus precatur:
sic te Sidonio recocta fuco
multos purpura vestiat per annos;
sic lustro imperii perennis acto
quinquennalia fascibus dicentur;
sic ripae duplicis tumore fracto
detonsus Vachalim bibat Sigamber.
quod si contuleris tuo poetae,
mandem perpetuis legenda fastis
quaecumque egregiis geris triumphis.
nam nunc Musa loquax tacet tributo.
quae pro Virgilio Terentioque
sextantes legit unciasque fisci,
Marsyaeque timet manum ac rudentem,
qui Phoebi ex odio vetustiore
nunc suspendia vatibus minatur.

XIV.

SIDONIUS POLEMIO SUO SALUTEM.

1 Dum post profectionem tuam, mi Polemi, frater amantissime, mecum granditer reputo, quatinus in votis tuis philosophi fescennina cantarem, obrepsit materia, qua decursa facile dinosci valet magis me doctrinae quam causae tuae habuisse rationem. omissa itaque epithalamii teneritudine per asperrimas philosophiae et salebrosissimas regiones stilum traxi; quarum talis ordo est, ut sine plurimis novis verbis, quae praefata pace reliquorum eloquentum specialiter tibi et Complatonicis tuis nota sunt, nugae
2 ipsae non valuerint expediri. videris, utrum aures quorundam per imperitiam temere mentionem centri, proportionis, diastematum, climatum vel myrarum epithalamio conducibilem non putent. illud certe consulari viro vere Magno, quaestorio viro Domnulo, spectabili viro Leone ducibus audacter affirmo, musicam et astrologiam, quae sunt

19 Geryonen *scripsi* (Geryones *Casellius*); hystriones *CP*, histriones *TF* nostrumque tributum *Wilamowitz; an* monstrumque triforme? 20 hinc *scripsi;* hic *codd.* *sup.* 21 *tit.* DE EODE ENDECASIL-LABI *T* 22 operiens *T* 25 h. t.] nocte *F* tuus *bis P* 28 lustrato *C* 29 quinquenalia *P* ditentur *C* 30 duplices C^a facto P^a 31 dentosus *P* sicamber *C* 32 tuoppoetae *P* 33 Tandem *CF* cartis *T* 34 egregius gens *F* 35 loqua ∘ C^a 37 sectantes CP^a legit vinciasque *F*, legis nuntiasque *P* fixi T^a 38 adcruentem C^a Incipit epla a Sidonio Polemio suo conscripta *C;* SOLLIVS SIDONIVS SIDONIVS POLEMIO SVO SALVTEM *P;* Sollius apollianis plemio Suo *F*, *inscr. om. spat. vac. T* 2 um PT^a, cum T^b 3 in votis philosophi *Wilamowitz;* in votis tuis philosophē *Buecheler* 4 valeret *C* habere *F* 6 regiones *Buecheler*] regulas *codd.* herbis *P* 8 temere *fort. delend.* 9 mirrarum *F*, mirarum *TPC* 10 putant *F* certe *in fine versus om. C* consolari F^a domnolo *TPF*

Digitized by Google

infra arithmeticam consequentia membra philosophiae, nullatenus posse sine hisce nominibus indicari; quae si quispiam ut Graeca, sicut sunt, et peregrina verba contempserit, noverit sibi aut super huiuscemodi artis mentione supersedendum aut nihil omnino se aut certe non ad assem Latiari lingua hinc posse disserere. quod si aliquis 3
5 secus atque assero rem se habere censuerit, do quidem absens obtrectatoribus manus; sed noverint sententiam meam discrepantia sentientis sine Marco Varrone, sine Sereno, non Septimio, sed Sammonico, sine Censorino, qui de die natali volumen illustre confecit, non posse damnari. lecturus es hic etiam novum verbum, id est essentiam; 4
sed scias hoc ipsum dixisse Ciceronem; nam essentiam nec non et indoloriam
10 nominavit, addens: 'licet enim novis rebus nova nomina imponere': et recte dixit. nam sicut ab eo quod est verbi gratia sapere et intellegere sapientiam et intellegentiam nominamus, regulariter et ab eo quod est esse essentiam non tacemus. igitur, quoniam tui amoris studio inductus homo Gallus scholae sophisticae intromisi materiam, vel te potissimum facti mei deprecatorem requiro. illi Venus vel Amorum
15 commenticia pigmenta tribuantur, cui defuerit sic posse laudari. vale.

PRAEFATIO EPITHALAMII POLEMIO ET ARANEOLAE DICTI.

Prosper conubio dies coruscat,
quem Clotho niveis benigna pensis,
albus quem picei lapillus Indi,
quem pacis simul arbor et iuventae
5 aeternumque virens oliva signet.
eia, Calliope, nitente palma
da sacri laticis loquacitatem,
quem fodit pede Pegasus volanti
cognato madidus iubam veneno.
10 non hic impietas, nec hanc puellam
donat mortibus ambitus procorum;
non hic Oenomai cruenta circo
audit pacta Pelops nec insequentem
pallens Hippomenes ad ima metae
15 tardat Schoenida ter cadente pomo;
non hic Herculeas videt palaestras
Aetola Calydon stupens ab arce,
cum cornu fluvii superbientis
Alcides premeret, subinde fessum
20 undoso refovens ab hoste pectus;
sed doctus iuvenis decensque virgo,
ortu culmina Galliae tenentes
iunguntur: cito, diva, necte chordas,

1 arythimiticam *P*, arithimeticam *F* 2 sicut sunt et peregrina *vulgo*; sicut et sunt peregrina *codd.* 3 aut semper *Buecheler* aut nichil *P*, ut nichil *C*, au nil *F* 4 laciali *T* linguam *F* hic *C* 5 assororem *PF* 6 discrepantiam *P* sentientis *Wilamowitz*; sentientes *codd.* serono non septimo *F* 7 sammonico *P* censorio *codd.* 8 es] est P^a 9 dixisse] dixit esse *F* 10 nova *om. F* imponeret *F* *v. Cic. frg. 16 p. 145 Bait.* 13 intromissi PT^1 15 despuerit *P* vale *om. codd.* *Subscr. atram.* EXPLICIT EPISTOLA, *tum a rubric.* Prefatio epitalamii dicti Polemio et Araneole *in C*; EXPLICIT EPLA. INCIP. EPITOLAMII DICTI PRAEFATIO POLLEMIO ET ARANEOLAE *P*; Incipit epitalamii dicti polemio et araneole praefacio *F*; *subscr. om. spat. vac. T* 2 lotho T^1 3 quam *F* 5 veterumque *F* 6 via c. n. palmam *F* 7 sacri *om. C* leticis locacitatem *P* 9 veno *F* 12 hic *om. P* cirno *PTF* 13 fudit *F* 14 una *F* crete *an* mete *dubium T* 17 aectola *F* 18 fluvi *PF* 19 alciades *P* fessi *T*

Digitized by Google

nec quod detonuit Camena maior,
nostram pauperiem silere cogas.
ad taedas Thetidis probante Phoebo
et Chiron cecinit minore plectro,
nec risit pia turba rusticantem,
quamvis saepe senex biformis illic
carmen rumperet hinniente cantu.

XV.

EPITHALAMIUM.

Forte procellosi remeans ex arce Caferei,
Phoebados Iliacae raptum satis ulta pudorem,
Pallas Erechtheo Xanthum mutabat Hymetto.
aurato micat aere caput, maiusque serenum
de terrore capit; posito nam fulmine necdum
Cinyphio Tritone truces hilaraverat artus.
Gorgo tenet pectus medium, factura videnti
et truncata moras; nitet insidiosa superbum
effigies vivitque anima pereunte venustas;
alta cerastarum spiris caput asperat atrum
congeries, torquet maculosa volumina mordax
crinis, et irati dant sibila taetra capilli.
squameus ad mediam thorax non pervenit alvum
post chalybem pendente peplo; tegit extima limbi
circite palla pedes, qui cum sub veste moventur,
crispato rigidae crepitant in syrmate rugae.
laevam parma tegit Flegraei plena tumultus:
hic rotat excussum vibrans in sidera Pindum
Enceladus, rabido fit missilis Ossa Typhoeo;
Porfyrion Pangaea rapit, Rhodopenque Adamastor
Strymonio cum fonte levat, veniensque superne
intorto calidum restinguit flumine fulmen;
hic Pallas Pallanta petit, cui Gorgone visa
invenit solidum iam lancea tarda cadaver;
hic Lemnon pro fratre Mimas contra aegida torquet
impulsumque quatit iaculabilis insula caelum;
plurimus hic Briareus populoso corpore pugnat,
cognatam portans aciem, cui vertice ab uno
cernas ramosis palmas fruticare lacertis.
nec species solas monstris, dedit arte furorem

---

24 maior] in maior *F* 26 thechidis *C* 27 menore P^{a} plectiro *F* INCIPIT EPITALAMIVM DICTV POLEMIO ET ARANEOLE *inscr. rubricator in C;* EPITALAMIVM INCIP *in P;* Incipit epitalamium *in F; subscr. ow. spat. vac. T* 1 orte T^{1}, sorte T^{2} remicans *F* cafyrei *CPT*, cafurei *F* 2 phoebado *P* paptum *P* 3 erictheo *C*, eryctoo *PT*, eriheo *F* himeto *codd.* 6 cyniphio $CT^{2}F$, cynphio *P*, cȳphio *T* hilaverat $C^{a}PT$ 11 maculasa *P* 12 camilli *F* 14 caliben *T* limi *PT*, liui *F* 19 rabido *scripsi;* rapido *codd.* misillis *F* 20 rothdopenque *P* damastor *TPF* 21 stymonio *P* fonte *vulgo;* forte *codd.* supernus *P* 22 callidum *F* fulmine *PT* 23 ∘ic C^{1} 24 lantea *P* 25 lemon *C* minas *F* 27 hic *P* 28 cognatu *P* 29 cernans *F* fructicare *PF*

Digitized by Google

Mulciber, atque ipsas timuit quas finxerat iras.
hastam dextra tenet, nuper quam valle Aracynthi
ipsa sibi posita Pallas protraxit oliva.
hoc steterat genio, super ut vestigia divae
35 labentes teneat Marathonia baca trapetas.
Hic duo templa micant; quorum supereminet unus
ut meritis, sic sede locus, qui continet alta
scrutantes ratione viros, quid machina caeli,
quid tellus, quid fossa maris, quid turbidus aer,
40 quid noctis lucisque vices, quid menstrua lunae
incrementa parent, totidem cur damna sequantur.
ilicet hic summi resident septem sapientes,
innumerabilium primordia philosophorum:
Thales Mileto genitus vadimonia damnat;
45 Lindie tu Cleobule iubes, modus optimus ut sit;
tu meditans totum decoras, Periandre, Corinthon;
Atticus inde Solon 'ne quid nimis' approbat unum;
Prienaee Bia, plures ais esse malignos;
tu Mytilene satus cognoscere, Pittace, tempus,
50 noscere sese ipsum, Chilon Spartane, docebas:
asserit hic Samius post docta silentia lustri
Pythagoras, solidum princeps quod musica mundum
temperet et certis concentum reddat ab astris,
signaque, zodiacus quae circulus axe supremo
55 terna quater retinet, proprio non currere motu,
aequis inter se spatiis tamen esse locata
fixaque signifero pariter quoque cernua ferri,
praecipuumque etiam septem vaga sidera cantum
hinc dare, perfectus numerus quod uterque habeatur,
60 hoc numero affirmans, hoc ordine cuncta rotari;
falciferi Cronon ire senis per summa polorum.
Martis contiguum medio Iove pergere sidus,
post hos iam quarto se flectere tramite Solem,
sic placidam Paphien servare diastema quintum,
65 Arcadium sexto, Lunam sic orbe supremo
ter denas tropico prope currere climate myras.
si quos ergo chelys, si quos lyra, tibia si quos
ediderint cum voce modos, exemplar ad istud
ponderibus positis, quantum proportio suadet,
70 intervalla sequi septeni sideris edit;
harmoniam dicens etiam, quod quattuor istis

31 fecerat *T* 32 qua vale *P* 33 positam *P* paulisper traxit *PT*, plausiper traxit *F* 34 super ut] super *PF*, supra *C*; supter *et v. 35 verbum quale* tingit *Wilamowitz* *post v. 35 quaedam intercidisse videntur* 39 turpidus P^a 42 illicet *P* 44 tales *TP*, talet *F* milete *codd.* 45 cleubole *CF*, cleobole *T*, cleibobe *P* 47 inde *bis* C^a 48 ebia *F* pluris *C* 49 mitilene *C*, miteleno *PF*, mytelene *T* satis C^a cognosce *P*, cognoscis *CF* 53 contemptum T^1 54 signoque zodaicus *F* 58 precipiumque *P* 59 hic *P* utique *P* 61 fisciferi *F* chronon *CPT*, zonam *Mohr (cl. Claud. 7, 168)* serus *F* summam *P* 62 perdere *F* 63 fletere *P* 64 hic *C* paphiem *F*, phaphien *P* diastoma *P* 65 sextum *F* 66 tar *P* 67 helis T^1, chelis $CPFT^2$ s. q.] sicos T^1 68 edederint *P* 70 intervallas *P* septena *F* sideres P^b, sideret P^a edit] inquit T^a 71 dicent F^a

Digitized by Google

sic sedeant elementa modis, ut pondere magnis
sit locus inferior; media tellure quod autem
perfecte medium est, imum patet esse rotundi:
hinc fieri, ut terram levior superemicet unda,
altior his quoque sit qui purior eminet aer,
omnia concludat caelum levitate suprema,
pendeat et totum simul hoc ab origine centri.
Thales hic etiam numeris perquirit et astris,
defectum ut Phoebi nec non Lunaeque laborem
nuntiet anterius; sed rebus inutile ponit
principium, dum credit aquis subsistere mundum.
huius discipuli versa est sententia dicens
principiis propriis semper res quasque creari,
singula qui quosdam fontes decernit habere
aeternum irriguos ac rerum semine plenos.
hunc etiam sequitur, qui gignere cuncta putabat
hunc aerem, pariterque deos sic autumat ortos.
quartus Anaxagoras Thaletica dogmata servat,
sed divinum animum sentit, qui fecerit orbem.
iunior huic iunctus residet collega, sed idem
materiam cunctis creaturis aera credens
iudicat inde deum, faceret quo cuncta, tulisse.
post hos Arcesilas divina mente paratam
conicit hanc molem, confectam partibus illis,
quas atomos vocat ipse leves. Socratica post hunc
secta micat, quae de naturae pondere migrans
ad mores hominum limandos transtulit usum.
hanc sectam perhibent summum excoluisse Platona,
sed triplici formasse modo, dum primus et unus
physica vel logico, logicum vel iungit ad ethos.
invenit hic princeps quid prima essentia distet
a summo sextoque bono, cum denique saxa
sint tantum penitusque nihil nisi esse probentur:
proxima succedant, quibus esse et vivere promptum est,
addere quis possis nil amplius, arbor et herba:
tertia sit pecorum, quorum esse et vivere motu
non caret et sensu; mortales quarta deinde
respiciat factura suos, quibus esse, moveri,
vivere cum sensu datur, et supereminet illud,
quod sapiunt veroque valent discernere falsum;
quinta creaturas superas substantia prodat,
quas quidam dixere deos, quia corpora sumant

---

73 media] modus *F* 74 unum *PF* 75 hic fieri *P* superemicit *F* 76 emicet P^a 78 origene *F* 79 tales *PT* 80 depectum P^a 81 inulile P^a ponit] fuit *F* 82 credita quis *P* 83 substantia T^a diens *F* 84 quascumque creavi *F* 85 quisdam *F* 88 hunc a.] aera, nos *Wilamowitz:* qui [immensum] gignere cuncta | aera ait *Leo, cf. Augustin. C. D. VIII, 2 Diels doxogr. 173* 89 quatus *P* anaxogoras *F* 91 hinc *F* c. a.] collegas *F* 93 fateret quocumque tulisse *F* 94 archesilas *CPF*, archesilaus *T (Archelaum debuit nominare, ut v. 89 Anaximenea, non Thaletica dogmata. Leo)* patratam *C* 99 hec *P* 100 fortasse T^1 103 sectoque *PF* 104 sintantum *P* nisi id, esse, *Leo* 105 succedent *F* 106 arbore *TPF* 110 consensu *P*

Digitized by Google

contemplanda homini, paulo post ipsa relinquant
115 inque suam redeant, si qua est tenuissima, formam:
sic fieri, ut pateat substantia summa creator,
sexta tamen supraque nihil sed cuncta sub ipso;
hoc in gymnasio Polemi Sapientia vitam
excolit adiunctamque suo fovet ipsa Platoni;
120 obviet et quamquam totis Academia sectis
atque neget verum, veris hunc laudibus ornat.
Stoica post istos, sed concordantibus ipsis,
Chrysippus Zenonque docent praecepta tenere.
exclusi prope iam Cynici, sed limine restant:
125 ast Epicureos eliminat undique virtus.
At parte ex alia textrino prima Minervae
palla Iovis rutilat, cuius bis coctus aeno
serica Sidonius fucabat stamina murex.
ebria nec solum spirat conchylia sandix;
130 insertum nam fulgur habet, filoque rigenti
ardebat gravidum de fragmine fulminis ostrum.
hic viridis proprio Glaucus pendebat amictu;
undabant hic arte sinus, fictoque tumore
mersabat pandas tempestas texta carinas.
135 Amphitryoniadi surgebat tertia vestis:
parvulus hic gemino cinctus serpente novercae
inscius arridet monstris ludumque putando
insidias, dum nescit, amat vultuque dolentis
extingui deflet, quos ipse interficit, angues.
140 praeterea sparsis sunt haec subiecta figuris:
sus, leo, cerva, gigans, taurus, iuga, Cerberus, hydra,
hospes, Nessus, Eryx, volucres, Thrax, Cacus, Amazon,
grex, fluvius, Libs, poma, Lycus, virgo, polus, Oete.
hoc opus, et si quid superest quod numina vestit,
145 virgineae posuere manus. sed in agmine toto
inter Cecropias Ephyreiadasque puellas
Araneola micat; proprias conferre laborat
ipsa Minerva manus calathisque evicta recedens
cum tenet haec telas, vult haec plus tela tenere.
150 hic igitur proavi trabeas imitata rigentes
palmatam parat ipsa patri, qua consul et idem
Agricolam contingat avum doceatque nepotes
non abavi solum, sed avi quoque iungere fasces.

---

115 tenuissimam *P* forma *C* 116 summa] sua T^a 118 polemii *codd.* 119 adiunctumque *PF* 120 ademia *P* 121 hinc *P* 122 istis T^a 123 crisippus *T*, cresippus *F*, crocsippus *C*, crocsappus *P* tenerent *P* 124 lumine *F* 125 epicurios *F* 126 textrine *F* 128 stamina] vellera T^1 *(cf. v. 166)* murix *codd.* 129 nec] non *C* sanguis *T* 130 Nusertum *P* filioque *P* regenti *T* 131 fracmine *P* 132 viridus *P* proprio *Leo*] patrio *T*, patruo *CP*, glauco patruo *F* (prasino *Burgoldus*) 135 amphitrioniadi *CF*, anphitrioniadi *PT* 136 noverte *P* 140 sparsi *F* 141 gigas *C* hyde *CPT*, ide *F* 143 grex *scripsi*: cres *codd.* lix *P*, *cf. Strabo p. 829, Plin. V, 1, 4 (Mommsen)* pomo *F* 144 numina *Wilamowitz*; nomina *codd.* vestit l nesci *C* 146 caecropais *P* ephyreidasque *P*, ephireidasque *F* 149 hic telas *F* 150 regentes *P* 151 palatam *F* quam *P*, quia *F* consulet *P* *fort.* et ipse 152 coniungat *PTF* 153 faces C^a

Digitized by Google

texuerat tamen et chlamydes, quibus ille magister
per Tartesiacas conspectus splenduit urbes
et quibus ingestae sub tempore praefecturae
conspicuus sanctas reddit se praesule leges.
attamen in trabea segmento luserat alto
quod priscis illustre toris. Ithacesia primum
fabula Dulichiique lares formantur et ipsam
Penelopam tardas texit distexere telas.
Taenaron hic frustra bis rapta coniuge pulsat
Thrax fidibus, legem postquam temeravit Averni,
et prodesse putans iterum non respicit umbram.
hic vovet Alceste praelato coniuge vitam
rumpere, quam cernas Parcarum vellere in ipso
nondum pernetam fato praestante salutem.
hic nox natarum Danai lucebat in auro,
quinquaginta enses genitor quibus impius aptat
et dat concordem discordia iussa furorem:
solus Hypermestrae servatus munere Lynceus
effugit: aspicias illam sibi parva paventem
et pro dimisso tantum pallere marito.
iamque Iovem in formas mutat, quibus ille tenere
Mnemosynam, Europam, Semelen, Ledam, Cynosuram
serpens, bos, fulmen, cygnus, Dictynna solebat.
iamque opus in turrem Danaae pluviamque metalli
ibat et hic alio stillabat Iuppiter auro,
cum virgo aspiciens vidit Tritonida verso
lumine doctisonas spectare libentius artes;
commutat commota manus ac pollice docto
pingere philosophi victricem Laida coepit,
quae Cynici per menta feri rugosaque colla
rupit odoratam redolenti forcipe barbam.
subrisit Pallas castoque haec addidit ore:
"non nostra ulterius ridebis dogmata, virgo
philosopho nuptura meo; mage flammea sumens
hoc mater sine texat opus. consurge, sophorum
egregium Polemi decus, ac nunc Stoica tandem
pone supercilia et Cynicos imitatus amantes
incipies iterum parvum mihi ferre Platona."
haerentem tali compellat voce magister:
"perge libens, neu tu damnes fortasse iugari,
quod noster iubet ille senex, qui non piger hausit
numina contemplans Anyto pallente venenum."

---

154 texarat *F* het C^a 155 cartesiacas *F* 158 *fort.* trabeae 160 ipsa *P* 161 penelopen *T* 164 respit *T* 166 vellere] stamine *T* 167 fato praestante salutem *vulgo;* fatores tante s. *P*, fato restante s. *TF*, fate restante s. *C*, f. restante salute *Buecheler* 169 quipus P^a 170 disc.] concordia *T* 171 ypermestrae *PF*, hipermestrae *CT* lin••us C^1, linus T^2 172 auspicias *F* 174 in *om.* C^a 175 Mnemosynam *scripsi;* mnaemosin *C*, mnemosin *PT*, mnemosim *F* cynosuram *om.* *P* 176 cynctinna *P* solebant C^a 177 dane *TF* 180 dictisonas *TF* 182 Laida *vulgo;* livida *codd.* 184 forpice *C* 185 palmas *F* 186 alterius *C* 188 hoc] non *F* 190 cygnos *Wilamowitz* 191 incipies *codd.* 193 Tergo C^1 iuga•• C^1, nugari *F* 195 contemplans *Wilamowitz;* condempnans *CF*, condempnens *P*, contempnens *T*

Digitized by Google

Dixerat; ille simul surgit vultuque modesto
tetrica nodosae commendat pallia clavae.
amborum tum diva comas viridantis olivae
pace ligat, nectit dextras ac foedera mandat,
Nymphidius quae cernat avus; probat Atropos omen
fulvaque concordes iunxerunt fila sorores.

XVI.

EUCHARISTON AD FAUSTUM EPISCOPUM.

Phoebum et ter ternas decima cum Pallade Musas
Orpheaque et laticem simulatum fontis equini
Ogygiamque chelyn, quae saxa sequacia flectens
cantibus auritos erexit carmine muros,
sperne, fidis; magis ille veni nunc spiritus, oro,
pontificem dicture tuum, qui pectora priscae
intrasti Mariae, rapiens cum tympana siccus
Israel appensi per concava gurgitis iret
aggeribus vallatus aquae mediasque per undas
pulverulenta tuum clamaret turba triumphum;
quique manum Iudith ferientem colla Olofernis
iuvisti, exciso iacuit cum gutture truncus
et fragilis valido latuit bene sexus in ictu;
expresso vel qui complens de vellere pelvem
inficiensque dehinc non tacto vellere terram
firmasti Gedeona, tubis inserte canoris
spiritus (et solo venit victoria cantu);
quique etiam adsumptum pecorosi de grege Iesse
afflasti regem, plaustro cum foederis arcam
imponens hostis nullo moderante bubulco
proderet obscaenum turgenti podice morbum;
quique trium quondam puerorum in fauce sonasti,
quos in Chaldaei positos fornace tyranni
roscida combusto madefecit flamma camino;
quique volubilibus spatiantem tractibus alvi
complesti Ionam, resonant dum viscera monstri
introrsum psallente cibo vel pondera ventris
ieiuni plenique tamen vate intemerato
ructat cruda fames, quem singultantibus extis
esuriens vomuit suspenso belua morsu;
quique duplex quondam venisti in pectus Helisei,

199 legat *P* 200 nimphidius *TF*, nimfidius *CP* AD FAVSTVM REGENSEM EP̄M *inscr. rubricator in C;* SOLLII APOLLINARIS SIDONII EPITHALAMIV̄ FINITVR DICTV̄ POLEMIO ET ARANEOLÆ . ITE INCIP EVCHARISTON AD FAVSTVM EPISCOPVM *P;* EPITHALAMIV POLEMI ET ARANEOLE FINITVR . INCIP . EVCARISCON AD FAVSTV EPISCOPV EPIGRAMA EIVSDĒ AD OMMATIV̄ VIRV . C. *T (in quo sequitur c. XVII—XXI; XVI; XXIV; epist. ad Leontium; XXII. XXIII);* Incipit eucariscon ad faustum episcopum *F* 3 ogigianque *C* 4 carmina *F* 5 nunc] non *F* 8 Hisrael *C*, hisrahel *PT* 12 iniusti *T* guttere *F* 14 que *P*ª pelvem *scripsi;* pellem *codd.* 15 indeficiensque *PF* tanto *T*ª 16 fistmasti *P* 18 quicque *C* 20 ortis *F* 22 quicque *C*¹ 24 cum busto *F* 26 rosonant *F* 27 pallente *F* 28 plerique *C* 29 crudat *F* 30 vomit *P*

Digitized by Google

Thesbiten cum forte senem iam flammeus axis
tolleret et scissam linquens pro munere pellem
hispidus ardentes auriga intraret habenas;
quique etiam Heliam terris missure secundum
Zachariae iusti linguam placate ligasti,
dum faceret serum rugosa puerpera patrem,
edita significans iusso reticere prophota,
gratia cum fulsit, nosset se ut lex tacituram;
quique etiam nascens ex virgine semine nullo,
ante ullum tempus deus atque in tempore Christus,
ad corpus quantum spectat, tu te ipse creasti;
qui visum caecis, gressum quoque reddere claudis,
auditum surdis, mutis laxare loquelam
suetus ad hoc etiam venisti, ut mortua membra
lecto, sandapila, tumulo consurgere possint;
quique etiam poenas suscepta in carne tulisti,
sustentans alapas, ludibria, verbera, vepres,
sortem, vincla, crucem, clavos, fel, missile, acetum,
postremo mortem, sed surrecturus, adisti,
eripiens quicquid veteris migraverat hostis
in ius per nostrum facinus, cum femina prima
praeceptum solvens culpa nos perpete vinxit;
(qui cum te interitu petiit nec repperit in te
quod posset proprium convincere, perdidit omne,
quod lapsu dedit Eva suo; chirographon illum,
quo pervasus homo est, haec compensatio rupit.
expers peccati pro peccatoribus amplum
fis pretium veteremque novus vice faenoris Adam
dum moreris de morte rapis. sic mortua mors est,
sic sese insidiis, quas fecerat, ipsa fefellit.
nam dum indiscrete petit insontemque reosque,
egit, ut absolvi possent et crimine nexi);
quique etiam iustos ad tempus surgere tecum
iussisti cineres, cum tectis tempore longo
irrupit festina salus infusaque raptim
excussit tumulis solidatas vita favillas, —
da Faustum laudare tuum, da solvere grates,
quas et post debere iuvat. te, magne sacerdos,
barbitus hic noster plectro licet impare cantat.
Haec igitur prima est vel causa vel actio laudum,
quod mihi germani, dum lubrica volvitur aetas,
servatus tecum domini per dona probatur
nec fama titubante pudor: te respicit istud
quantumcumque bonum; merces debebitur illi,

32 tesbitem *P* 33 cissam *C* pallam *Wilamowitz* 36 zaccariae *T* liguasti *P* 37 rugusa *P*, rugora *F* 38 misso *F* 41 ante] atque *F* 45 etiam *om. C* 46 *an* possent? 50 resurrecturus *P* 54 introitu *P* reperit *C* 56 cyrogaphon *T* 57 rumpit *P* 60 cum *C* morieris *P* sic] sub *C* 61 illa *T* 65 iusisti *P* longuo *PT* 66 erupit *F* salus] tempus *T*[a]

Digitized by Google

ille tibi. sit laus, si labi noluit, eius;
nam quod nec potuit, totum ad te iure redundat.
praeterea quod me pridem Reios venientem,
cum Procyon fureret, cum solis torridus ignis
80 flexilibus rimis sitientes scriberet agros,
hospite te nostros excepit protinus aestus
pax, domus, umbra, latex, benedictio, mensa, cubile.
omnibus attamen his sat praestat quod voluisti,
ut sanctae matris sanctum quoque limen adirem.
85 derigui, fateor, mihi conscius atque repente
tinxit adorantem pavido reverentia vultum;
nec secus intremui, quam si me forte Rebeccae
Israel aut Samuel crinitus duceret Annae.
quapropter te vel votis sine fine colentes
90 affectum magnum per carmina parva fatemur.
Seu te flammatae syrtes et inhospita tesqua
seu caeno viridante palus seu nigra recessu
incultum mage saxa tenent, ubi sole remoto
concava longaevas asservant antra tenebras;
95 seu te praeruptis porrecta in rupibus Alpis
succinctos gelido libantem caespite somnos,
anachoreta, tremit (quae quamquam frigora portet,
conceptum Christi numquam domat illa calorem),
qua nunc Helias, nunc te iubet ire Iohannes,
100 nunc duo Macarii, nunc et Paphnutius heros,
nunc Or, nunc Ammon, nunc Sarmata, nunc Hilarion,
nunc vocat in tunica nudus te Antonius illa,
quam fecit palmae foliis manus alma magistri;
seu te Lirinus priscum complexa parentem est,
105 qua tu iam fractus pro magna saepe quiete
discipulis servire venis vixque otia somni,
vix coctos capture cibos abstemius aevum
ducis et insertis pingis ieiunia psalmis,
fratribus insinuans, quantos illa insula plana
110 miserit in caelum montes, quae sancta Caprasi
vita senis iuvenisque Lupi, quae gratia patrem
mansit Honoratum, fuerit quis Maximus ille,
urbem tu cuius monachosque antistes et abbas
bis successor agis, celebrans quoque laudibus illis
115 Eucherii venientis iter, redeuntis Hilari;
seu te commissus populus tenet et minor audet

77 totum] totum hoc *T* 78 veniente *vulgo* 80 *cf. epist. p. 22, 13* 81 te *om. F* 84 lumen *F* 85 derigui *scripsi;* dirigui *codd.* 87 si me] sine *F* 88 israhel *P*, hisrahel *C* samuhel *TC* ducerat *F* 90 effectum *PT* 91 flammante *F* inospitates aqua P^1, inospitates qua P^2 92 viriditante P^1 plus *F* 93 inculto *Mommsen* 94 noncava *C* longuas *F* 95 porrectae *TC* rup••us C^a 96 gelido] gladio *F* 97 anachorita TC^bF, anachorinta *P* 99 *fort.* quo *hic et v. 105* elias *C* 100 macharii *codd.* paphnucius *CF*, pafnutius *T*, pafnuntius *P* 101 camon *P*, amnon *F* hylarion *C*, celarion *P* 104 parentum *F* 107 coctas C^a 108 pinguis *P*, pinguas *Caducens ('recte, nisi* pingues *aut* pinguis *forte idem valet' Buecheler)* 110 caprasii *codd.* 113 monachosque *Sirmondus;* monachusque *codd.* 114 iis sucessor *F* agis *iteracit P* 115 eucheri C^a iter *om. PT* hilarii *PT*, hylarii *CF*

Digitized by Google

te medio tumidos maiorum temnere mores:
seu tu sollicitus curas, qua languidus esca
quave peregrinus vivat, quid pascat et illum.
lubrica crura cui tenuat sub compede carcer;
seu mage funeribus mentem distractus humandis,
livida defuncti si pauperis ossa virescant,
infastiditum fers ipse ad busta cadaver;
seu te conspicuis gradibus venerabilis arae
contionaturum plebs sedula circumsistit,
expositae legis bibat auribus ut medicinam:
quicquid agis, quocumque loci es, semper mihi Faustus,
semper Honoratus, semper quoque Maximus esto.

XVII.

AD V. C. OMMATIUM.

Quattuor ante dies quam lux Sextilis adusti
prima spiciferum proferat orbe caput,
natalis nostris decimus sextusque coletur,
adventu felix qui petit esse tuo.
non tibi gemmatis ponentur prandia mensis,
Assyrius murex nec tibi sigma dabit:
nec per multiplices abaco splendente cavernas
argenti nigri pondera defodiam:
nec scyphus hic dabitur, rutilo cui forte metallo
crustatum stringat tortilis ansa latus.
fercula sunt nobis mediocria, non ita facta,
mensurae ut grandis suppleat ars pretium.
non panes Libyca solitos flavescere Syrte
accipiet Galli rustica mensa tui.
vina mihi non sunt Gazetica, Chia, Falerna
quaeque Saraptano palmite missa bibas.
pocula non hic sunt illustria nomine pagi,
quod posuit nostris ipse triumvir agris.
tu tamen ut venias petimus; dabit omnia Christus,
hic mihi qui patriam fecit amore tuo.

XVIII.

DE BALNEIS VILLAE SUAE.

Si quis Avitacum dignaris visere nostram,
non tibi displiceat: sic quod habes placeat.

---

117 medios P^a 118 qui *PT* 120 tui *F* 125 conciamaturum *T* *in T seq. c. XXIV* EXPLICIT. Incipit eiusdem epigramma quo invita••t *(ut v. vi eras. m. 2)* V. C. Ommatium ad natalem •••• *(diem eras. m. 2)* su••um *(ut v. or eras. m. 2) subscr. rubric. in C; subscriptio deest in P, sed duo versus vacant;* Eiusdem incipit ad commatum invitans eum ad natalem diem suorum *F; de T v. post c. XV* 1 ante] nunque *F* adunasti *P* 2 primas piciferum *CP* 3 nostri *C* decidimus C^a 4 quae (q̃) *T* 6 murix CP^bF, muris P^a simma *codd.* 14 gallus *T* 16 seraptano *CF*, sarepteno *T* EXPLICIT. Item incipit eiusdem epigramma de balneis villae suae supra lacum positae *C;* EIVSDE EPIGRAMA DE VILLA SVA *T*, Incipit eiusdem de balneis ville sue supra lacum site *F*, *subscr. uno c. vac. om. P* 1 anuitacum C^1 *ut cid.*, antacum C^2, avidtacum *P*, avittacum *T*, avidtatum *F* 2 sed *F*, si *vulgo* placet *F*

Digitized by Google

aemula Baiano tolluntur culmina cono
parque cothurnato vertice fulget apex.
garrula Gauranis plus murmurat unda fluentis
contigui collis lapsa supercilio.
Lucrinum stagnum dives Campania nollet,
aequora si nostri cerneret illa lacus.
illud puniceis ornatur litus echinis,
piscibus in nostris, hospes, utrumque vides.
si libet et placido partiris gaudia corde,
quisquis ades, Baias tu facis hic animo.

XIX.

DE PISCINA.

Intrate algentes post balnea torrida fluctus,
ut solidet calidam frigore lympha cutem:
et licet hoc solo mergatis membra liquore,
per stagnum nostrum lumina vestra natant.

XX.

AD ECDICIUM SORORIUM SUUM.

Natalis noster Nonas instare Novembres
admonet: occurras non rogo, sed iubeo.
sit tecum coniunx, duo nunc properate: sed illud
post annum optamus tertius ut venias.

XXI.

DE PISCIBUS NOCTE CAPTIS.

Quattuor haec primum pisces nox insuit hamis;
inde duos tenui, tu quoque sume duos.
quos misi, sunt maiores; rectissimus ordo est:
namque animae nostrae portio maior eras.

XXII.

SIDONIUS PONTIO LEONTIO SUO SALUTEM.

Dum apud Narbonem quondam Martium dictum sed nuper factum moras necto, 1
subiit animum quospiam secundum amorem tuum hexametros concinnare vel condere,

3 baiulo F^a cano F 4 perque F 5 fluentas T^a 9 puniceus C achinis P EXPLICIT. Item eiusdem tetrasticon supra piscinam *subscr. rubricator in C;* eiusdem *sqq. item F;* ITEM TETRASTICON EIVSDEM DE PISCINA SVA *T; subscriptionem uno versu vacante om. P* 4 nostra F Item tetrasticon adversus clarum Ecditium sororium suum *inscr. rubricator in C;* ITE EIVSDĒ AD ECDICIV SORORIV SVV̄ *T;* Eiusdem *sqq. item F; uno versu vacante om. P* 1 novembras P, decembres T 2 occurras] non roceras F^a Item tetrasticon de piscibus nocte captis *inscr. rubr. in C;* EIVSDEM DE PISCIB; NOCTE CAPTIS *T; item litt. minusc. F; inscriptionem uno versu vacante om. P* 1 mox F *seq. c. XVI in T, c. XXIV in PF* Epistola Sidonii epi Poncio Leoncio directa *inscr. rubr. in C;* Sidonius pontio leontio salutem *F; nulla inscriptio in P; de T v. post c. XXIV* 2 um P, cum F apud narbonam *CPF*, narbone apud T quendam T, quandam P marcium *TCF* 3 concinare P vel condere *om. Sirmondus*

quibus lectis oppido scires, etsi utrique nostrum disparatis aequo plusculum locis Lar
2 familiaris incolitur, non idcirco tam nobis animum dissidere quam patriam. habes
igitur hic Dionysum inter triumphi Indici oblectamenta marcentem; habes et Phoebum,
quem tibi iure poetico inquilinum factum constat ex numine, illum scilicet Phoebum
Anthedii mei perfamiliarem, cuius collegio vir praefectus non modo musicos quosque, 5
verum etiam geometras, arithmeticos et astrologos disserendi arte supervenit; si
quidem nullum hoc exactius compertum habere censuerim, quid sidera zodiaci obliqua,
3 quid planetarum vaga, quid exotici sparsa praevaleant. nam ita his, ut sic dixerim,
membris philosophiae claret, ut videatur mihi Iulianum Vertacum, Fullonium Saturni-
num, in libris matheseos peritissimos conditores, absque interprete ingenio tantum 10
suffragante didicisse. nos vestigia doctrinae ipsius adorantes coram canoro cygno
ravum anserem profitemur.

Quid te amplius moror? Burgum tuam, quo iure amicum decuit, meam feci,
probe sciens vel materiam tibi esse placituram, etiamsi ex solido poema displiceat.

BURGUS PONTII LEONTII.

Bistonii stabulum regis, Busiridis aras,
Antiphatae mensas et Taurica regna Thoantis
atque Ithaci ingenio fraudatum luce Cyclopa
portantem frontis campo per concava montis
5 par prope transfossi tenebrosum luminis antrum,
hospes, adi, si quis Burgum taciturus adisti.
et licet in carmen non passim laxet habenas
Phoebus et hic totis non pandat carbasa fandi,
quisque tamen tantos non laudans ore penates
10 inspicis, inspiceris: resonat sine voce voluntas,
nam tua te tacitum livere silentia clamant.
Ergo age, Pierias, Erato, mihi percute chordas;
responsent Satyri, digitumque pedemque moventes
ludant et tremulo non rumpant cantica saltu.
15 quicquid forte Dryas vel quicquid Hamadryas umquam
conexis sibimet festum plausere Napaeis,
dependant modo, Burge, tibi, vel Naidas istic,
Nereidum chorus alme, doce, cum forte Garumna
huc redeunte venis pontumque in flumine sulcas.
20 pande igitur causas, Erato, laribusque sit ede
quis genius; tantum non est sine praesule culmen.

---

2 famuliaris P^a dissedere P 3 igitur] ergo F 4 iure tibi F scilicet *om.* C 5 quoque P 6 arithmericos P, athrimeticos T 7 consuerim C obliquet T 8 exotica C^bP ita] te P is C 9 Iulium Firmicum *inserit post* mihi *Vaticanus 3421* 10 follonium *codd.* 11 doctrinae *om.* C 13 tuum CF EXPLICIT EPISTOLA *atram.*, *tum* Incipit burgus Poncii leontii *rubr. inscr. in* C; EXPLICIT EPLA *subscriptum, sed uno versu vac. inscriptio om. in* P; Burgus poncii leontii incipit F: *sine inscr.* T 1 isthonii T^1, pisthonii T^2 b•siridis C^1 2 tonantis F 3 cyclopa *Leo*] cyclopam *codd.*, cyclopem *vulgo* 5 tranfossi C^a 7 abhenas C, habenis P^a 8 totus TF 10 voce] fine P 13 sayri F 14 laudant C canticas altu P 15 amadryas T, amadrias CP, amadritas F 16 naphaeis TPF, niphels C 17 •ependant C^1 18 garunna P, garonna C 19 slocas T^a

Digitized by Google

Forte sagittiferas Euan populatus Erythras
vite capistratas cogebat ad esseda tigres;
intrabat duplicem qua temo racemifer arcum,
marcidus ipse sedet curru, madet ardua cervix
sudati de rore meri, caput aurea rumpunt
cornua et indigenam iaculantur fulminis ignem
(sumpserat hoc nascens primum, cum transiit olim
in patrium de matre femur); fert tempus utrumque
veris opes rutilosque ligat vindemia flores;
cantharus et thyrsus dextra laevaque feruntur,
nec tegit exertos, sed tangit palla lacertos:
dulce natant oculi, quos si fors vertit in hostem,
attonitos, solum dum cernit, inebriat Indos.
tum salebris saliens quotiens se concutit axis,
passim deciduo perfunditur orbita musto.
Bassaridas, Satyros, Panas Faunosque docebat
ludere Silenus iam numine plenus alumno,
sed comptus tamen ille caput; nam vertice nudo
amissos sertis studet excusare capillos.
corniger inde novi fit Ganges pompa triumphi:
cernuus inpexam faciem stetit ore madenti et
arentes vitreis adiuvit fletibus undas;
coniectas in vincla manus post terga revinxit
pampinus; hic sensim captivo umore refusus
sponte refrondescit per brachia roscida palmes.
necnon et rapti coniunx ibi vincta mariti
it croceas demissa genas vetitaque recondi
lampade cum Solis radiis Aurora rubebat.
adfuit hic etiam post perdita cinnama Phoenix,
formidans mortem sibi non superesse secundam.
succedit captiva cohors, quae fercula gazis
fert onerata suis; ebur hic hebenusque vel aurum
et niveae piceo raptae de pectore baccae
gestantur; quicumque nihil sustentat, odoris
mittitur in nexus: videas hic ipsa placere
supplicia et virides violis halare catenas.
ultima nigrantes incedunt praeda elefanti;
informis cui forma gregi: riget hispida dorso
vix ferrum passura cutis; quippe improba cratem
nativam nec tela forant, contracta vicissim
tensaque terga feris crepitant usuque cavendi
pellunt excussis impactum missile rugis.

---

22 •orte C^1 euuan *codd.* 23 vide *P*, •ite C^1 26 more *F* 27 indegenam *P* 28 primum nascens *P* 29 fer *P* utrimque *P* 31 canturus *P* 32 tetigit *P* 33 nantant P^1 vertat *CF* 34 attonitus *P* cernit *in versu ipso* P^2 *in ras., in marg. add.* P^1 35 salebras *PF* 36 orbitas *P* 38 sillenus i. lumine *F* 39 contemptus *P* 40 admissos certis *F* 41 ganges fit ponpa *P fort. recte* 42 et *om. T fort. recte* 44 revixit *PF* 45 panpinus *P* 46 roscida brachia *F* 47 iuncta *C* 48 in *F* dimissa *PTF* 53 hebenusque] debemus *P* 55 testantur *F* sustat *P* odoros *ed. Bareti* 58 incendunt *C* 60 cutis] ictis T^a craten *F* 61 nec] to *F*

Iamque iter ad Thebas per magnum victor agebat
aera et ad summas erexerat orgia nubes,
cum videt Aonia venientem Delion arce.
grypas et ipse tenet: vultus his laurea curvos
fronde lupata ligant; hederis quoque circumplexis
pendula lora virent; sensim fera subvolat ales
aerias terraeque vias, ne forte citato
alarum strepitu lignosas frangat habenas.
aeternum nitet ipse genas; crevere corymbis
tempora et auratum verrit coma concolor axem;
laeva parte tenet vasta dulcedine raucam
caelato Pythone lyram, pars dextra sagittas
continet atque alio resonantes murmure nervos.
ibant Pipliades pariter mediumque noveno
circumsistentes umbrabant syrmate currum.
pendet per teretes tripodas Epidaurius anguis
diffusus sanctum per colla salubria virus.
hic et crinisatas iungebat Pegasus alas,
portans doctiloquo facundum crure Creontem.
Vt sese iunxere chori, consurgit uterque
fratris in amplexus, sed paulo segnior Euan,
dum pudet instabiles, si surgat, prodere plantas.
tum Phoebus: 'quo pergis?' ait, 'num forte nocentes,
Bacche, petis Thebas? te cretus Echione nempe
abnegat esse deum. linque haec, rogo, moenia, linque,
et mecum mage flecte rotas. despexit Agaue
te colere et nosmet Niobe; riget inde superba,
vulnera tot patiens quot spectat vulnera ventris,
optantemque mori gravius clementia fixit;
parcere saepe malum est sensumque inferre dolori.
ipsa autem nato occiso Pentheia mater,
amplius ut furiat, numquid non sana futura est?
ergone Aonios colles habitare valemus,
cum patris extincti thalamis potietur adulter,
frater natorum, coniunx genetricis habendus,
vitricus ipse suus? cordi est si iungere gressum,
dicam qua pariter sedem telluro locemus.
Est locus irrigua qua rupe, Garumna rotate,
et tu qui simili festinus in aequora lapsu
exis curvata, Durani muscose, saburra,
iam pigrescentes sensim confunditis amnes.

---

65 ad s.] adsumans *F* 68 heredis *P* 71 lignosas *P* 74 casta *Leo* 77 Pipliades *scripsi;* pepliades *codd.* 78 circumsistententes *P* 79 pendent C^a 81 hinc *T* 82 Crotonem *Wilamowitz (cf. Robert Erat. catast. 150; schol. Germ. 90, 11; 150, 8 Br.)* 83 iunsere *P* 84 se *C* eunan *CF*, euam *P* 86 num] non *T* 87 penteus *s. scr.* C^b 88 haec *scripsi;* his *codd.* 89 mecum magne *F*, meum age C^a aganue *CP* 90 nobe *F* superba *scripsi;* superbum *codd.* 91 iactat *Wilamowitz* pignora ventris *vulgo* 92 dixit T^1, finxit C^a 93 semsumque infere *P* doloris *Buecheler* 94 gnato P^a 95 furiant *F* nonquid *TF* 97 extinti P^a 99 victricus $C^a F$ 101 .i. aeria *sup.* irrigua C^b garonna *C* notate *F* 102 tu quis *F*, qui tu *C* lapsu] cursu T^a 104 i. p. a. c. omnes *F*, i. p. confunditis aequoris undas *T*

Digitized by Google

105 currit in adversum hic pontus multoque recursu
flumina quas volvunt et spernit et expetit undas.
at cum summotus lunaribus incrementis
ipse Garumna suos in dorsa recolligit aestus,
praecipiti fluctu raptim redit atque videtur
110 in fontem iam non refluus sed defluus ire.
tum recipit laticem quamvis minor ille minorem
stagnanti de fratre suum, turgescit et ipse
Oceano propriasque facit sibi litora ripas.
hos inter fluvios, uni mage proximus undae, est
115 aethera mons rumpens alta spectabilis arce,
plus celsos habiturus eros vernamque senatum.
quem generis princeps Paulinus Pontius olim,
cum Latius patriae dominabitur, ambiet altis
moenibus, et celsae transmittent aera turres;
120 quarum culminibus sedeant commune micantes
pompa vel auxilium; non illos machina muros,
non aries, non alta strues vel proximus agger,
non quae stridentes torquet catapulta molares,
sed nec testudo nec vinea nec rota currens
125 iam positis scalis umquam quassare valebunt.
cernere iam videor quae sint tibi, Burge, futura
(diceris sic); namque domus de flumine surgunt
splendentesque sedent per propugnacula thermae.
hic cum vexatur piceis aquilonibus aestus,
130 scrupeus asprata latrare crepidine pumex
incipit; at fractis saliens e cautibus altum
excutitur torrens ipsisque aspergine tectis
impluit ac tollit nautas et saepe iocoso
ludit naufragio; nam tempestate peracta
135 destituit refluens missas in balnea classes.
ipsa autem quantis, quibus aut sunt fulta columnis!
cedat puniceo pretiosus livor in antro
Synnados, et Nomadum qui portat eburnea saxa,
collis et herbosis quae vernant marmora venis;
140 candentem iam nolo Paron, iam nolo Caryston;
vilior est rubro quae pendet purpura saxo.
et ne posteritas dubitet, quis conditor extet,
fixus in introitu lapis est; hic nomina signat
auctorum; sed propter aqua, et vestigia pressa
145 quae rapit et fuso detergit gurgite caenum.
sectilibus paries tabulis crustatus ad aurea
tecta venit, fulvo nimis abscondenda metallo;

---

105 multaque *C* 106 expedit *CPF* 108 ipe C^a garunna *PF*, garonna *C* dorso *C* aestus] istud *F* 109 praecepisti P^1 dedit *F* 111 tunc *T* minorem *scripsi*; minore *codd.* 112 turgestit *P* 114 uni] Durani *Wilamowitz* inde est *F* 117 quam *F* poncius *C*, pontior *F* 118 ambies *P* 123 cataculta *F* molaris *PF* 126 fatura *C* 127 dicens *F* 129 versatur *P*, *fort. recte* 131 ac *TPF* ca•tibus T^a 133 impulit *F* 134 tempestesta P^a 135 restituit *F* 138 synnadus *CPF* numadum *codd.* 139 uerbosis *C* 140 parioniam *P* carysteo *TP*, caristeo *CF* 143 fixis *F* 144 aqua *vulgo*; aquam *codd.* 145 gurgit *P* 146 aura C^a

Digitized by Google

nam locuples fortuna domus non passa latere
divitias prodit, cum sic sua culmina celat.
150 haec post assurgit duplicemque supervenit aedem
porticus ipsa duplex, duplici non cognita plaustro.
quarum unam molli subductam vertice curvae
obversis paulum respectant cornibus alae.
ipsa diem natum cernit sinuamine dextro,
155 fronte videns medium, laevo visura cadentem.
non perdit quicquam trino de cardine caeli
et totum solem lunata per atria servat.
sacra tridentiferi Iovis hic armenta profundo
Pharnacis immergit genitor; percussa securi
160 corpora cornipedum certasque rubescere plagas
sanguineo de rore putes; stat vulneris horror
verus, et occisis vivit pictura quadrigis.
Ponticus hinc rector numerosis Cyzicon armis
claudit; at hinc sociis consul Lucullus opem fert,
165 compulsusque famis discrimina summa subire
invidet obsesso miles Mithridaticus hosti.
enatat hic pelagus Romani militis ardor
et chartam madido transportat corpore siccam.
desuper in longum porrectis horrea tectis
170 crescunt atque amplis angustant fructibus aedes.
huc veniet calidis quantum metit Africa terris,
quantum vel Calaber, quantum colit Apulus acer,
quanta Leontino turgescit messis acervo,
quantum Mygdonio committunt Gargara sulco,
175 quantum, quae tacitis Cererem venerata choreis,
Attica Triptolemo civi condebat Eleusin,
cum populis hominum glandem linquentibus olim
fulva fruge data iam saecula fulva perirent.
porticus ad gelidos patet hinc aestiva triones:
180 hinc calor innocuus thermis hiemalibus exit
atque locum tempus mollit; quippe illa rigori
pars est apta magis; nam quod fugit ora Leonis.
inde Lycaoniae rabiem male sustinet Vrsae.
arcis at in thermas longe venit altior amnis
185 et cadit in montem patulisque canalibus actus
circumfert clausum cava per divortia flumen.
occiduum ad solem post horrea surgit opaca
quae dominis hiberna domus: strepit hic bona flamma
appositas depasta trabes; sinuata camino
190 ardentis perit unda globi fractoque flagello
spargit lentatum per culmina tota vaporem.

150 haec] nec *T* supevenit *C* 158 carmenta *PT* 161 horor *F* 163 hinc] et hinc *F* 164 cludit P^a 166 hostis *P* 167 enat C^a 168 madidamo *F* 169 ••ctis C^a 170 angustatum *F* frugibus *Heinsius* 171 affrica *TCF* 172 quatum colit *P* appulus *T* 173 leontiplo *T* in arvo *Heinsius* 174 quatum *P* commitunt *C*, committum *P* gargana *P* succo *F* 176 treptoleno *CPT* cui *P* eleusim *P* 178 fulve perirent *P* 179 tiones *F* 180 color innotuus *F* 181 in tempus *Mohr* (*cf. Plin. ep. V, 6, 24 sq.*) 182 est *om. C* 184 a• P^1 annis *T* 185 artus *F* 186 devorcia *F* 188 flamma hic bona *P* 189 depastas P^a

Digitized by Google

continuata dehinc videas quae conditor ausus
aemula Palladiis textrina educere templis.
hac celsi quondam coniunx reverenda Leonti,
qua non ulla magis nurus umquam Pontia gaudet
illustris pro sorte viri, celebrabitur aede
vel Syrias vacuasse colus vel serica fila
per cannas torsisse leves vel stamine fulvo
praegnantis fusi mollitum nesse metallum.
parietibus post hinc rutilat quae machina iunctis
fert recutitorum primordia Iudaeorum.
perpetuum pictura micat; nec tempore longo
depretiata suas turpant pigmenta figuras.
Flecteris ad laevam: te porticus accipit ampla
directis curvata viis, ubi margine summo
pendet et artatis stat saxea silva columnis.
alta volubilibus patet hic cenatio valvis;
fusilis euripus propter; cadit unda superne
ante fores pendente lacu, venamque secuti
undosa inveniunt nantes cenacula pisces.
comminus erigitur vel prima vel extima turris:
mos erit hic dominis hibernum sigma locare.
huius conspicuo residens in culmine saepe
dilectum nostris Musis simul atque capellis
aspiciam montem; lauri spatiabor in istis
frondibus, hic trepidam credam mihi credere Daphnen.
iam si forte gradus geminam convertis ad Arcton,
ut venias in templa dei, qui maximus ille est,
deliciis redolent iunctis apotheca penusque:
hic multus tu, frater, eris. iam divide sedem,
cessurus mihi fonte meo, quem monte fluentem
umbrat multicavus spatioso circite fornix.
non eget hic cultu, dedit huic natura decorem.
nil fictum placuisse placet, non pompa per artem
ulla, resultanti non comet malleus ictu
saxa, nec exesum supplebunt marmora tofum.
hic fons Castaliae nobis vice sufficit undae.
cetera dives habe; colles tua iura tremiscant;
captivos hic solve tuos, et per iuga Burgi
laeta relaxatae fiant vineta catenae."
Confirmat vocem iamiam prope sobrius istam
Silenus, pariterque chori cecinere faventes:
"Nysa, vale Bromio, Phoebo Parnase bivertex.
non istum Naxus, non istum Cirrha requirat,
sed mage perpetuo Burgus placitura petatur."

192 aulus *C* 193 textrinae ducere *CP*, textrine ducere *F* 194 ac *P*, hanc *F* veneranda *C* leontii *codd.* 195 nulla *F* poncia *C* 198 torsise *P* levas T^a 200 quam *P*, qua *T* 202 tempora C^a longuo *T* 203 figmenta *F* figuras it P^a 204 laevum *T* 208 euribus C^a, eurippus *F* 212 hinc *F* sycma *T*, simma *CF*, symma *P* 216 daphne *F* 218 in] .. *P* illo *F* 221 fronte *F* 222 umbra *P* 226 cophum *F* 228 habet C^1 233 brumio *PF* febro *F* parnasso *CP* 235 ed *C*

Digitized by Google

5 Ecce, quotiens tibi libuerit pateris capacioribus hilarare convivium, misi quod inter scyphos et amystidas tuas legas. subveneris verecundiae meae, si in sobrias aures ista non venerint; nec iniuria hoc ac secus atque aequum est flagito, quandoquidem Baccho meo iudicium decemvirale passuro tempestivius quam convenit
6 tribunal erigitur. si quis autem carmen prolixius eatenus duxerit esse culpandum, 5
quod epigrammatis excesserit paucitatem, istum liquido patet neque balneas Etrusci neque Herculem Surrentinum neque comas Flavii Earini neque Tibur Vopisci neque omnino quicquam de Papinii nostri silvulis lectitasse: quas omnes descriptiones vir ille praeiudicatissimus non distichorum aut tetrastichorum stringit angustiis, sed potius, ut lyricus Flaccus in artis poeticae volumine praecipit, multis isdemque 10
purpureis locorum communium pannis semel inchoatas materias decenter extendit. haec me ad defensionis exemplum posuisse sufficiat, ne haec ipsa longitudinis deprecatio longa videatur. vale.

XXIII.

AD CONSENTIUM.

Cum iam pro meritis tuis pararem,
Consenti, columen decusque morum,
vestrae laudibus hospitalitatis
cantum impendere pauperis cicutae,
5 ultro in carmina tu tubam recludens
converso ordine versibus citasti
suetum ludere sic magis sodalem.
paret Musa tibi, sed impudentem
multo cautius hinc stilum movebit;
10 nam cum carmina postules discrete,
suades scribere, sed facis tacere.
nuper quadrupedante cum citato
ires Phocida Sestiasque Baias,
illustres titulisque procliisque
15 urbes per duo consulum trophaea,
(nam Martem tulit ista Iulianum
et Bruto duce nauticum furorem,
ast haec Teutonicas cruenta pugnas,
erectum et Marium cadente Cimbro)
20 misisti mihi multiplex poema,
doctum, nobile, forte, delicatum.
ibant hexametri superbientes
et vestigia iuncta, sed minora,
per quinos elegi pedes ferebant;

---

3 istas *P* venerit P^a aequum] aeqũo P^a 5 autem] hoc *F* dixerit *T* 7 comas Flavii Earini *Sirmondus;* cumas flavii farini *codd.* aburvo pisci *C* 8 panii *P* 9 praedicantissimus *F* dictitorum *F* 10 ut *om.* T^a illyricus T^a isdem *F* 12 possuisse C^a 13 longua *T* videbatur *F* Poncii leonem villa explicit. Incipit Sid ad Consencium civem Narbonensem de laudibus eius ad patris sui itidem Consentii ac Narbone civitatis Incipit prefatio *F, inscriptionem om. T, tribus vers. vac. C, quattuor vers. vac. P* 2 decuque *P* 3 nostre *F* 5 t. t.] titubam *F* 8 pare- C^1 9 calitius *P* hin *F* 13 Sextiasque *vulgo;* sisciasque *C,* sesciasque *PTF* 12 quadrupetante *F* 16 matrem *F* 18 hic *F* theutonicas *C,* teutunicas *P* 23 cuncta *C*

Digitized by Google

25 misisti et, triplicis metrum trochaei
spondeo comitante dactyloque,
dulces hendecasyllabos, tuumque
blando faenore Sollium ligasti.
usuram petimurque reddimusque;
30 nam quod carmine pro tuo rependo,
hoc centesima laudium tuarum est.
Quid primum venerer colamque pro te?
ni fallor, patriam patremque iuxta;
qui quamquam sibi vindicare summum
35 possit iure locum, tamen necesse est
illam vincere, quae parit parentes.
salve, Narbo potens salubritate,
urbe et rure simul bonus videri,
muris, civibus, ambitu, tabernis,
40 portis, porticibus, foro, theatro,
delubris, capitoliis, monetis,
thermis, arcubus, horreis, macellis,
pratis, fontibus, insulis, salinis,
stagnis, flumine, merce, ponte, ponto;
45 unus qui venerere iure divos
Lenaeum, Cererem, Palem, Minervam
spicis, palmite, pascuis, trapetis.
solis fise viris nec expetito
naturae auxilio procul relictis
50 promens montibus altius cacumen,
non te fossa patens nec hispidarum
obiectu sudium coronat agger;
non tu marmora, bratteam vitrumque,
non testudinis Indicae nitorem,
55 non si quas eboris trabes refractis
rostris Marmarici dedere barri,
figis moenibus aureasque portas
exornas asaroticis lapillis;
sed per semirutas superbus arces,
60 ostendens veteris decus duelli,
quassatos geris ictibus molares,
laudandis pretiosior ruinis.
sint urbes aliae situ minaces,
quas vires humiles per alta condunt,
65 et per praecipites locata cristas
numquam moenia caesa glorientur:
tu pulsate places fidemque fortem
oppugnatio passa publicavit.
Hinc te Martius ille rector atque
70 magno patre prior, decus Getarum,

25 et om. *T* 28 plando *F* legasti *TF* 29 reddidimusque *F* 31 laudum tuorum *F* 33 si *F* *post v. 36* Narbonensis urbis eiusque civium laus incipit *scripsit rubricator in C, duo versus vacant in P* 43 Gratis *ut v. C* frontibus *F* 44 stannis *P* 45 venere *P* 46 palā P^a, palaeu P^b, palen *C*, palea *T* 53 utrumque *F* 54 testitudinis *P* 58 asoroticis *C* 62 laudandus *C* 69 marcius *C*, marcus *F* 70 magne *F* *ad v. 70* alarico *add. in marg.* C^b

Digitized by Google

Romanae columen salusque gentis,
Theudericus amat sibique fidum
adversos probat ante per tumultus.
sed non hinc videare forte turpis,
quod te machina crebra perforavit:
namque in corpore fortium virorum
laus est amplior amplior cicatrix.
in castris Marathoniis merentem
vulnus non habuisse grande probrum est:
inter Publicolas manu feroces
trunco Mucius eminet lacerto:
vallum Caesaris opprimente Magno
inter tot facies ab hoste tutas
luscus Scaeva fuit magis decorus.
laus est ardua dura sustinere:
ignavis, timidis et improbatis
multum fingitur otiosa virtus.
Quid quod Caesaribus ferax creandis,
felix prole virum, simul dedisti
natos cum genitore principantes?
nam quis Persidis expeditionem
aut victricia castra praeteribit
Cari principis et perambulatum
Romanis legionibus Niphaten,
tum cum fulmine captus imperator
vitam fulminibus parem peregit?
His tu civibus, urbe, rure pollens
Consenti mihi gignis alme patrem,
illum cui nitidi sales rigorque
Romanus fuit Attico in lepore.
hunc Miletius et Thales stupere
auditum potuit simulque Lindi est
notus qui Cleobulus inter arces,
et tu, qui, Periandre, de Corintho es,
et tu, quem dederat, Bias, Priene,
et tu, Pittace, Lesbius sophistes,
et tu, qui tetricis potens Athenis
vincis Socraticas, Solon, palaestras,
et tu, Tyndareis satus Therapnis,
Chilon, legifero prior Lycurgo.
non hic, si voluit vacante cura
quis sit sideribus notare cursus,
diversas Arato vias cucurrit:

---

71 salutisque *F* 72 theodericus *TC*, theodoricus *PF* fidem P^a 74 hic C^a 75 crebro *T* 77 amplior *alt. om.* T^1 78 marathonis *P* 81 mutius *CPF* 85 ardura *F* 87 ringitur *Vatic. 3421* otiosa *vulgo;* ociosa *F*, osiosa *P*, odiosa TC^a, odiosi C^b, (ringitur) actuosa *Mohr* 91 praesidis *F* 92 victrica *P* 93 kari *C* 95 *an* tactus? 97 rupe *C* 98 consentii *codd* gignus P^a 99 n. salus *F*, nitidis ales *C* 100 artico *P* leppore C^a 101 milesius *vulgo* tales *F* 102 liudiem C^a 103 cleobolus *codd.* arcem C^a 104 quiqui *T* 105 brias *PT* 106 pitace *F* sophista *T* *vv. 107 et 108 om. C, non om. Vaticanus 3421* 109 theramnis *codd.* 110 ligurgo *codd.* 111 vacantem *F* 113 cucurit *P*

Digitized by Google

non hunc, cum geometricas ad artes
115 mentem composuit, sequi valebat
Euclides spatium sciens Olympi:
non hunc, si voluit rotare rhythmos,
quicquam proposito virum morari
Chrysippus potuisset ex acervo.
120 hic cum Amphioniae studebat arti
plectro, pollice, voce tibiaque,
Thrax vates, deus Arcas atque Phoebus
omni carmine post erant et ipsas
Musas non ita musicas putares.
125 hic si syrmate cultus et cothurno
intrasset semel Atticum theatrum,
cessissent Sophocles et Euripides;
aut si pulpita personare socco
comoedus voluisset, huic levato
130 palmam tu digito dares, Menander.
hic cum senipedem stilum polibat
Zmyrnaeae cute doctus officinae
aut cum se historiae dabat severae,
primos vix poterant locos tueri
135 torrens Herodotus, tonans Homerus.
non isto potior fuisset, olim
qui Pandioniam movebat arte
orator caveam tumultuosus,
seu luscum raperetur in Philippum,
140 causam seu Ctesiphontis actitaret,
vir semper popularitate crescens
et iuste residens in arce fandi,
qui fabro genitore procreatus
oris maluit expolire limam.
145 quid vos eloquii canam Latini,
Arpinas, Patavine, Mantuane,
et te, comica qui doces, Terenti,
et te, tempore qui satus severo
Graios, Plaute, sales lepore transis,
150 et te multimoda satis verendum
scriptorum numerositate, Varro,
et te, qui brevitate, Crispe, polles,
et qui pro ingenio fluente nulli,
Corneli Tacite, es tacendus ori,
155 et te Massiliensium per hortos
sacri stipitis, Arbiter, colonum
Hellespontiaco parem Priapo.

114 hinc *F* ad *om.* P^a 116 nuclides *F* spaticum *P* 117 arithmos *Wilamowitz* 118 proprio *F* 119 crisippus *CPF*, crisippum *T* 125 firmate *C* 127 cessisent *P* euripedes *P* 128 aut] ac *F* soco *T* 131 ponebat *F* 132 cute] vice *C*, incude *F* 135 torrens *vulgo;* terrens *codd.* hero doctus *P* 137 pandoniam *F* 140 tesifontis *TF* accitaret *CPF* 142 faudi *F* 144 expolire relimam *P*, e. lunam T^1 145 quis *F* ca∘am C^1, cana *P* 146 pictavine *F* 153 fluente *vulgo;* florente *codd.* 155 tema massiliensium *P*

Digitized by Google

et te carmina per libidinosa
notum, Naso tener, Tomosque missum,
160 quondam Caesareae nimis puellae
ficto nomine subditum Corinnae?
quid celsos Senecas loquar vel illum
quem dat Bilbilis alta Martialem,
terrarum indigenas Hibericarum?
165 quid quos duplicibus iugata taedis
Argentaria pallidat poetas?
quid multos varii stili retexam?
arguti, teneri, graves, dicaces,
si Consentius affuit, latebant.
170 Huic summi ingenii viro simulque
summae nobilitatis atque formae
iuncta est femina, quae domum ad mariti
prisci insignia transferens Iovini
implevit trabeis larem sophistae.
175 sic intra proprios tibi penates,
Consenti, patriae decus superbum,
fastis vivit avus paterque libris.
Haec per stemmata te satis potentem,
morum culmine sed potentiorem,
180 non possim merita sonare laude,
nec si me Odrysio canens in antro,
qua late trepidantibus fluentis
cautes per Ciconum resultat Hebrus,
princeps instituisset ille vatum,
185 cum dulces animata saxa chordae
ferrent per Rhodopen trahente cantu
et versa vice fontibus ligatis
terras currere cogerent anhelas,
nec non Hismara solibus paterent
190 aurita chelyn expetente silva
et nulli resolubiles calori
curvata ruerent nives ab Ossa,
stantem aut Strymona Bistones viderent,
cum carmen rapidus latex sitiret:
195 nec si Peliaco datus bimembri
ad Centaurica plectra constitissem,
hinnitum duplicis timens magistri:
nec si me docuisset ille fari,
iussus pascere qui gregem est clientis
200 Amphrysi ad fluvium deus bubulcus,
quod ferrugineos Cyclopas arcu

---

161 corine *F* 162 seneca *F* 163 bibilis *C* marcialem *C* 165 quid quae (q) *F* 166 Polla dat *vulgo;* Polla amat *Leo* poet-as *C*[1] 171 sume *F* 172 ad *om. PT* 173 insigna *F* 174 larem trabeis *F* 177 castis *F* 183 cantes *P* hebreus *F* 187 cantibus *TPF* 190 chelin *TF*, chelion *C*, chelim *P* 190 expectente *F* 192 reuerent *F* 193 santem *P* 194 carm *P* 195 sic *CTF* 196 constitisset *C* 200 amphrisi *C*, anphrisi *TF*, anfrysi *P* 201 quid *F*

Digitized by Google

stravit sub Liparensibus caminis
vibrans plus grave fulmen in sagitta.
Iam primo tenero calentem ab ortu
excepere sinu novem sorores,
et te de genetrice vagientem
tinxerunt vitreae vado Hippocrenes:
tunc, hac mersus aqua, loquacis undae
pro fluctu mage litteras bibisti.
hinc tu iam puer aptior magistro,
quicquid rhetoricae institutionis,
quicquid grammaticalis aut palaestrae est,
sicut iam tener hauseras, vorasti.
et iam te aula tulit piusque princeps
inter conspicuos statim locavit,
consistoria quos habent, tribunos;
iamque et purpureus in arce regni
praeesse officiis tuis solebat,
mores nobilitate quod merebant:
tantum culminis et decus stupendum
scripti annalibus indicant honores.
Hinc tu militiam secutus amplam,
castrensem licet ampliare censum
per suffragia iusta debuisses,
sollemnis tamen abstinens lucelli
fama plus locuples domum redisti
solum, quod dederas, tuum putando.
tum si forte fuit quod imperator
Eoas soceri venire in aures
fido interprete vellet et perito,
te commercia duplicis loquelae
doctum solvere protinus legebat.
o, sodes, quotiens tibi loquenti
Byzantina sophos dedere regna,
et te seu Latiariter sonantem
tamquam Romulea satum Subura,
seu linguae Argolicae rotunditate
undantem Marathone ceu creatum
plaudentes stupuere Bosphorani
mirati minus Atticos alumnos?
hinc si foedera solverentur orbis,
pacem te medio darent feroces
Chunus, Sauromates, Getes, Gelonus;
tu Tuncrum et Vachalim, Visurgin, Albin,
Francorum et penitissimas paludes

202 lipparensibus *T* cammis *P* 203 fulmen *om. F* 204 tenerum *Leo* 206 te] tu *T, om. F* 207 tinxerunt *vulgo;* toxerunt *codd.* vitrei *CPF* hippocrenis *CP*, hipocrenis *F* 210 hinc *scripsi;* tunc *codd.* artior *TPF* magisto *P* 212 grammaticalis palestre (p *in ras. corr. ut v. ex* ab) P^b 213 hausera ‥ P^a 214 priusque *F* 216 constitoria *F* 217 namque *CPT* 219 nobitate *P* 223 sensum *F* 229 foas *F* 233 tibi *om. F* 235 latialiter *TCF* 240 aticos *P* alompnos P^a 242 fenoces P^a 243 gelenus *P* 244 tunchrum *F* Tungrorum Vachalim *dubitanter Mommsen* 245 franchorum *C* penetissimas *C*, penetissim *P*, penitudines *F* paludes *F*, *sed* p *ex* cl *ut vid.* F^b

intrares venerantibus Sigambris
solis moribus inter arma tutus,
tu Maeotida Caspiasque portas,
tu fluxis equitata Bactra Parthis
250 constans intrepidusque sic adires,
ut fastu posito tumentis aulae
qui supra satrapas sedet tyrannus
ructans semideum propinquitates
lunatum tibi flecteret tiaram.
255 tu, si publica fata non vetarent,
ut Byrsam peteres vel Africanae
telluris Tanaiticum rebellem,
confestim posito furore Martis
post piratica damna destinaret
260 plenas mercibus institor carinas,
et per te bene pace restituta
non ultra mihi bella navigarent.
Iam si seria forte terminantem
te spectacula ceperant theatri,
265 pallebat chorus omnis histrionum,
tamquam si Arcitenens novemque Musae
propter pulpita iudices sederent.
coram te Caramallus aut Phabaton
clausis faucibus et loquente gestu
270 nutu, crure, genu, manu, rotatu
toto in schemate vel semel latebit,
sive Aeetias et suus Iason
inducuntur ibi ferusque Phasis,
qui iactos super arva Colcha dentes
275 expavit, fruticante cum duello
spicis spicula mixta fluctuarent;
sive prandia quis refert Thyestae
seu vestros, Philomela torva, planctus,
discerptum aut puerum cibumque factum
280 iamiam coniugis innocentioris;
seu raptus Tyrios Iovemque taurum
spreto fulmine fronte plus timendum;
seu turris Danaae refertur illic,
cum multum pluvio rigata censu est,
285 dans plus aurea furta quam metalla;
seu Ledam quis agit Phrygemque ephebum
aptans ad cyathos facit Tonanti
suco nectaris esse dulciorem;
seu Martem simulat modo in catenas

---

246 venerantis P^a 248 meotidas C 249 parcis F 256 ut] et C affricane TF 257 libellem F 258 martis] belli T^a 264 specta ula C^1 268 charamalus *codd.* 269 clausi F et] te P 271 latebat C^a 272 ethias TF 273 tibi F 274 alva T^1 275 fructicante C^1 276 specula F flutuarent T 278 philomena torvo F plantus P 281 raptos C^aF tyrius C^a 283 dane F 284 pluio C census est P 286 phrigemque C^b, phrigiemque C^a, phirgemque P 287 scyatos F 289 matrem F

Digitized by Google

290 missum Lemniacas, modo aut repulso
formam imponit apri caputque saetis
et tergum asperat hispidisque malis
leve incurvat ebur, vel ille fingit
hirtam dorsa feram repanda tela
295 attritu assiduo cacuminantem:
seu Perseia virgo vindicata
illic luditur harpe coniugali;
seu quod carminis atque fabularum
clausa ad Pergama dat bilustre bellum.
300 quid dicam citharistrias, choraulas,
mimos, schoenobatas, gelasianos,
cannas, plectra, iocos, palen, rudentem
coram te trepidanter explicare?
nam circensibus ipse quanta ludis
305 victor gesseris intonante Roma,
laetam par fuit exarare Musam.
Ianus forte suas bifrons Kalendas
anni tempora circinante Phoebo
sumendas referebat ad curules.
310 mos est Caesaris hic die bis uno
(privatos vocitant) parare ludos.
tunc coetus iuvenum sed aulicorum
Elei simulacra torva campi
exercet spatiantibus quadrigis.
315 et iam te urna petit cietque raucae
acclamatio sibilans coronae;
tum qua est ianua consulumque sedes,
ambit quam paries utrimque senis
cryptis carceribusque fornicatus,
320 uno e quattuor axe forte lecto
curvas ingrederis premens habenas.
id collega tuus simulque vobis
pars adversa facit; micant colores,
albus vel venetus, virens rubensque,
325 vestra insignia. continent ministri
ora et lora manus iubasque tortas
cogunt flexilibus latere nodis
hortanturque obiter, iuvantque blandis
ultro plausibus et voluptuosum
330 dictant quadrupedantibus furorem.
illi ad claustra fremunt repagulisque
incumbunt simul ac per obseratas

---

290 lenniacas *F*, lempnacas P^a, lempniacas TP^b 293 laevem *T* incurbat *P* 294 dorsa] doxa *T*, dorsa telam F^a 296 vindicata virgo C^a 299 illustre *F* 300 choraulas *scripsi;* choraules *TCP*, coraules *F* 302 palē *P* 304 circensibus *P* iste *F* ludis *vulgo;* laudis *codd.* 309 sumentes F^a, sumendes F^b culminas *F* 310 hic *om. T* 311 vocant C^a 313 simulacri *TC* torta *Buecheler* 314 exercent *T* 319 fornicatis *F* 321 egrederis *P* premens *vulgo;* fremens *codd.* 323 calores *P* 324 rubenque *P* 327 flexibilibus *TC* 330 distant quadrupetantibus *F* 332 ad *F*

Digitized by Google

transfumant tabulas et ante cursum
campus flatibus occupatur absens.
335 impellunt, trepidant, trahunt, repugnant,
ardescunt, saliunt, timent, timentur,
nec gressum cohibent, sed inquieto
duratum pede stipitem flagellant.
tandem murmure bucinae strepentis
340 suspensas tubicen vocans quadrigas
effundit celeres in arva currus;
non sic fulminis impetus trisulci,
non pulsa Scythico sagitta nervo,
non sulcus rapide cadentis astri,
345 non fundis Balearibus rotata
umquam sic liquidos poli meatus
rupit plumbea glandium procella.
cedit terra rotis et orbitarum
moto pulvere sordidatur aer;
350 instant verberibus simul regentes,
iamque et pectora prona de covinno
extensi rapiuntur et iugales
trans armos feriunt vacante tergo,
nec cernas cito cernuos magistros
355 temones mage sufferant an axes.
iam vos ex oculis velut volantes
consumpto spatio patentiore
campus clauserat artus arte factus,
per quem longam, humilem duplamque muro
360 Euripus sibi machinam tetendit.
ut meta ulterior remisit omnes,
fit collega tuus prior duobus,
qui te transierant; ita ipse quartus
gyri condicione tum fuisti.
365 curae est id mediis, ut ille primus
pressus dexteriore concitatu,
partem si patefecerit sinistram
totas ad podium ferens habenas,
curru praetereatur intus acto.
370 tu conamine duplicatus ipso
stringis quadriiugos et arte summa
in gyrum bene septimum reservas;
instabant alii manu atque voce,
passim et deciduis in arva guttis
375 rectorum alipedumque sudor ibat.
raucus corda ferit fragor faventum
atque ipsis pariter viris equisque

---

333 tabula *P* 338 pedem *F* 339 strepentes *T* 342 tr•sulci C^1 343 scithicos *P*
345 confundis *C* 346 numquam *F* 347 gladium *F* 350 semel *F* 351 convinno *CF*
355 magefferant P^a, mgge sufferant *sic F* 357 spatior F^a 359 longuam *PT* humili *Wilamowitz*
361 remisit *vulgo;* emisit *codd.* 364 conditionem C^1 tunc *T*, tuum *F* 365 modus *T*
366 dexterore P^a 367 parte fecerit *P* 371 quadriiugos *sic F* 375 Pectorum *C* 376 favor *TC*

Digitized by Google

fit cursu calor et timore frigus.
itur sic semel, itur et secundo,
est sic tertius atque quartus orbis:
quinto circite non valens sequentum
pondus ferre prior retorquet axem,
quod velocibus imperans quadrigis
exhaustos sibi senserat iugales:
iam sexto reditu perexplicato
iamque et praemia flagitante vulgo
pars contraria nil timens tuam vim
securas prior orbitas terebat,
tensis cum subito sinu lupatis,
tensis pectoribus, pede ante fixo,
quantum auriga suos solebat ille
raptans Oenomaum tremente Pisa,
tantum tu rapidos teris iugales.
hic compendia flexuosa metae
unus dum premit, incitatus a te
elatas semel impetu quadrigas
iuncto non valuit plicare gyro,
quem tu, quod sine lege praeteriret,
transisti remanens, ab arte restans.
alter dum popularitate gaudet,
dexter sub cuneis nimis cucurrit.
hunc, dum obliquat iter diuque lentus
sero cornipedes citat flagello,
tortum tramite transis ipse recto.
hic te incautius assecutus hostis
sperans anticipasse iam priorem
transversum venit impudens in axem;
incurvantur equi, proterva crurum
intrat turba rotas quaterque terni
artantur radii, repleta donec
intervalla crepent volubilisque
frangat margo pedes; ibi ipse quintus
curru praecipitatus obruente
montem multiplici facit ruina,
turpans prociduam cruore frontem.
miscet cuncta fragor resuscitatus,
quantum non cyparissifer Lycaeus,
quantum non nemorosa tollit Ossa
crebras inrequieta per procellas,
quantum nec reboant volutae ab austro
Doris Trinacris aut, voraginoso
quae vallat sale Bosphorum, Propontis.
hic mox praecipit aequus imperator

381 equentum *F* 382 rertorquet *P* 385 fere explicato *Leo* 387 pas *P* vim tuam *P*, tuamque vim *T*[1] 389 sinu *vulgo*, sinum *codd.* 390 *om. T* 394 fluxuosa *C*[a], fluctuosa *F* 395 cum *F* 396 elata *P* 397 placare *F* 401 cucurit *P* 402 obligat *P* 406 anticipase *P* 409 rotis *C* 415 turbans *PT* 418 osa *P* 421 tinacris *PTF* 423 mos *P*[a] ecus *P*

Digitized by Google

palmis serica, torquibus coronas
425 coniungi et meritum remunerari,
victis ire iubens satis pudendis
villis versicoloribus tapetas.
Iam vero iuvenalibus peractis
quem te praebueris sequente in aevo
430 intra aulam soceri mei expetitus
curam cum moderatus es Palati,
chartis posterioribus loquemur,
si plus temporibus vacat futuris;
nunc quam diximus hospitalitatem
435 paucis personet obsequens Thalia.
O dulcis domus, o pii penates,
quos (res difficilis sibique discors)
libertas simul excolit pudorque!
o convivia, fabulae, libelli,
440 risus, serietas, dicacitates,
occursus, comitatus unus idem,
seu delubra dei colenda nobis,
445 tecta illustria seu videnda Livi,
442 sive ad pontificem gradus ferendi,
sive ad culmina Marcii Myronis,
446 sive ad doctiloqui Leonis aedes
(quo bis sex tabulas docente iuris
ultro Claudius Appius lateret
claro obscurior in decemviratu;
450 at si dicat epos metrumque rhythmis
flectat commaticis tonante plectro,
mordacem faciat silere Flaccum,
quamvis post satiras lyramque tendat
ille ad Pindaricum volare cygnum);
455 seu nos, Magne, tuus favor tenebat,
multis praedite dotibus virorum,
forma, nobilitate, mente, censu;
(cuius si varios eam per actus,
centum et ferrea lasset ora laude,
460 constans, ingeniosus efficaxque,
prudens arbiter, optimus propinquus,
nil fraudans genii sibi vel ulli
personas, loca, tempus intuendo):
seu nos atria vestra continebant,
465 Marcelline meus, perite legum
(qui, verax nimis et nimis severus,
asper crederis esse nescienti;
at si te bene quispiam probavit,

---

425 coniugi *P* renumerari *F* 426 pudendos *Buecheler* 431 palatii *PTF*, palacii *C* 432 posterioribus] cum posteribus *F* 440 visus *F* 441 isdemque *C* 445 *post v. 442 revocari* se *TC*[a] videndi *F* livii *codd.* 443 referendi *C*, feriendi *P* 444 martii *P* 450 atsdicat *P* 451 comaticis *TC* 455 tenebit *T* 456 praeditus *F* 457 mente *om. T* 458 varias *T* 464 continebunt *T* 468 et *F* quisquam *F*

Digitized by Google

noscit quod velit ipse iudicare;
470 nam numquam metuis loqui quod aequum est,
si te Sulla premat ferusque Carbo,
si tristes Marii trucesque Cinnae,
et si forte tuum caput latusque
circumstent gladii triumvirales);
475 seu nos Limpidii lares habebant,
civis magnifici virique summi,
fraternam bene regulam sequentis;
seu nos eximii simul tenebat
nectens officiositas Marini,
480 cuius sedulitas sodalitasque
aeterna mihi laude sunt colendae;
seu quoscumque alios videre fratres
cordi utrique fuit, quibus vacasse
laudandam reor occupationem;
485 horum nomina cum referre versu
affectus cupiat, metrum recusat.
Hinc nos ad propriam domum vocabas,
cum mane exierat novum et calescens
horam sol dabat alteram secundam.
490 hic promens teretes pilas trochosque,
hic talos crepitantibus fritillis
nos ad verbera tractuum struentes,
tamquam Naupliades, repertor artis,
gaudebas hilarem ciere rixam.
495 hinc ad balnea, non Neroniana
nec quae Agrippa dedit vel ille cuius
bustum Dalmaticae vident Salonae,
ad thermas tamen ire, sed libebat
privato bene praebitas pudori.
500 post quas nos tua pocula et tuarum
Musarum medius torus tenebat,
quales nec statuas imaginesque
aere aut marmoribus coloribusque
Mentor, Praxiteles, Scopas dederunt,
505 quantas nec Polycletus ipse finxit
nec fit Fidiaco figura caelo.
Sed iam te veniam loquacitati
quingenti hendecasyllabi precantur.
tantum, etsi placeat, poema longum est.
510 iam iam sufficit, ipse et impediris
multum in carmine perlegens amicum,
dormitantibus otiosiorem.

---

469 Poscit *C* quid *TP* 470 quod a.] q uequum *F* 471 silla *TCP*, sylla *F* 472 ei *F* trucesve *T* 473 at *C* 475—477 *om.* T^1 475 limpii *F* habebunt T^2 476 cuius T^2 477 praternam *C* bene] debere *F* 481 aeternam *P* 482 videre *om.* *P* 484 lavandam *F* 488 exierat d T^2 496 aggrippa *C*, agripa *P* cuius] dedit *F* 497 Lustum *ut v. (sed* L *a rubr. pict.)* *C* delmaticae *P* 501 chorus *vulgo*, thorus *codd.* 505 quantus *F* 508 endecasillabi *TCP*, endecassillabi *F* 509 est *om.* *T* EXPLICIT *subscr. in P, subscr. om. TF, seq. epist. I 6 ad Eutropium T*

Digitized by Google

XXIV.

PROPEMPTICON AD LIBELLUM.

Egressus foribus meis, libelle,
hanc servare viam, precor, memento,
quae nostros bene ducit ad sodales,
quorum nomina sedulus notavi;
5 antiquus tibi nec teratur agger,
cuius per spatium satis vetustis
nomen Caesareum viret columnis;
sed sensim gradere, et moras habendo
affectum celerem moves amicis.
10 Ac primum Domiti larem severi
intrabis trepidantibus Camenis:
tam censorius haud fuit vel ille,
quem risisse semel ferunt in aevo;
sed gaudere potes rigore docto:
15 hic si te probat, omnibus placebis.
hinc te suscipiet benigna Brivas,
sancti quae fovet ossa Iuliani,
quae dum mortua mortuis putantur,
vivens e tumulo micat potestas.
20 hinc iam dexteriora carpis arva
emensusque iugum die sub uno
flavum crastinus aspicis Triobrem;
tum terram Gabalum satis nivosam
et, quantum indigenae volunt putari,
25 sublimem in puteo videbis urbem.
hinc te temporis ad mei Laconas
Iustinum rapies suumque fratrem,
quorum notus amor per orbis ora
calcat Pirithoumque Theseumque
30 et fidum rabidi sodalem Orestae.
horum cum fueris sinu receptus,
ibis Trevidon et calumniosis
vicinum nimis, heu, iugum Rutenis.
hic docti invenies patrem Tonanti,
35 rectorem columenque Galliarum,
prisci Ferreolum parem Syagri,
coniunx Papianilla quem pudico
curas participans iuvat labore,
qualis nec Tanaquil fuit nec illa,
40 quam tu, Tricipitine, procreasti,

Propemticon ad libellum hunc *inscr. rubricator in C; inscriptio deest, sed vac. spat., in P; sine inscr. TF* 5 ne *F* teretur *P* 6 vetusti *P*, venustis *F* 8 sensum *F* ut *vulgo* 9 noves *vulgo*, movens *Buecheler* 10 domitii *CPF*, domicii *T* 12 aut *F* 16 benignas *P* 18 videntur T^a 20 carpit *F* 22 triobren *CPT* 25 sublimen *F* 26 te *om. C, s. l. add. m. rec.* ad mei *om. F* 27 seuumque *F* 28 oras *edit. Savaronis* 34 tonantii *CPT*, tonancii *F* 36 siagrii *codd.* 39 inec illa *P* 40 quantu *T* trecipitine *CPT*, trepicine *F*

Digitized by Google

qualis nec Phrygiae dicata Vestae
quae contra satis Albulam tumentem
duxit virgineo ratem capillo.
hinc te Laesora, Caucason Scytharum
vincens, aspiciet citusque Tarnis,
limosum et solido sapore pressum
piscem perspicua gerens in unda.
hic Zeti et Calais tibi adde pennas
nimbosumque iugum fugax caveto:
namque est assiduae ferax procellae;
sed quamvis rapido ferare cursu,
lassum te Voroangus obtinebit.
nostrum hic invenies Apollinarem,
seu contra rabidi leonis aestus
vestit frigore marmorum penates,
sive hortis spatiatur in repostis,
quales mellifera virent in Hybla,
quales Corycium senem beantes
fuscabat picei latex Galaesi;
sive inter violas, thymum, ligustrum,
serpyllum, casiam, crocum atque caltam,
narcissos hyacinthinosque flores
spernit quam pretii petitor ampli
glaebam turifer advehit Sabaeus;
seu ficto potius specu quiescit
collis margine, qua nemus reflexum
nativam dare porticum laborans
non lucum arboribus facit, sed antrum.
quis pomaria prisca regis Indi
hic nunc comparet aureasque vites
electro viridante pampinatas,
cum Porus posuit crepante gaza
fulvo ex palmite vineam metalli
gemmarum fluitantibus racemis?
Hinc tu Cottion ibis atque Avito
nostro dicis 'ave'; dehinc 'valeto'.
debes obsequium viro perenne.
nam, dent hinc veniam mei propinqui,
non nobis prior est parens amico.
hinc te iam Fidulus, decus bonorum
et nec Tetradio satis secundus
morum dotibus aut tenore recti,
sancta suscipit hospitalitate.
exin tende gradum Tribusque Villis
Thaumastum expete, quemlibet duorum:

41 phirigiae *F* 43 ratam *C*ᵃ 47 picem *C* 50 est *om.* *P* 52 vorocingus *C*, voracingus *PT*, veracingus *F* obtinebat *P*ᵃ 53 invenien *C*ᵃ appollinarem *PF* 57 melliflua *F* 60 ligustram *C* 61 cautam *PT* 62 narcissas *C* 68 lucrum *C* 70 8ic (8 *add. rubr.*) *C* 72 c∘ (ci ?) *T*ᵃ 75 hic *F* 78 ded *F*ᵃ hic *Buecheler* 81 senundus *P*ᵃ 82 moribus *F* 84 e. t.] extende *P* 85 taumastum *codd.*

Digitized by Google

quorum iunior est mihi sodalis
et collega simul graduque frater;
quod si fors senior tibi invenitur,
hunc pronus prope patruum saluta.
hinc ad consulis ampla tecta Magni
Felicemque tuum veni, libelle;
et te bybliotheca qua paterna est,
qualis nec tetrici fuit Filagri,
admitti faciet Probus probatum;
hic saepe Eulaliae meae legeris,
cuius Cecropiae pares Minervae
mores et rigidi senes et ipse
quondam purpureus socer timebant.
Sed iam sufficit: ecce linque portum;
ne te pondere plus premam saburrae,
his in versibus ancoram levato.

---

88 si] sisi T^a 89 proprium *F* 91 libelle veni C^a 92 qua *scripsi;* quae *codd.* 93 philagrii *F*, filagrii *PTC* 97 rigidis P^a 100 saturne *F* EXPLICIT *subscr. rubricator in C; unus versus vacat in P; seq. epist. c. XXII TF*

Digitized by Google

FAUSTI ALIORUMQUE EPISTULAE AD RURICIUM ALIOSQUE.

I. *G*

DOMINO PIISSIMO ET IN CHRISTO SUMMO MIHI HONORE SINGULARITER EXCOLENDO RURICIO FILIO FAUSTUS.

Licet per quamcumque personam iucundum mihi sit cum individuo pectore ipsius 1
caritatis vocibus colloqui et sedula vos officiorum ambitione complecti, sed nunc quanto
opportunius tanto avidius pignus animi vestri ministerio domestici portitoris assumpsi,
in cuius merito minus assignavit relatio quam probavit agnitio. et propterea ad 2
fructum vestrum crevisse gratulatus sum, quod in eo vita melior condicionem primae
nativitatis abolevit atque in eo naevum generis manumissio religionis abstersit et in
adoptionem Christi personam mancipii fide emancipavit et transcripsit. quomodo autem 3
apud eius vel apud reliquorum fratrum lacteam sinceritatem agere deberemus, latis-
simam apostoli dispensationem expedito digessistis alloquio, et cum eos doctissima
pagina minus doctos asserit, nos tamen in eorum defaecatis moribus admirati sumus
per donum mansuetudinis et humilitatis plenitudinem lectionis: vincit enim largitas
gratiae instituta doctrinae. nam etsi sub exiguo tempore intra eorum lucida pectora 4
et perspicua penetralia introduxit se sensus candida puritas et praeclara simplicitas,
per quam divinae imaginis speculum in interioris hominis nitore perfulget. divinae, 5
inquam, imaginis; ita enim de domino legimus: purus, simplex, subtilis. sed multo
aliud indicat divina illa simplicitas: siquidem in nobis duplex inest in spiritu et carne
substantia, nos quod habemus accepimus, nobis diversa virtutum charismata adiuncta
sunt, non innata. sine dubio apponitur quod auferri potest: ut boni simus, de auctoris 6
sumus bonitate mutuati. ex illo quidem vivimus; sed vita, sicut ille est, non sumus.
iusti esse possumus, iustitia esse non possumus. ille ideo simplex, quia nihil ei ex
accedenti largitate collatum est. qui ex se subsistit, aliunde nihil sumpsit. deus et 7
vivens pariter et vita, bonus et bonitas, misericors et misericordia: in virtutum suarum
gloria hoc est ipse quod possidet. verbo tenus homo deauratus est, deus aurum est:

---

3 I] *om. G* 6 sit] est *Mommsen* pector *G* 11 neum *G* 12 emancipiant *G* 13 apud eius] ab eius *G* 15 doctos] *scripsi*, doctus *G* 18 se sensus] *scripsi*, sensos *G* 19 interiores homines *G* 20 sita *G* 24 mutati *G* non] nos *G*

Digitized by Google

G 8 quod in homine gratia est, in deo natura est. et propterea, quia nihil ei extrinsecus accessit, nihil ei detrahi potest. detrimentum non recipit, quia nescit augmentum. ipse et sibi auctor et filio: quia una origo est et fontis et fluminis, et his quae 9 absque initio habent communio est, transfusio non est. et quia de filio legimus: splendor est claritatis dei, sicut numquam deus sine splendore, ita pater numquam fuit sine filii maiestate. et sicut utriusque aequaeva sunt nomina (nisi enim iste nasceretur, pater ille non diceretur), ita eos sine separatione coercet unius paternitatis antiquitas. ex illo est, sed posterior illo non est, sicut facies de capite nascitur, nec tamen capite suo iunior invenitur: ac sic deus noster nec permixtus in personis propriis 10 nec divisus, una virtus nec potestate divisa nec tempore. sicut in substantia triplex est, quia sibi quisque subsistit, ita in substantia simplex est, quia unus se ipsum prae- 11 cedere nesciens nec posteriorem recipit nec priorem. inde et nos de hac accepimus simplicitate, si in nobis nihil sit dissonum, nihil varium, nihil diversum, si semper idem esse probabilibus studiis et fundatis in Christo sensibus enitamur, ut immutabiles 12 in bono novis tantum in diem profectibus immutemur. de eo autem quod quidam provocationis amore consuluit, salutifera et perfecta meditatio est curas animi, partito per plures terrenae regimine rei, sublevare et post haec triplici deliberatione tractare, 13 quid melius sit locare vel administrare vel distrahere propriam portionem. primum re vera bonum esset, ut Christi famulus Christi pauperis vias ex toto pauper studeret incedere, si perfectam magni alicuius monasterii scholam vel certe insulanam angelicae congregationis militiam liceret expetere. nam in medio saeculi institutionem eremiti- 14 cam proferri, quanta magnanimitas tanta est difficultas. suis vero vicis suae pondus imponere, secundum pro animae relevatione compendium: sed pervidendum, si aliquis filiorum tam arduo sufficiens esse possit obsequio, ne forte paternae iussionis auctoritas in patrem ..... optimum est in secundo gradu sub noxio beneficiis administratore consistere, si vel voluntas suppetat vel facultas necessitatem annuae 15 pensionis impleret. tertium est per fidelium famulorum electa solacia impositae procurationis officiis sub propria ac minore sollicitudine quantitatem reservatae gubernare substantiae et tamquam per viam regiam tota mediocritate dirigere. quod cum suadeo, videor vel nostram utilitatem vel pauperum cogitare. in quo ordine non 16 parum est lucri, si, reservato usu, proprietas distrahatur. itaque breviter indicantes, quid primum, quid secundum quidve sit tertium, electionem iudicio vel possibilitati reservavimus consulentis. quid magis competat, quod promptius possit impleri, ille 17 insinuare dignetur, pro cuius timore et amore consolatio ipsa tractatur. dominus deus noster beneficia in vobis sua felici ac placita sibi longaevitate multiplicet, domine piissime et in Christo summo mihi honore singulariter excolende fili.

II.

DOMINO DEVINCTISSIMO ET TOTA PIETATIS VIRTUTE SINGULARITER EXCOLENDO FRATRI RURICIO FAUSTUS.

1 Propitia divinitate in secreto religioni congruo et tranquillissimo in silentio constituti, in quo dominus ad rubiginem longa securitate contractam salutiferae limam

---

2 recepit *G* 3 et his] *scripsi*, ex his *G* 6 filio *corr.* filii G^1 7 coercet] *Mommsen*, concitā *G* 9 capiti *G* sic] *Mommsen*, si *G* 10 diuina *G* 12 recepit *G* 14 inmutabilis *G* 16 provocationes G^1 17 regimine] G^2, regione G^1 re *G* : replici G^1 21 hieremiticam G^1, heremiticam G^2 22 proferri] *G*, profiteri *Cunisius* 24 iam aeduo *G* obsequiū *G* paternae iussionis] *scripsi*, paterna eius (*corr.* paternae ius) sonis *G* 25 in patre desideretur *coni. Mommsen* 28 gubernę *G* 29 tamquam] *Mommsen*, cū *G* 31 lucri si] lucris *G* 35 uobis] *Mommsen*, nobis *G* domne *G* 37 II] *om.* *G* 38 devictissimo *G* 41 salutifera clima *G*, limam *coni. Mommsen*

Digitized by Google

castigationis admovit, in hac, inquam, quiete magna, si agnoscamus, vacatione *G*
donati, dum novos cives commercio caritatis adquirimus, dum de adquisitorum salute
gaudemus, inter haec positi bona, praesenti insultamus exsilio et patriam nos non
amisisse sed commutasse cognoscimus. nam dum fideles famuli dei in necessitatibus 2
nostris bonitatem suae devotionis exercent, sine sede propria possessores, sine pos-
sessione divites sumus, immo eos qui de nostra fructum capiunt consolatione ditamus.
miro modo consolatores nostri de pauperculis negotiantur et de egenis lucra perpetua
consequuntur. ego autem hanc primam munificentiam, domino largiente, percepi, quod 3
piissimus meus Ruricius post vitae huius iactationes ad portum religionis proram
salutis, excelsi manu gubernante, convertit, quod post umbras seducentium vanitatum
et inlusiones transvolantium somniorum mansura et solida concupivit et, despecto
tandem saeculo, infelicitatem eius magnam respuit, felicitatem et lucrum sui de mundo
pereunte adquisivit, pace fideli atque collabentium rerum fuga praeteriens, qua opes
contemptu suo contulit, quae iam usu suo conferre nihil poterant. unde quanta
dudum alacritate saecularibus studiis militavimus, tanta nunc devotione domino ser-
viamus. et quia me austerius loqui secum pro peccatorum curatione pietas vestra 4
constringit et illius sententiae non observat invidiam, quae dicit: iustus in prin-
cipio sui est accusator, imprimis ergo lapsus oris cordisque vitemus. sed quod 5
oris diximus, si cordi studueris adhibere custodiam, ori non laborabis imponere
disciplinam, sine difficultate ostium circumstantiae opponere poterit labiis suis.
illud siquidem voce depromitur quod prius in officina conscientiae deformatur, hoc
exterior reddit quod dictat interior, mens exercet imperium, lingua famulatum. et 6
propterea caelestibus edocemur eloquiis: ex abundantia cordis os loquitur.
quod de sermone nasci videtur, prius cogitatione concipitur: ut oris sonus indigna
non proferat, animus iusta praecipiat. et quia duo sunt ieiuniorum genera: unum in- 7
continentiae appetitum a male blandis deliciarum suavitatibus coercere, ut exterior et
terrenus homo vomere crucis edomitus commoda infirmitate marcescat; alterum abs-
tinentiae genus est multo sublimius, multo pretiosius, cui nulla contradicere possit
infirmitas, motus animi regere et irrationabiles perturbationes vel colluctantium inter
se cogitationum tumultus interioris iudicio refrenare et contra impugnationes occultas
vel contra domesticos inimicos rixam quandam irascentis fidei auctoritate conserere
et per benevolentiam, mansuetudinem, patientiam, tranquillitatem dei imaginem in
facie interioris excolere: cuius decus non in corporis personam, sed in animi formam
sollertia factoris impressit. virum spiritalia et divina cogitantem tristitia non frangat, 8
laetitia non resolvat, stabilitum in timore dei pectus magnanimitatis aequalitas osten-
dat, ut et nobis coaptari possit libelli illius insigne principium, ubi ille magnificus
Helcana, qui possessio dei interpretatur, vir unus mystico nuncupatur eloquio: erat,
inquit, vir unus, hoc est semper idem; quia nihil in eo apparebat dubium, nihil
duplex, nihil varium, nihil diversum, sed eum in statu virtutum inconcusso ordine
permanentem accidentia in contrarium non movebant, mutabilia tempora non muta-
bant nec eum, ut marinis fluctibus moris est, in alternas partes levia ventorum
flabra versabant. ita et sollicitus dei famulus vasta fidei mole fundatus in hoc tantum, 9

---

17 Prov. XVIII, 17. 20 Psalm. CXL, 3. 23 Matth. XII, 34. 37 I. Reg. I, 1.

1 admonit] *Mommsen*, admonuit *G* quiete magna] *scripsi*, qui et magna *G* 3 patriam] pat, *cetera evanuerunt G*, patrem *Caniciius* 7 consolatoris G^1 9 iactationis *G* 10 uanitum *G* 12 respuit] *scripsi*, rapuit *G* ..felicitatem *G* 13 pace] *coni. Mommsen*, cece *G*, arte *Caniciius* 14 poterat *G* 16 austeris *G* 19 cordis G^1, *ras.* s G^2 labora..is G^1 25 unum — *p. 268, l. 17* secunda] *cum ep. XVI a Fausto ad Felicem data fere conveniunt* 26 coercere] corcere *G* 27 marcescat] *scripsi*, marescat *G*, macrescat *Caniciius* 31 irascentes *G* 35 magnanimitatis aequalitas] *ep. XVI*, magnanimitas aequalitatis *G* 39 duplex] nihil accidens *in ep. XVI add.* statii *G* 40 accidentia] accedentia *semper G*

Digitized by Google

G Christo in se operante, mutetur, ut novis semper gratiis induatur, in agro pectoris
10 plantentur utilia, noxia succidantur. et quia militibus suis praecepit sermo divinus:
cum, inquit, ad bellum processeris et inter reliquas praedas petieris
virginem, abscides ungues et crines eius et ita eam tibi coniugio
copulabis, ita nos, ut sanctam Christi timore praecincti prudentiam saeculi, quae 5
simplex, incorrupta, sincera a deo facta est, captivam spiritali sapientiae subiugemus
ac superflua eius, amputatis vitiis, abscidamus et pectori castam coniunctionem sociemus,
ante omnia, in quantum, adiuvante deo, possumus, illas in nobis debellare curremus
11 quinque sensuum passiones. quicquid enim pulchrescit visu, quicquid blanditur odoratu,
quicquid lenocinatur attactu, quicquid dulcescit gustu, quicquid corrumpit auditu, haec 10
12 omnia, si his abutamur, intentionem mentis de spiritalibus ad terrena devolvunt. et
ideo, sicut pater fidei quinque illos reges in trecentis decem et octo, mysterio intra
litteram latente, devicit, ita per adiutorium domini et per crucem suam has quinque
principalium vitiorum expugnare studeamus inlecebras. per crucis enim signum et per
13 sacrum Iesu nomen apud Graecos era utriusque supputationis imprimitur. quibus armis 15
carnalia delectamenta superantes merebuntur audire: vincenti dabo coronam vitae,
14 et: qui vicerit non laedetur a morte secunda. unde ipsa facile terrena despicis
vel fenerantis more dispensas, dum illud cogitas tempus, quo exurentur peccatores
sicut faenum, quo aestuantes gehennae furore perpetuo, cuius fumus ascendit in
saecula saeculorum, hi qui neglexerunt oblata tali morte punientur, ut eis mori 20
in dolore non liceat, morituri vitae et morti sine fine victuri, dum illud, inquam,
tempus ante oculos tuos provida in futurum mente disponis, de quo legimus: introibo
in domum tuam cum holocaustis, id est, quando bonorum operum fructu sub-
sarcinatus et iustitiae insignibus redimitus ianuam vitae cum triumpho evictae carnis
15 intrabis, de quo legimus: adorabunt eum filiae Tyri in muneribus, id est 25
animae Christo de gentibus adquisitae munera domino suo offerent cum gratiarum
actione dicturae: ecce multiplicavi talentum quod dedisti. recipe cum usura, domine,
16 fenus tuum. erit enim tum quoddam dandi et accipiendi commercium inter hominem
17 et deum. homo afferet quod laboravit et deus restituet quod promisit. quo tempore
cum Sarra tua alter pro altero remunerandus, corona duplici pro mutua salute deco- 30
randus, audire mereberis: euge, serve bone et fidelis, quia super pauca fuisti
18 fidelis, super multa te constituam; intra in gaudium domini tui. tunc
usum praesentium in aeternorum proprietatem transisse miraberis, et creditoribus tuis
19 glorificandus, debitorem te dei fieri iucunda rerum mutatione gaudebis. individuum
filium nostrum Leontium omnemque domum, pusillos cum maioribus, pio sospitamus 35
officio. dominus deus noster beneficia in vobis sua felici et placita sibi longaevitate
multiplicet, domine devinctissime et tota pietatis virtute singulariter excolende frater.

---

3 Deut. XXI, 10—13. 12 Gen. XIV, 14. 16 Apoc. II, 17. 17 Apoc. II, 11.
19 Apoc. VIII, 4. 22 Psalm. LXV, 13. 25 Psalm. XLIV, 13. 31 Matth. XXV, 21.

1 nob *G* 3 pecier. *G* 5 ut] *scripsi*, ad *G* 6 subiugemus] *Mommsen*, subiungimus *G* 7 castam coniunctionem] *Mommsen*, casta coniunctione *G* 9 puchriscit *G* 11 deuoluunt] *ep. XVI*, deuoluent *G* 12 reges in] *3 fere litteris sublatis*, s in *m. rec. add. G* trecentis decem et octo] *Graece* T' I' H', *i. e.* crux Iesus 13 li (t *sublatum*) terä *G* 14 uitorum *corr.* uitiorum *G*[1] cruces *G* 15 era] *ep. XVI*, hera *G*, littera *coniecit Mommsen: cf. quae scripsi in 'Studien z. christl. mittelalterl. Chronol.' p. 143* utriusque] *scripsi*, utrius *G* 17 uincerit, *ras.* n *G* leditur *G* 18 fenerantes *G* 19 aestuantis *coni. Mommsen* 21 morte *G* 22 suos *corr.* tuos *G*[1] 23 fructus *G* 24 subfarcinatus *G* in..signibus remeditus, *ras.* in? *G* 25 id est] *m. rec. add. sublata vetere scriptura G* 26 domino] (d *sublatum m. rec. add.*) nō *G*, non de *Canisius* gratiarum] gr *ex* acti *corr. G*[1] 27 ecce] ec *sublatum m. rec. suppl. G* multiplicavit *G* 28 dandi] dandandi *G* 29 afferit — restituit *G* 30 sarra tua] *G*, sanctus *Canisius: cf. infra p. 269 l. 19* 31 bereberis *G* 33 creditoribus] *scripsi*, proditoribus *G*, pro datoribus *Canisius* 34 glorificandos *G* dei] *scripsi*, ei *G* 35 pus illos *G* 36 .obis *G* longe uitae *G* 37 deuictissime *G*

Digitized by Google

III. *G*

DOMINO DEVINCTISSIMO ET HONORE PRAECIPUO SPECIALITER EXCOLENDO RURICIO FILIO FAUSTUS.

Gratias domino, qui id generali dispensatione largitus est, ut inter eos quos 1
locorum intervalla discriminant liber ac nullis conclusus absentiae legibus animus
commearet nihilque esset tam impenetrabile, quod mentis aspectibus non pateret, sed
per cordis intuitum inde se invicem cari, gratia intercurrente, conspicerent, ubi caritas
ipsa consistit. habet siquidem et interior noster oculos suos, quibus se conscientiae 2
testis introspicit, quibus in se conversus aut erubescenda aut gaudenda considerat,
quibus diem ultimum pervidet, quibus vel confusibilem vel, deo tribuente, laudabilem
vitae totius historiam ante animae suae faciem provida in futurum cogitatione disponit
et in praesentiam trepidae sollicitudinis tempus reddendae rationis adducit et ea quae
paravit deus diligentibus se in secreta pectoris sui pagina, spe imaginante,
depingit. quos, ut puto, oculos et ipse ad tremendi iudicis nutum semper attollis, ut 3
de te illud propheticum merito dici possit: sapientis oculi in capite eius. inde 4
est, — habeo enim illic filios meos proditores tuos —, inde est, inquam, quod praesentium
rerum relinquenda subsidia quasi avidus fenerator per pretia captivorum in sinu
remuneratoris seminantis more commendas, de usu proprietatem facis et in perennes
thesauros peritura convertis. inde est, quod cum fidelissima Sarra tua sub uno Christi 5
iugo ad communem tendis coronam, terrenorum despector et caelestium competitor,
saeculi peregrinus et paradisi candidatus, mundo huic, qui iam non habet unde decipiat
vel seducat, miles Christi secretus inludis: cum regni interminabilis socia ieiuniis et
orationibus et quadam fidei manu ianuam vitae pia coniuratione pulsatis, ut duplicem
palmam de mutua salute capiatis. sed inter haec parum est, quicquid agitur, ut 6
causae insanabiles hic sanentur, ut inexstinguibiles ignes hic exstinguantur, ut in-
eluctabiles necessitates hic superentur, ut hic peccatorum sagittae de animae visceribus
evellantur, ut hic vulnera ipsis alte medullis impressa curentur, ut hic maculae in-
visibiles diluantur, ut hic aeterna gaudia fidelium studiorum labore comparentur. illa
quidem vita praemium istius erit, sed oportet, ut illius ista sit pretium. praelatis ita- 7
que obsequiis, quaeso, ut cum se facultas opportuna praebuerit, gaudere nos de vestra
sospitate ac proprietate faciatis. pro filiis et diaconibus meis uberes refero gratias.
dominam filiam meam religionis speculum et pietatis exemplum debito cultu veneratus
saluto. dominus deus noster magnificandam mihi bonitatem vestram et praesentibus 8
repleat bonis et dignam reddat aeternis, domine devinctissime et honore praecipuo
specialiter excolende fili.

---

12 I. Cor. II, 9. 15 Eccl. II, 14.

1 III] *in mg. minio scr. G* 2 denictissimo re precipuo *G* 4 tratias *corr.* gratias *G*[1] gratias — 8 consistit] *Ruricius ep. II, 10 et II, 52 exscripsit* 5 discrimant *G* 6 peteret *G* 8 et] *s. l. G*[1] 10 peruidit *G* 12 sollicitudines *G* rationes *G* q *G* 14 nutum] *scripsi*, notum *G*, thronum *Canisius* 16 habeo] *scripsi*, abeo *G* filios meos] *scripsi*, filius ms *G*, filius mater *Canisius*, fili mi *coni. Mommsen* 18 perennis *G* 20 tendes *G* conpetitur *G* 22 inludes *G* 23 et] *G*, siti *coni. Mommsen* 25 inextinguibilis ignis *G* 26 ineluctabilis *G* 27 macula ei inuisibilis *G* 28 labore] re *sublata*, bore *m. rec. add. G* illa] *G*, illic *Canisius* 32 domnam *G* debā occultu *G* 33 magnificandum *G* 34 denictissime *G*

Digitized by Google

G

IV.

DOMINO BEATISSIMO ET SUMMO MIHI HONORE ANTE OMNES SINGULARITER EXCOLENDO FRATRI RURICIO EPISCOPO FAUSTUS.

1 Tanta mihi de animi vestri benignitate fiducia est, ut ex eius fonte purissimo non iam solus haurire contentus sim, sed alios quoque, qui eius usu mecum reficiantur, invitem; praesertim cum prorogata huius largitas in lucrum transeat largientis eiusque bono ita muneretur accipiens, ut non minoretur impertiens et in morem fenoris sui crescat expensis, domine beatissime et summo mihi honore ante omnes singulariter
2 excolende. his itaque caritatis inexsolubilem pensionem, quo solventis magis census dilatetur, exhibeo et materiam boni operis ingerere pro laborantum commendatione praesumo, quia insinuationem meam ad fructum vestrum pertinere confido, et ideo misericordiam, quam miseris ecclesiastica praebere consuevit humanitas, harum porti-
3 tori, qui in Lugdunensi pertulit captivitatem, negare non potui. utinam tam possit prompta esse fidelium largitas, quam huius nimis manifesta necessitas est! et quia in se aliquatenus absolutus, in uxoris vel filiorum tenetur servitute captivus, praelatis officiis, quaeso, ut morem benignitatis vestrae etiam in huius consolatione teneatis et
4 apud antepositos, quo poposcerit, litteris prosequaris. conservi mei, praecipue admirator vester frater meus presbyter Memorius mecum reverentissime sospitant. dominus deus noster memorem mei piam beatitudinem vestram ecclesiae suae profectibus felici longaevitate conservet, domine beatissime et summo mihi honore ante omnes singulariter excolende frater.

V.

DOMINO BEATISSIMO, DEBITA PIETATE SUSPICIENDO ATQUE APOSTOLICA SEDE DIGNISSIMO FRATRI RURICIO EPISCOPO FAUSTUS.

1 Gratias ad vos, dum vobis de patria scribimus, qui nobis patriam in peregrinatione fecistis. qui indefessa liberalitate patriae desideria temperastis, vim quandam divinae iustitiae succedentibus sibi beneficiis inferentes, ut quod intulerat ad castigationem converteret ad honorem, conferret ad consolationem, mutaret ad requiem, merita vestra praetermitteret, ut nostra cumularet, debita obliviscens et lucra nostra multiplicans: apud utrasque partes magnitudinem suae bonitatis exercens, nos vestro
2 locupletaret obsequio, vos nostro ditaret exsilio. unde factum est, ut iam in praesenti benedictionem futurorum impatiens dispensaret et fidelissimum famulum suum super candelabrum domus suae, cooperante misericordia, iustitia, sinceritate, continentia,
3 benignitate, id est domesticis suffragatoribus, sublimaret. ecce quali pretio Ruricius meus summum sacerdotium comparavit. unde emit ipsum est quod emit, et testibus propriis acclamantibus, in se honoris causas refuga honoris exhibuit. tantum itaque
4 munus scit in Christi nomine custodire qui scivit adquirere. harum autem portitorem sanctum presbyterum Florentium mihi iam diu cognitum et exemplis magistri et morum floribus adornatum, quoniam pro germanae suae absolutione peregrinatur, insinuo, qui
5 mihi opportuna gratus mediator ingessit. omnem domum vestram, seniores cum

---

1 IV] *in mg. minio scr. G* 6 inuicem *G* 7 fenoris] f *sublata*, fe *m. rec. add. G* 10 dilatur *G* 11 quia] *Mommsen*, quia si *G* 13 tam] pramptaes *G* 15 aliquitenus *G* uxores *G* tenentur *G* captiuos *G* praelatis] *cf. supra p. 269, l. 29* 17 poposcerit] *Mommsen*, poposcerint *G* conserui mei] *scripsi, cf. infra p. 271, l. 1*, conseruũ ei *G* 18 dominus] *Canisius*, dn̄o *G* 22 V] *in mg. minio scr. G* 25 gratius *G* dum uobis] *m. rec. restauravit G* 27 succidentibus G inferentis *G* 29 uestra] nostra *G* nostra] uestra *G* nostra] uestra *G* 30 uestro] st *s. l. G* 34 benignitatẽ *G* 39 quo *G* peregrinantur *G* 40 opportuna] *scripsi*, oportunã *G*: facultatem *forte desideratur* gratus] *G* mediatur *G* nostram *G*

Digitized by Google

iunioribus, paterno sospitamus affectu. conservi mei, debitores et admiratores vestri *G*
mecum reverentissime sospitant. dominus noster magnificandam mihi beatitudinem 6
tuam ecclesiae suae profectibus nostrisque gaudiis perfecta longaevitate conservet,
domine beatissime, debita pietate suspiciende atque apostolica sede dignissime frater.

VI.

DOMINO RELIGIONIS HONORE SUBLIMI AC FIDEI MERITIS MAGNIFICANDO FILIO RURICIO GRAECUS.

Gratias domino, quod fidei vestrae meritum sicut proficit devotione, ita crescit 1
et opere. laborantium necessitates sollicitudine praevenis, benignitate foves, humanitate sustentas. his enim rebus iuxta apostolum spiritu ferventes, domino servientes, spe gaudentes, divinas vobis aeterne retributiones adquiritis. sed in 2
sublimitate vestra ista non nova sunt, quia animus vester sicut plenus est dei timore, ita plenus est caritate: caritate, inquam, quae sola usu proficit et largiendo succrescit, expensam sciens et detrimenta non sentiens. dum enim dependitur, non expenditur, 3
sed magis, dum prorogatur, augetur; eiusque gratia ita muneratur percipiens, ut non minoretur impertiens, quae ad similitudinem divinitatis dat quod habet habetque quod dederit.

VII.

DOMINO BEATISSIMO AC REVERENTISSIMO ATQUE A ME DEBITO CULTU SINGULARITER OBSERVANDO IN CHRISTO PATRONO RURICIO EPISCOPO VICTORINUS.

Cum beatitudinem vestram videre et brevissimo tempore et una tantum vice 1
meruero, ita tamen ad primum vestrae agnitionis contemplationisque congressum sensus meos fonte purissimo benigni pectoris irrigastis, ut, quamlibet alloquiorum vestrorum munera pretiosa non capiam, praesentiam tamen vestram intra mentis profunda possideam; ut, etsi causas desiderii refovendi extrinsecus non accipiam, intra me eas tamen, dum gratiae vestrae reminiscor, inveniam. neque enim fas est, ut 2
bonum illud ex accidentibus tantum requirat adiutoriis incrementum, quod medullis constat infusum. quo fit, ut caritas, quae in visceribus meis iugi recordatione vestri 3
innovata dulcescit, caritatis mihi vestrae vicissitudinem repromittat. ac sic affectus erga vos meus vestri mihi animi fideiussor accedit et quodammodo conscientia interioris mei mutuo mihi vestrae testis dilectionis assistit; quantumque mihi de vobis praesumere debeam, mentem meam, quae toto erga vos amoris ardore flagrat, interrogo. unde salutationem deferens et intercessionem deposcens pro harum portitore 4
insufficientes gratias refero. et quia infelicis ipsius laborem, quo pro absolutione uxoris per diversarum regionum est iactatus exsilia, mors redemptae protinus subsecuta cassavit et nunc rursus pro filiae redemptione anxietas paterna distenditur, vestris

---

10 Rom. XII, 11. 12.

1 paternos *G* 3 longeuitae *G* 5 VI] *in mg. minio scr. G* 9 operi *G* 11 aeternae *G* 13 qua *G* 15 ut] *scripsi*, et *G* 16 habet] *om. G* 18 VII] *in mg. minio scr. G* 20 debit occultu *G* obsordo *G* 21 uicturinus *G* 22 et] ut *G* 24 sensos *G* sensus — 26 possideam] *Ruricius in ep. II, 9 exscripsit* benigno *G* irrigastis] *Ruricius II, 9*, ingastis *G*, intrastis *Canisius* 28 accedentibus *G* incremantium *G* 29 quo] quod *G* quo — 34 unde] *Ruricius in ep. II, 9 et II, 52 exscripsit* 35 et] *G*, ut *coni. Mommsen* infelices *G* ablutione *G*

Digitized by Google

G 5 eum litteris prosequi pro cumulanda mercedis vestrae ubertate iubeatis. pius dominus reverendam mihi beatitudinem vestram ad profectum et ornatum ecclesiae suae et annis multiplicare dignetur et meritis, domine beatissime ac reverentissime atque a me debito cultu singulariter observande in Christo patrone.

VIII.

DOMINO SANCTO AC BEATISSIMO ET OMNI MIHI CULTU ATQUE HONORE VENERANDO PATRI ET IN CHRISTO DOMINO PATRONO RURICIO EPISCOPO TURENTIUS.

1 Litterae sanctitatis vestrae me spiritali cibo pastum incitaverunt ad spem futurorum et verba prophetica claritate radiantia ad discutiendas errorum tenebras 2 purissima luce fulserunt. recognosco plenum caritatis affectum et sinceritatem piae castigationis amplector: eloquentiam in verbis, in exemplis perfectionem, in consilio gratiam, in officio indulgentiam, in veritate constantiam, in admonitione veritatem, 3 scientiam probatis in dogmate. vos antiquos scripturarum interpretes et divinorum voluminum tractatores, veneranda mihi nomina, Cyprianum, Augustinum, Hilarium, Ambrosium rettulistis, alios facundiae flore vernantes, alios et in revelandis occultioribus spiritales, alios mulcendis imperitorum sensibus blandientes, alios in fidei asser- 4 tione pugnantes. praeteritae calumniamur aetati, quod viros illos admiratione dignissimos haec saecula non tulerunt: pro certo doctrinam iunioris ambierant qui ante 5 docuerunt. ego autem aetatem meam non de canentium putamine capillorum nec, sicut beatitudo vestra de saeculari auctore mutuata est, de colore barbae albentis agnosco, cum, etiamsi esset error in computo, senescentis annos de torpore membrorum 6 per morbi incrementa sentirem. sed omnium precum humilitate deposco, ut pro correctione morum meorum, pro inspirando mihi desiderio paenitendi, pro domini nostri propitiatione in sanctis vestris orationibus supplicetis, ut qui ad vitandum proclive illius viae in perniciosa vergentis erectum et cum labore gradiendum iter ostenditis, et ingressum boni operis et piae emendationis obtineatis effectum non in verbere 7 disciplinae, sed in indulgentiae medicina et misericordiae lenitate. hanc quoque vobis conferte mercedem: debetis enim fenus domino de thesauro, qui fidei vestrae traditus 8 et a vobis illo commendante susceptus est. adquirite desperantes, arguite neglegentes, deditos somno ignavae securitatis excutite, resides excitate. decet ovem perditam in umeris suis bonum reportare pastorem et munitioribus caulis eas quibus lupus 9 insidiatur includere. sanctum Augustinum, sicut iusseratis, inveni, quem cum filio communi Rustico presbytero esse credebam. operae pretium est, ut admiremini studium meum, quod qui quae opuscula contineret hucusque nescivi sane capitulatim iam librum 10 traditurus inspexi. chartaceus liber est et ad ferendum iniuriam parum fortis, quia citius charta, sicut nostis, vetustate consumitur; legite, si iubetis, atque transcribite. 11 et spero, ut, postquam vobis bene cognitus fuerit, ad me, cui est incognitus, remittatur, quia corrigere neglegentiam meam frequentata membranae ipsius lectione dispono. ora pro me.

---

2 reuertendam *G* 3 anni *G* 5 VIII] *in mg. scr. G: Ruricius respondit II, 17* 8 *utrum* Turentius *an* Taurentius *scriptum sit, discerni nequit G* 14 probatis] *tolli cult Mommsen* interpretis *G* 15 tractares *G* a (u *s. l. G*[1]) gustinum *G* hylarium *G* 16 rettulistis] r&tulistis (*corr.* r&tulistis) *G*, sed et illustres *Canisius* 17 fide *G* 18 preteritate *G* 21 auctore] *nescio quo* 22 de torpore] *scripsi*, decorpore *G*, decrepitos *Canisius* 26 uergentes *G* 27 uerbere] ueruere *G*, fervore *Canisius* 30 commendam *G* arguete *G* 31 securitates *G* resides] *G*, desides *Canisius* 35 qui quae] q *G* 37 iubetis] *G* 38 a *G*

Digitized by Google

IX. G

DOMINO SANCTO AC BEATISSIMO ET APOSTOLICA REVERENTIA SUSPICIENDO PAPAE RURICIO SEDATUS.

Satis credidi et, quamlibet vobis laboriosum esset, vehementer optavi, ut ad 1
necessitatem istam, quae hic nos exhibuit, veniretis vel per occasionem et benedictionem vestram mererer et desiderium commune mutuo satiaretur aspectu; et vere, posteaquam me praesentiae vestrae spes frustrata est, velut de votorum culmine deiectus, ... et laborem qui incubuit et absentiam domus et omnia quibus aegritudo deceptae spei et anxietas cumulatur in animum meum pariter convenerunt. et scit dominus, 2
quod si vires suppeterent aut parere desideriis aetatis infirmitas pateretur aut si essent animalia, quibus tantum tali tempore posset itineris expediri, non prius ego a Tolosa reverterer, quam beatitudinis vestrae et singularis illius caritatis benedictionem desideratissimam promererer. sed quia haec quae supra dicta sunt desideriis obsistunt, 3
rogo et per Christum vos adiuro, ut me vobis vestra semper pietas repraesentet, nec patiamini, ut pro officiorum tarditate caritatem imminuat aut offuscet oblivio, sed pro me, sicut facere vos certus sum, incessanter oretis et, quotiens opportunum fuerit, servum vestrum per colloquia litterarum visitare dignemini.

X.

DOMINO SANCTO AC BEATISSIMO ET APOSTOLICA REVERENTIA SUSPICIENDO PAPAE ET MEO SPECIALI APUD DOMINUM PATRONO RURICIO SEDATUS.

Refecit me filius noster, salutem salutationemque tuam nuntians, per quem ego 1
quas non merui litteras dedi, ex hoc desiderio meo satisfaciens, si vel officii ad vos pagina perveniret. saluto itaque plurimum et rogo per illam caritatem quae mihi 2
affectum dignationemque tuam nuntiat, ne te pigeat, quotiens opportunum, servum tuum litterarum munere visitare, quia testor deum, quod post praesentiam tuam nihil mihi dulcius est, quam si colloquium desiderantissimae pietatis vel litterarum dignatione meruero. rogo etiam et omni prece deposco, ut pro me, sicut facere vos certus sum, 3
sine cessatione intercedere et orare dignemini. filios nostros et venerans et desiderans saluto.

XI.

DOMINO SANCTO, MERITIS BEATISSIMO, PAPAE HONORIS CULTU SUSPICIENDO ATQUE APOSTOLICO PATRI, DOMINO RURICIO EPISCOPO EUFRASIUS.

Postquam taediosam pietatem vestram esse tenui rumore cognovi, Sicharium baiulum 1
destinavi, ut anxietatem meam de acerbitate nuntii celeriter relevetis, quia scit divina pietas, quod et tristitiam et infirmitatem vestram non compatientis, sed perferentis

---

1 IX] *in mg. scr. G: Sedato respondit Ruricius II, 35, Ruricio Sedatus infra nr. XIII* 3 suspiciendo] *scripsi*, suscipiendo *G* 4 quamlibet] *scripsi*, quam habet *G*, quam habere iter *Canisius* 7 frustata *G* 8 odi *vel* fastidio *desideratur* asententiā *G* 10 aetates *G* 11 itineres *G* tholosa, *s. l.* h *G* 12 beatitudines *G* 18 X] *in mg. scriptum fere evanuit G* 20 suspiciendo] *scripsi*, suscipiendo *G* 23 litteras. Dedi ex hoc *distinguit G: scribas* litteras accepi et has reddidi 31 XI] *in mg. scr. G: Ruricius II, 22 respondit* 33 domno *G* 35 postquam] *scripsi*, P, *cetera evanuerunt G* tenue *G* sicharium] *scripsi*, sed harum *G* 37 perferentes *G*

Digitized by Google

G 2 dolore participo. sic ita concedat divina miseratio, ut mihi per multos annos exterioris vestri vigorem et alacritatem integrae sanitatis indulgeat, quia vere tunc reparatum esse me sentio, si de sospitate vestra celerius optata cognovero.

XII.

DOMINO SANCTO, MERITISSIMO, IN CHRISTI LUMINARIA PRAEFERENDO ET PLURIMUM IN CHRISTO DESIDERANDO, PIISSIMO DOMINO RURICIO EPISCOPO CAESARIUS EPISCOPUS.

1 Dum nimium tribularetur animus meus, quare ad synodum vestram praesentiam non meruimus obtinere, sanctus et dominus meus Verus episcopus mihi dignatus est dicere, quod per suum diaconum mihi Agate vestras litteras destinasset, quas ego nescio quo casu aut qua neglegentia me non retineo suscepisse. sed tamen sancto et domino meo fratri vestro certissime credo et malo hoc portitoris neglegentiae im-
2 putare. sed licet sanctos et desiderabiles vestros apices miseritis, tamen sicut ipsi optime nostis, dignissimum fuerat, ut personam dirigeretis, quae ad vicem vestram
3 subscriberet et quod sancti fratres vestri statuerunt in persona vestra firmaretur. sed quia novi, quam sancto et frequenti ac pio desiderio interesse volueritis, omnibus fratribus vestris votum vestrum et sanctam voluntatem exposui, pro qua re nihil
4 pietati vestrae vel potuimus vel debuimus imputare. sed licet desiderabilem vestram praesentiam non habuerimus, orationum tamen vestrarum suffragia nos meruisse persensimus. et ideo his datis saluto plurimum affectu et honore quo dignum est et rogo, ut me sanctis et inlustribus precibus simul ac meritis domino commendetis.
5 simulque indico pietati vestrae, ut, quia filius vester Eudomius, si potuerit hoc elaborare, desiderat, et superveniente anno Tolosae synodum Christo propitio habeamus, ubi etiam, si potuerit, Hispanos vult episcopos convenire. et ideo orate, ut tam sancto
6 desiderio suo dominus tribuere dignaretur effectum. sanctum vero et dulcissimum fratrem meum Capillutum presbyterum amatorem et praedicatorem vestrum vestrae sanctimoniae quanta valeo insinuatione commendo et pro ipso vobis ingentes et uberes gratias ago, quia, quantum ipse asseruit, tantum se circa illum impendit pia et sincera
7 benevolentia vestra, ut hoc nullus hominum possit exponere. nunc ergo, quia pro vestro desiderio aestuans pietatem vestram expetiit, dignum iudicavi, ut per ipsum humilitatis meae litteras destinarem, quo remeante, si Christus adnuerit, apices vestros quasi caeleste munus desidero promereri. ora pro me.

XIII.

DOMINO SANCTO AC BEATISSIMO ET APOSTOLICA REVERENTIA SUSPICIENDO DOMINO ET PATRONO RURICIO EPISCOPO SEDATUS EPISCOPUS.

1 Equum quem per fratrem nostrum presbyterum transmisistis accepi, magnificis verborum vestrorum phaleris honoratum, in via vilem, in epistula pretiosum, moventem

---

4 XII] *h. l. epistulae Fausti nr. XX et XV insertae sunt G: Caesario Ruricius ep. II, 33 respondit* 7 domno *G* cesarius *G* 9 domnus *G* uerus episcopus] *Turonensis scil.* 10 diaconum] *Leonem, cf. Conc. Gall. ed. Maurin. I, p. 798* 12 domno *G* mallo *G* 15 fratris *G* 20 datis] *G*, dictis *Canisius* 22 ut] et *G* 23 et] ut *G* tholosa *G* 24 hispanus G^1, *corr.* G^1 tam̄ *G* 25 affectum *G* 30 expetit *coni. Mommsen* 32 desiderio *G* 33 XIII] *ad Sedatum Ruricius ep. II, 35 cum caballo miserat* 35 suspiciendo] *scripsi*, suscipiendo *G* domno *G* patrono] *scripsi*, papae *G* 37 sequum *G* 38 faleris honeratum *G*

Digitized by Google

se, cum foditur calcaribus aut urgetur verberibus, et nihil penitus promoventem, forma *G*
deterrimum, colore vilissimum, molliorem plumis, statuis pigriorem, solida corpora
pavescentem, umbras solum, ut credo, de consuetudine non timentem, fugitivum, cum
dimittitur, immobilem, cum sedetur, in planis stantem, in asperis corruentem; qui
5 teneri nesciat, ambulare non possit; quem priusquam viderem, dum epistulas vestras
relego, illorum de gente esse credidi.

quos daedala Circe
supposita de matre nothos furata creavit.

Putabam illum calidum animis, acrem cursibus, ignem, cum exhiberetur, elatis 2
10 naribus efflaturum, concussurum solido cornu campos, celeritate ventos et flumina
praecursurum. talem enim mihi splendidissimus epistulae sermo promiserat. credebam
etiam, quod illum mandentem frenos, terentem morsibus ferrum duo fortiores viri, ne
evaderet, retinerent. nec me fefellit, nam trahebant eum aliquot, impingebant alii 3
et plures caedebant. quem ut sic exhibitum vidi, optavi, ut talia qualia erant, non
15 qualia epistula mea continet, semper caris vestris munera mitteretis. ego tamen, quia 4
mihi non reliquistis in transmissi muneris laude quod dicerem, ne omnino . . . . . .

XIV. *CP*

DOMINO PATRI PARITER ET PATRONO FAUSTO PAPAE PAULINUS.

Scribere vobis hinc retinet metus, inde compellit affectus atque inter utrumque 1
20 ita mens incerta iactatur, veluti cum temerarius nauta dubiae committit vela fortunae.
sed ego qui in te certum habeo portum assumo mihi saepe incerti cursus eventum;
elegi tamen, ut potius fastidium generem quam reatum: agnovi enim optime, quod
epistulas meas sine fastu dominus meus Faustus excipiat. sed quia dominus meus 2
Marinus eremita, vir sanctus et nimia districtione metuendus, tantum mihi indixit
25 grandi severitate timorem, percontator accedo: sum peccatis carnalibus involutus, omnia
quaecumque potest criminosus exerceo, cum diem humanae sortis implevero, paeni-
tentiam sum subitam consecutus? si excludat pro parte peccatum an ad integrum, 3
opto cognoscere. aut si unitam credentes trinitatem perpetuis poenis atque cruciatibus,
flammis tormentisque omnibus pro corporalibus vitiis non peccantes in spiritu torquean-
30 tur. mea haec sententia est, quod, si omnia haec Christianus excipiat, nihil amplius
suscipere valeat Arrianus. aut utrum anima vinculo seclusa corporeo, custodia aliqua

---

7 Verg. Aen. VII, 282. 283.

1 et] ex *G* promouentem] se cum foditur — ex nihil paenitus promouentem *repetita sunt G* 2 status *G* 3 fugitium *G* 8 notus *G* 9 potabam *G* callidum *G* 10 campus G^1 uentus *G* 12 mandantem G^1, mandentem G^2 frenus G^1 erentem *G* 13 aliquod *G* 14 ut] ad *G* 16 munere *G* omnino] *sequuntur* quique etiam — capillos uale, *ex epistula Sidonii II, 1, supra p. 21, l. 5 — p. 22, l. 7, petita. Re vera in archetypo epistulae ad Ruricium datae aliquot Sidonianae excipiebant, e quibus 27 in tabula codici praefixa recensentur hae: III, 2. 8. 10. IV, 21* (alia sidonii ad asperum = *MCP*). *23. 25. V, 2. 4. 7. 15. 16. VI, 12. VII, 1. 4. 9. VIII, 11. IX, 11. VI, 10. VII, 1. 5. 13. VIII, 10. 12* (? alia sidonii ad gothum). *IX, 8. 7. 9. 12. G* 17 XIV] *lemma ferunt:* incipit epistula paulini ad faustum epūm *C*, LXX incipit epistola paulini ad faustum *P*: *Paulino Faustus respondit, infra ep. XV* 18 pariter] *C, om. P* 19 conpellet *P* 20 committet *P* 22 genere *P* optimae *C* 23 faustu *P* domnus *semper (C)P* 24 distrinctione *P* tanta *P* 25 seueritatē *(C)P* percontatur *(C)P* accedo — inuolutus] *om. P* 26 diē *P* 29 pro] *om. C* 30 mea — 31 Arrianus] *Hincmarus locum in libro de praedestinatione c. 35 (Migne, Patrologia lat. CXXV, p. 372) citavit = H* xpianus *P* excipiet *H* amplius *C, om. PH* 31 arrianos *P* aliqua mascipetur *C*, alia quā acipetur *P*

Digitized by Google

CP 4 mancipetur, an carcere clausa teneatur. aut utrum inter auras incerta iactetur. et quia scio, quod in ea hora omnis cogitatio perit, si admittis, dignanter interrogo, utrum et bona et mala cogitatio de anima, quae probatur immortalis esse, descendat, an aliqui sensus intellectusque servetur, aut utrum aliquid de honesto sentit affectu. 5 et quia bonis scimus universa concedi, ut etiam ampliora vivis possint praestare post mortem, malis quid aut detur aut adimatur, agnoscam. aut ipsa anima corporea an 6 incorporea melius vocetur, edocear. et quia caro infirma est, spiritus autem promptus, quam peccati communionem anima pro corporali errore suscipiat, scire ignarus exopto. aut quae est immortalis quomodo pro mortalibus vitiis torqueatur, vel utrum anima et 7 spiritus idem sint, aut quomodo segregentur, agnoscam. nam praedictus vir ita me sub sacramenti etiam interpositione conterruit, quod qui corporalibus vitiis succumberet nullam possit veniam promereri, sed in hisdem servetur ipsa resurrectione suppliciis nec possit expiare infernalibus tormentis quae corporalibus vitiis concreta 8 contraxerat. tamen ita miserrimus credo, quod qui semel susceptum signum divini nominis et infixum fronti character domini nostri numquam mali sibi conscius vel subdolus falsator infregerit, susceptis leviter pro expiando errore tormentis, purum 9 aerium sensum et simplicis animae ignem die consumpta producat. nam si universa haec quae interminatur dominus meus Marinus excipimus peccatores, quid maius 10 impii mereantur ignoro. da veniam, quod pietati vestrae iniuriam moveo, dum doceri a magistro veterano novus quandoque discipulus futurus exopto.

XV.

GP DOMINO INSIGNI ET SUMMO MIHI HONORE SPECIALITER EXCOLENDO PAULINO FILIO FAUSTUS.

1 Admiranda mihi semper tuarum pagina litterarum nunc abundantius gemina eloquii ac fidei luce praefulsit, dum super statu animae rogitat et timore sollicito 2 iudicia futura suspirat. ait quodam loco sermo divinus: recte interroganti sapientia reputabitur. quaedam enim scientiae portio est scire quid nescias, ut ea quae igno- 3 ranter non intellegas prudenter inquiras. primo loco inquirendum putasti, utrum, incumbentibus extremae necessitatis angustiis, momentanea paenitentia capitales con- 4 sumere possit offensas. ipse sibi inimica persuasione mentitur, qui maculas longa aetate contractas subitis et iam inutilibus abolendas gemitibus arbitratur: quo tempore

---

28 Ep. Paulini nr. XIV § 2.

1 an] aut *coni. Mommsen* inter auras] *C*, in aura *P* iactatur *P* 2 omnes *P* admittetis *P* 4 dehonestū sentet affectū *P* 5 possent. *P* 6 adimatur] *C et ep. XV*, dabitur *P* an incorporea] *om. P* 8 communione *P* corporale *P* scire — 19 ignoro] *Hincmarus locum attulit in libro de praedestinatione c. 35 = H* 9 aut] ut *H* inmorlitas *P* uitiis] anima *add. H* torqueator *(C)P* et] *om. P* 10 uir] *om. P*, marinus *add. H* 11 sacramenta *P* obcūberit *P*, occubuerit *H* 12 posset *P* promerire *P* 13 supplicis *P* posset *P* expiari *CH* quae] *Mommsen*, quod *(C)PH* uitiis] *C*, diuiciis *P*, diu vitiis *H* 15 fronte *H* malis ibi *P* 16 falsatur *C* infrigeret. *P*, infringet *H* 17 die] *scripsi*, dies *(C)P*, diu *H probante Mommseno* 18 qui *P* dominos meos *P* excipemus *P*, excipiemus *H* peccatores] *PH, om. C, adest in ep. XV* magis *P* 19 pietate *P* dociri *C*, docere *P* 20 ueterano] *C*, uenori *P* discipulis *P* exopto] explicit *add. P* 21 XV] LXXI *P: Faustus ad ep. XIV Paulini respondet, cf. epistulam Aviti ad Gundobadum datam (ed. Peiper p. 29):* et quia legistis consulenti cuidam Paulino Burdegalensi ab episcopo supradicti nominis *(Fausto scil.)* fuisse responsum: cuius temporibus Paulinus quidam (deus uiderit, utrum is quem memoratis, tamen Burdegalensis) non pauca stilo catholico et inreprehensibili fide conscripsit: praefati haeretici mentionem idcirco praemisi, ne Manichaei ipsius Fausti opus infaustum citeriorem hunc, quem etiam gloria nostra nouerat, ortu Britannum habitaculo Regiensem, titulo nominis accusaret 22 DOMINO — 23 FAUSTUS] *G*, incipit epistola sci fausti (faustus P^1) ad benedictum paulinum *P* 24 geminae eloqui *G* 25 ac] et *(P)* et] *om. P* 26 diuinos *P* interrogante *P* 27 ut] *scripsi*, et *codd.* q *G* 28 intelleas *P* inquaerendo *P* utrum] *G*, si *(P)* 29 capitalis *(P)* consumere — 30 sibi] *G, om. (P)* 31 abolenda *P*

Digitized by Google

confessio esse potest, satisfactio esse non potest. nam quia deus non irridetur, *GP*
ipse se decepit qui morti multis temporibus vixit et ad quaerendam vitam iam semi-
vivus assurgit, ut tunc officiosus appareat, quando dominicae servituti omnia corporis
et animae subtrahuntur officia. circa exsequendam interioris hominis sanitatem non 5
5 sola accipiendi voluntas, sed agendi exspectatur utilitas. ita enim legimus: si, inquit,
peccator paenitentiam egerit pro peccatis suis (egerit memoravit, non
solum dixit acceperit), in sua, inquit, iustitia quam operatus est vivit.
advertis, quod huiusmodi medicina sicut ore poscenda, ita opere consummanda est; 6
insultare deo videtur qui illo tempore ad medicum noluit venire quo potuit et illo
10 tunc incipit velle quo non potest. opus itaque est, ut quanta in peccando fuit abruptae
et vegetae ad malum mentis intentio, tanta sit in vulnerum curatione devotio. secundo 7
quaesisti loco, utrum sola sufficiat ad salutem unitae scientia trinitatis. in rebus
dei non solum credendi ratio requiritur sed placendi. fides ergo nuda meritis 8
inanis et vacua est, sicut apostolus dicit: quid prodest, si fidem quis dicat se
15 habere, opera autem non habeat? numquid potest fides servare eum?
sequitur enim et dicit: fides si non habeat opera, mortua est in semet ipsa.
sed dicit quis: tu fidem habes et ego opera habeo; ostende mihi fidem
tuam sine operibus et ego ostendam tibi ex operibus fidem meam.
secundum haec sufficere per se sola credulitas non probatur. nam dum scire et 9
20 credere etiam diabolus invenitur, sicut idem apostolus dicit: tu credis, quoniam
unus est deus; bene facis, nam et daemones credunt et contremiscunt.
vis autem scire, o homo inanis, quoniam fides sine operibus mortua
est? Abraham pater noster nonne ex operibus iustificatus est? et ne 10
spem nostram in sola fidei parte ponamus, ita conclusit: sicut enim corpus sine
25 spiritu mortuum est, ita et fides sine operibus mortua est, sine quibus
inanem esse hominem dixit. multum similium testimoniorum studio brevitatis omittimus.
apostolus Paulus, de cuius pectore quasi de templo suo dominus loquebatur, numquid 11
solam fidem sibi iudicavit ad superanda mundi mala posse competere, ita dicens:
castigo corpus meum et in servitutem redigo, ne forte, cum aliis prae-
30 dicavero, ipse reprobus efficiar? ecce per vitia corporis reprobus fieri metuit; 12
iam probatus per mortifera carnalium contagia passionum vas contumeliae fieri per-
timescit, qui iam vas electionis effectus est! videamus, si vitae suae prodigum fides 13
sola defendat et baptizatus, ut dicis, iam perire non possit. agnosce, quomodo mala
carnalia alienum a deo faciant obscaenarum mancipium voluptatum. ad Galatas ait 14
35 apostolus: manifesta sunt opera carnis, quae sunt fornicatio, immunditia,
luxuria, homicidia, ebrietates, comisationes et his similia, quoniam
qui talia agunt regnum dei non consequentur. ait ad Ephesios: omnis

---

1 Galat. VI, 7. 5 Ezech. XVIII, 21. 22. 12 Ep. Paulini nr. XIV § 3. 14 Iac. II, 14. 16 Iac. II, 17. 18. 20 Iac. II, 19—21. 24 Iac. II, 26. 29 I. Cor. IX, 27. 32 Act. IX, 15. 35 Galat. V, 19—21. 37 Eph. V, 5.

1 ridetur *G* 2 morte *P* 3 adsurget *P* seruitate *G* corpores *P* 4 interiores *P* 5 solum *(P)* 7 inquit] *om. G* 10 nunc *G* quando *P* peccato G^1, *corr.* G^1 11 mentes *P* secundum *P* 12 proficeat *P* unitae] *P cum ep. Paulini*, fides et unitate *G* trinitates *P* 13 di. *G* requiretur *P* se *G* fidei *P* 14 prod. est, *ras.* o *P* 15 fides] *om. P* 16 operam *GP* 21 et] *om. G* 22 mortua — 23 operibus] *in mg. inf. add.* P^1 23 habraham *P* 26 braeuitates omittemus *P* 27 pec..tore, *ras.* ca *P* 29 corpus meum castigo *(P)* 30 effiar *P* corpores P^1 fieri metuit iam] G^2, fierim & uitiam? G^1, fieri pertimescit iam *(P)* 31 mortiferam *P* contagilia *P* pertimiscit *G*, metuit *(P)* 32 quia iam *G*, quiaam *P* electiones *P* prodigo *P* 33 baptizatos *G* posse *GP* 34 alienum dm̄ faciunt *G* galathas *G* 35 carnes *P* 36 homicia *P* ebrietatis *G* 37 aguntur *G* consequentur *P* ait] *G*, item *(P)* ephesius omnes fornicatur *P*

Digitized by Google

GP fornicator aut immundus aut avarus, quod est idolorum servitus, non
15 habebit hereditatem in regno Christi et dei. idolis, inquit, serviens — quando
aliquid illa cupiditate diligitur, qua deus diligi debet, affectus huiusmodi idolis com-
paratur, — hic sine dubio exclusus a regno inferno et morti est mancipatus; multos
autem baptizatos salva fide diversis generibus in aeternum perire manifestum est.
16 arguit sermo divinus non transgressores fidei, non baptismi violatores, sed eos qui
misericordes esse neglexerunt, dicens: iudicium sine misericordia ei qui non
fecit misericordiam. et iterum: esurivi et non dedistis mihi manducare;
sitivi et non dedistis mihi bibere; hospes eram et non collegistis me;
17 nudus et non operuistis me. si hic sinistri gregis numerus donum baptismatis
ignorasset, infidelitatem eis et impietatem primitus obiecisset; sed baptizatos licet, ab
operibus tamen bonis vacuos morti deputat et flammis perennibus derelinquit et
18 severitatem sententiae ita concludit: discedite, inquit, a me, maledicti, in ignem
aeternum, qui paratus est diabolo et angelis eius; et rursum: triticum con-
gregavit in horreum suum, paleas autem comburet igni inexstinguibili.
similiter hi, inquam, ibunt in vitam aeternam, illi vero in supplicium
19 aeternum. inter haec videat quisque, ne mendacem arguat deum de pollicitatione
praemii, qui dubitat de aeternitate supplicii. non ita est; nam qui novit honorare
20 merita, novit punire peccata. tria itaque haec capitalia: sacrilegium, adulterium,
homicidium, nisi hic perfectae paenitentiae fuerint expiata remediis, perennibus illuc
concremabuntur incendiis. hos itaque immisericordes a fide et baptismo non legimus
21 declinasse, sed perpetuam mortem divina cognoscimus auctoritate meruisse. ex hoc
etiam animum tuum provida in posterum cura sollicitat, utrum animae exutae corpore
22 sentiendi et intellegendi vigorem affectumque non exuant. interrogemus divitem illum
in evangelio non inter auras, ut poetarum deliramenta asserunt, oberrantem, sed in
inferni carcere ex illorum numero, qui inclusi poenam exspectant, inter flammas con-
scientiae ante diem iudicii constitutum, pro fratrum, qui adhuc in hoc mundo positi
erant, emendatione sollicitum, colloquia cum Abraham per interiectum chaos vasti-
simum sedula obsecratione miscentem et vivaci germanorum recordatione pulsatum,
ita pro viventibus supplicasse: rogo te, inquam, pater Abraham, ut mittas
Lazarum in domum patris mei; habeo enim quinque fratres, ut testetur
illis, ne et ipsi veniant in hunc locum tormentorum, et si quis ex mortuis
23 ierit ad eos, paenitentiam agent. ecce inferni ergastulo carceratus, nullum iam
de se habens remedium, tamen antiquum circa suos servat affectum; et dum damnatus
pro peccatoribus rogat, magnam intra paradisi nemora respirantibus iustis pro carorum
24 suorum commodis curam esse demonstrat. quod autem requiris, quid malis post
finem aut detur aut adimatur, iniquis, de quibus legitur: desiderium pecca-

---

7 Iac. II, 13. 8 Matth. XXV, 42. 43. 13 Matth. XXV, 41. 14 Matth. III, 12. 16 Matth. XXV, 46. 23 Ep. Paulini nr. XIV § 4. 30 Luc. XVI, 27. 28. 30. 36 Ep. Paulini nr. XIV § 5. 37 Ps. CXI, 10.

2 idolis — 4 comparatur hic] *G, om. P probante Mommseno* 3 quam *G* 4 morte *P* mancipandos *P* multus — 5 baptizatus *P* 6 eos] *om. G* 7 misericordis *P* neclexerint *P* iudice *P* misericordiae *P* ei] et *P* 8 fecerit *G* misericordia *P* 9 hospis fui *G* collegistis me] collegistis *P* 10 domum *G* 11 promitus *G* baptizatus — 12 uacuus *P* 12 mote *P* 14 quia *P* preparatus *G* 15 conburit *P* igne *(P)* inextinguibile *P* 16 hi] *om. P* suppliciū *P*, ignem *G* 18 quid dubitat *P* 19 ponere *G*, ponire *P* 21 inmisericordis *P* leges *P* 22 cognoscemus *P* auctoritatē *P* 23 posterum] *G*, futurum *(P)* 24 illo ex euangeliū *P* 25 inter auras] *ep. Paulini nr. XIV § 3*, in tercuras *G*, in terras auras *P* doleramenta *P* in] *om. P* 26 carcerem *G* inclausi *P* 29 obsecracionem *P* uinace germenarum *P* 31 clazarum *G* domo *P* testitur illo *P* 32 ipse *P* qui *(P)* 33 ad eos] *om. G* agant *G* ecce] in *superscr. G*[1], in *om. P* ergastolo carceratus *G*, angusta damnatus qui *P* iam] *om. G* 34 circa suos] *G*, in fratribus *P* 35 inter *(P)* nemorat *P* 36 requires *P* 37 au (aut *G*[2]) detur *G* adimitur *G* legimus *(P)*

Digitized by Google

torum peribit, terrenorum cupiditate et honorum ambitione submota, solum red- *GP*
dendae rationis pondus et metus intolerandi examinis imminebit nec auferentur sensus,
sed ad cogitationem alterius saeculi magis expediti alacresque reddentur. quod autem 25
de ipsa anima, utrum corporea an incorporea sit postulas edoceri; itaque quod
temporibus non includitur nec locorum terminis cohercetur, quod soli deo competit,
hoc tantum incorporeum esse cognosce. sicut unus doctorum eximius disserens cuidam
sciscitanti, ubi esset deus, ita respondit: deus non alicubi est, quod alicubi est con-
tinetur loco, quod continetur loco corpus est. quae cum ita sint, omnis caro corpus, 26
non omne corpus et caro est, et quidem non solum anima, sed etiam angelorum in-
visibilis caelestisque substantia, sicut localibus spatiis continetur, ita auctori suo
corporea esse et comprehensibilis approbatur. quid est enim nisi corporeum, quod 27
de supernis sedibus proturbatum loco cessit? quid est quod sensit ruinam? quid est
quod aeternae flammae obnoxium praeparatur ad poenam? sed et ipse beatus Lazarus 28
post linguas famulantium canum susceptus manibus angelorum, de quo legimus: factum
est, ut moreretur mendicus et portaretur ab angelis in sinus Abrahae,
corpoream esse docuit animam suam, dum in sinus Abrahae, id est in remotum
beatumque secretum, angelicis infertur obsequiis. de anima autem sua sanctus 29
propheta pronuntiat: educ de carcere animam meam, id est de hospitii
corporalis angustiis. ideo factura eius, quae vel peccatorum iaculis vulneratur
vel usque ad divinae imaginis decus per qualitates mutata provehitur, absque dubio
et deo et angelis, a quibus comprehendi et transferri potest, corporea esse evidenter
ostenditur. requirendum est autem inter ista, quid illud sit, quod cum uterque homo, 30
id est anima et corpus, adhuc in paradisi regione diabolo persuadente deliquerit, sola
caro per condicionem mortis multam transgressionis exceperit et circa unius poenam
remanserit culpa communis. sciendum ergo est, quod ideo mors ad animam non 31
pervenit, quia in eam dominus imaginem suam et similitudinem collocavit, nam sicut
deus immortalis, misericors, iustus, patiens est, ita harum dona virtutum in faciem
nostri interioris infundit, ut quanto quisque magis patiens, magis iustus, magis miseri-
cors exsisteret, tanto magis divinae participationis munere praeditus appareret, sicut
apostolus dicit: in interiorem hominem habitare Christum per fidem. inter- 32
rogas etiam, cur animae cum carne sua aliquid pro corporali errore commune sit.
sicut originale peccatum pro unitate corporalis hospitii utrumque complectitur, pari
uterque modo in peccatorum societate constringitur, ita eis in criminum participatione
una causa est, sicut in virtutum remuneratione par gloria est. numquam enim exterior 33
in baratrum luxuriae caderet, nisi ei consensum praeberet interior. nos ipsos inter-
rogemus et intra nos poterimus agnoscere, quod mens domina exercet imperium et

---

4 Ep. Paulini nr. XIV, § 5. 14 Luc. XVI, 22. 18 Ps. CXLI, 8. 30 Ephes. III, 16. 17. 31 Ep. Paulini nr. XIV § 6.

1 bonorum *(P)* 2 rationes *P* metus] coḃus *G* imminebit *G*, inminib; *P* 3 ad] *om.* *(P)* alacrisque *(P)* 4 postula se doceri *G*, edocere *P* 5 includetur *P* 6 doctorum] *G*, doctor *(P)* 8 ita] *om.* *G* omnes *P* 9 et caro] caro *(P)* quidem] *scripsi*, quia *codd.* 10 auctore *(P)* 11 quo *G* 12 perturbatum *(P)* 13 elazarus *P* 15 mendicũ *P* sinus] *P*, sinu *G*, sinum *Vulg.* 17 beatumqui *P* suã *P* 18 educ] domine *add.* *G*, *om.* *(P)* *cum Vulg.* anima mea *P* 19 corporales *P* ideo] *(P)*, unde pro *G* eius] corporis *in mg. add.*, *sed eras.* *G* maculis *G* 20 diuini *P* qualitatis *P* prouehetur *(P)* 21 et angelis] angelis *G* transferre *P* 22 ostendetur *(P)* 23 id] *om.* *G* 24 cudicionem *P* transgressiones *P* unus *G* 25 quia *G* 27 inmortales *G* iustus] et *add.* *(P)* 28 interiores *P* infudit *(P)* magis patiens] *G*, *om.* *(P)* 29 existerit *G*, exstetisset *P* tantũ *P* appareret — 30 dicit] *G*, apparerit *P* 30 in interiorem hominem] in interiore homine (hominẽ *G*) *GP*, virtute corroborari per spiritum eius in interiorem hominem *Vulg.* 31 corporale *G* 32 corporales *P* conplectetur *P* pari uterque] *scripsi*, pari uterui *G*, par uterque *P* 33 in] *s. l.* G^1 constringetur *P* eis] *G*, enim *(P)* 34 una — remuneratione] *om.* *G* gloriosa *P* 35 ei consensum] eui sensum *G* praeberet] se *periit in G* interior] *om.* *G* 36 et] ut *G* dominica *(P)*

Digitized by Google

GP caro subiuncta famulatum: ista exhibet ministerium, illa consilium: oboedientia a
serviente cessaret, nisi voluntas a iubente praecederet. et similem necesse est con-
34 dicionem in damnatione cognoscant, quae contra simul in retributione gaudebunt. dicis
adhuc, quae est immortalis quomodo pro mortalibus vitiis torqueatur.
mortalia quidem mala sunt, sed immortalis erit cruciatus malorum et delictorum cruces, 5
35 vitiis deficientibus, permanebunt. meliorem materiam ita inferior secum traditura
iudicio est, sicut conflari aurum plumbi compellit admixtio. homo ergo pro mortalibus
malis moriturus est deo et victurus inferno: haec erit illius mors, ut mori ei in dolore
36 non liceat. extendis in hoc quoque sollicitudinem tuam, utrum anima et spiritus
idem sint aut quomodo segregentur? duas tantum in homine, id est animae 10
et corporis, noverimus esse substantias; spiritus autem nunc naturalis probatur, nunc
accidens invenitur. aliquando enim spiritus pro anima ponitur, aliquando virtutis in-
37 tellegitur appetitus et spiritalis affectus. hoc genere unus atque idem homo nunc
carnalis, nunc animalis, nunc etiam et spiritalis est. carnales sunt de quibus ait
dominus: non permanebit spiritus meus in hominibus istis, quia caro 15
sunt, et apostolus: qui autem in carne sunt, deo placere non possunt.
carnalis est qui ventri et gutturi edendi et bibendi nimietate deservit et vitae bonum
38 in gulae ingluvie et voracitate constituit. at vero animalis efficitur, quando adhuc
parum deum cogitans, secundum animam saeculari prudentia ad aliquarum rerum
providentiam permovetur, quando aut investigandis pro curiosa vanitate rerum latentium 20
causis aut philosophicis studiis delectatur; unde et apostolus dicit: animalis homo
39 non percipit quae sunt spiritus dei. spiritalis autem esse incipit, quando
honesta, sancta, spiritalia concupiscit, quando ad divini timoris cultum vigore cordis
ascendit, quando ad se spiritum sanctum per munditiam corporis, per custodiam casti-
tatis invitat, ut de ea illud apostolicum dici possit: vos estis templum dei et 25
40 spiritus dei habitat in vobis. quae homini non insita per naturam, sed ita sunt
adiuncta per gratiam, ut separari possint desidia intercedente per culpam. unde idem
apostolus dicit: qui autem templum dei violaverit, disperdet illum deus.
41 ecce per fidem non solum baptizatus sed et dei esse templum videtur et tamen per
diversa flagitia dei severitate disperdetur. hoc loco perditionis vocabulum aeternum 30
42 perditae animae esse noverimus interitum. in baptizatorum numero absque dubitatione
censentur qui membra Christi esse dicuntur, et ideo quomodo perditis comparantur,
quomodo a generositate filiorum, flagitio operante, degenerant, dicente apostolo:
43 tollam ergo membra Christi et faciam membra meretricis? et illi quoque
manifestissime dona secundae nativitatis acceperant, qui etiam charismatum diversitate 35

---

4. 9 Ep. Paulini nr. XIV, § 6. 15 Gen. VI, 3. 16 Rom. VIII, 8. 21 I. Cor. II, 14. 25 II. Cor. VI, 16. 28 I. Cor. III, 17. 34 I. Cor. VI, 15.

1 subiecta *(P)* ministerium] ministerio et *P* 2 seruitute *(P)* precederit *G*, procederit *P* et] *om.* *(P)* 3 cognoscant] *Mommsen*, cognoscat *G*, cognuscet *P* 4 inmortales *P* 5 dilectorum *P* crucis *GP*, cruciatus *Pithoeus*, cicatrices *coni. Mommsen* 6 secum] *om.* *(P)* 7 conflari aurum] flariarum *G* conpellet *P* 8 illius] tibi *G* ei] *om.* *G* dolori *G* 9 spiritum *P* 10 id est] *om.* *(P)* 11 corpores *P* spiritus] ·ps *G* naturales *P* 12 accedens *(P)* aliquando — ponitur] *G*, *om.* *(P)* uirtute *(P)* 13 spiritales *P* 14 carnales *P* nunc animalis] *om.* *(P)* spiritales *P* 16 apostolos *P* 17 carnales *GP* deseruet *P* 18 uracitate *P* constituit] quando manducandi et bibendi nimietate uitam conpotat, quando ei uentris domenatur ingluuius *add. P, om. G: glossema exstirpari* ad *P* efficetur *P* 19 purum *(P)* singulari *G*, saeculare *P* 20 prouidentia *G*, scientia *P* aut] *om.* *(P)* pro — rerum] *G*, prosperū *P* laetantium *G* 21 au phylosophi eis dilectatur studiis *P* et] *om.* *G* disserit *G* 22 autem] *om.* *(P)* 23 sancta] *G*, et *(P)* timores *P* 24 sanctum] *om.* *(P)* corpores *P* per] quando *G* castetates *P* 25 ut de] und *G* apostoli *(P)* posset *P* 26 homine *P* natura *P* 27 separare *P* possit *G*, posset *P* 28 disperdit *GP* eum *(P)* 29 et] *om.* *G* templum esse *(P)* 30 dei] *om.* *G* disperditur *G* perdiciones *P* 32 qui] et *(P)* ideo] *G*, uidi *P* 35 manifestissimae *G* natiuitates acciperat *P*

Digitized by Google

pollebant, de quibus dominus in evangelio dicit: multi dicent mihi in illa die: *GP*
domine, domine, nonne in nomine tuo prophetavimus et in nomine tuo
daemonia eiecimus et in nomine tuo virtutes multas fecimus? et tunc
confitebor illis, quia numquam novi vos: discedite a me, qui operamini
5 iniquitatem. quis abdicatos non intellegat a salute, qui a conspectu patris iubentur 44
abscedere? in sortem eos suam mors indubitanter accipiet, quos vita quae Christus
est ignorabit. baptizatos perditioni tradi pro iniquitatibus suis dubitas, cum baptisma
ipsum per multimoda scelera perire cognoscas? quod autem, sicut pagina continet, 45
sermo tuus de poeta mutuatus ignem animae simplicis aestimavit, de sola hoc
10 divinitatis substantia dici convenit, cui nihil appositum, nihil a superiore collatum,
nihil constat adiunctum. iustus pariter et iustitia, vivens et vita, sapiens atque sapientia
est, virtus et origo virtutum: in principalibus enim bonis suis hoc est ipse quod
possidet. homo vero duplex intellegi potest, qui vivens et iustus et sapiens dici 46
potest, vita autem et iustitia et sapientia dici non potest, quia ita his induitur, ut
15 aliquotiens exuatur. quod homini datum est, deo insitum est. homo verbi gratia
deauratus est, deus aurum est, in quo hoc est potentia et gloria quod natura. nam, 47
quod subtiliter indicasti, si omnia haec quae domnus Marinus interminatur
excipiunt peccatores, quid maius impii mereantur ignoro. habent sub
perennibus malis et supplicia gradus suos, ut gravium obnoxius peccatorum infinitis
20 licet, tamen utcumque tolerandis, impius vero inauditis cruciatibus torqueatur. tunc 48
autem baptismi gratia ab aeterna morte posset hominem vindicare, si in aliquibus
eius integritas et dignitas non periret. grave crimen est, quod haereticus accipere 49
noluit, sed non minus illud grave est, quod christianus et accepit et perdidit: nam et
ille qui fiducia baptismi nuptiale convivium sacri concilii temerator irruperat, nitore
25 puritatis amisso, de inlustri iustorum conventu expellitur et in exteriores tenebras
proturbatur. numquid credendus est niveum sanctae regenerationis possidere candorem, 50
qui incestus, veneficus et cruentus vel qui praecipitio aut suspendio vitam praecidens in
partem transit impiorum? legimus inextinguibiles flammas factis capitalibus prae- 51
paratas, hominem vero in malis suis viventem per solum baptismum salvatum esse
30 non legimus. periculose sibi quod caelestis scriptura non loquitur inimica securitas
pollicetur, multo periculosius illa non credit quae veritas comminatur. aliqua, ut 52
dicitis, beatissimus vir Marinus cum interminatione disseruit; sed sicut illud quod pro-
misit dominus diligentibus se etiam testimonio apostoli pro rei magnitudine in cor
hominis non ascendit, ita futurorum immensitas cruciatuum angustias humanae mentis
35 excedit, quae mala momentaneae paenitentiae umbra non removet, quae fides sine
operibus non repellit, quibus terminum saeculorum labentium cursus in flammas in-

1 Matth. VII, 22. 23. 9 Ep. Paulini nr. XIV, § 8. 16. 32 Ep. Paulini nr. XIV, § 9. 24 Matth. XXII, 11. 33 I. Cor. II, 9.

1 dominus] *om. G* 2 tuo nomine demonia *G* 3 eicimus *G*, deiecemus *P* 4 confitebor] *G*, dicit *P* numquam] *G*, non *(P)* 5 abdicatus *P* ab salutê *P* 6 abscidere *P* suam mons *G*, suas mors *P* uitae *G* 7 ignorauit *G* baptizatus perdicione *P* 8 multa moda *P* cognuscat *P* 9 tuos *P* propheta mutatus *P* 12 hoc — 13 possidet] = *Fausti ep. I, 7* 13 possedit *P* sapiens] et *add. G* 14 et iustitia] institiae *G* et sapientia] *om. (P)* qui *G* 15 homine *P* homo — 16 aurum est] = *Fausti ep. I, 7* 16 gloria] *(P), cf. Paralip. XXIX, 11*, gratia *G* 17 domnus] *GP* 18 maius] *G*, magis *(P)* 19 grados *P* ut] *G*, et *(P)* 20 impios *GP* 21 ab aeterna morte] *G*, habetis nec morte *P* possit *G* 22 integras *G* 23 sed] *om. (P)* est] *om. P* et accepit] accipit *(P)* 24 quis *G* teneatur *G*, timeratur *P* 25 puritates *P* expelletur *P* exterioris *G* 26 perturbatur *(P)* numquid] *G*, non *P* generaciones possedire *P* 27 incertus uenefícus et cruentus *G*, inter incestos, uenefecos et cruentus *P* uel qui] *Mommsen*, uelque *G*, uel *P* praecedens *GP* 28 transiet *P* inextinguibilis *P* 29 per] *G*, non *P* baptisma *P* 30 periculosae *GP* caelestes *P* legitur *(P)* 31 periculosior *(P)* credere *(P)* 32 dicetis *P* 34 cruciatum *G* mentes *P* 35 excedet *(P)* male *G* momentanea *(P)* fidem *(P)* 36 repellet *(P)* testimoniũ *G* inextinguibilis *P*

GP exstinguibiles statuere non valebit, inter quos inexhaustos vapores tarde se anima
53 corpoream et sentiet et videbit. et ideo iustis, piis, castis operibus diem ultimum
praecurramus et hic timendo ea quae illuc timere non proderit declinemus. hic finem
infinitis contritionibus imponamus et intoleranda incendia nunc salubriter cogitando
54 ex ipsis ignibus aeterna nobis refrigeria comparemus. certus autem sum de fide 5
vestra, quod falerati composito nitore sermonis acceptiora vobis erunt salutifera sin-
55 cerae testimonia veritatis. filium meum Eminentium dulce decus nostrum paterno
sospitamus affectu. dominus noster admirandam mihi magnificentiam tuam praesentibus
repleat bonis et dignum reddat aeternis.

XVI. 10

DOMINO PIISSIMO ET SPECIALIBUS OFFICIIS EXCOLENDO, UT CONFIDO, IN AETERNUM FRATRI ET PER OMNIA DOMNO FELICI FAUSTUS.

1 Magnum pietatis et fidei testimonium est, quod per tantarum vasta intervalla
regionum et per tot rerum interiecta discrimina ad nos usque latitudinem vestrae
2 caritatis extenditis. in hac relegatione nostra artifex dei nostri misericordia gemina 15
exercet officia: nostram excurat paterna sedulitate rubiginem, vestram circa nos dilu-
cidat fidem vestramque approbat pietatem: nos elimat benigna sollertia, vos producit:
nos coangustat salubriter, vos dilatat: nos arguimur, vos proficitis: detrimenta nostra
3 in vestra transeunt commoda. cum foeneratores nostri sitis, incipitis nostri esse debi-
tores, siquidem causa vestrae devotionis et mercedis vestrae materia sumus. opera 20
vestra de nobis capiunt lucrum, merita vestra de flagellis nostris mutuantur augmentum.
4 vestrae sollicitudinis ad nos affectus, ad deum pervenit fructus ac sic duplici modo et
5 de nostra castigatione et de vestra retributione divinis beneficiis obligamur. paene
autem mihi respondendi silentium perfectio vestrae consolationis indixerat. nam ipsa
sollicitudo interrogandi iam forma vivendi, quam cotidie de domni mei patris vestri 25
sancti episcopi Leonti efficacibus doctrinis et praesentibus documentis sufficienter
attrahitis. non autem miror, si et meum quamlibet ex superfluo requiritis institutum,
6 cuius circa vos singularem nostis affectum. creditis in adiutorium fidei vestrae
magisterium meum tam perfectum esse, quam votum est. licet sermo meus, quem
lentiorem etiam praesens reddit infirmitas, vestro sufficere vix possit ardori, tamen 30
7 paucis conversationem vestram non tam instruam, quam revolvam. magnam sollicitis
perhibet eruditionem agnitio peccati, metus iudicii, terror ignis aeterni. itaque ad
immolanda orationum sacrificia amica sunt fruentibus nocturna silentia, quibus usque
ad horam tertiam lectio moderata succedat, ut exercitium spiritale non desinat de-
8 siderari et semper possit augeri. utinam provideat dominus vel duo fida solacia, cum 35
quibus diurnas et nocturnas exigas functiones, et vel biduo in septimana salutantum

1 inexauctos *G*, inexautos *P* animā *G* 2 et sentiet] sentiet *G* castis et piis *(P)* 3 pcurramus *G* illuc] *GP* non] nihil *(P)* proderit] nā *add. P* 4 nunc] non G^1, nos G^2 5 comparemus] explicit *add., epistula desinit P* 10 XVI] LXXII *P* 11 officiiciis *G* 12 fratre *P* domno] *G* felici] *cf. Gennadius de viris inl. c. LXXXVI:* scripsit postea et ad Felicem praefectum praetorii et patriciae dignitatis uirum, filium Magni consulis, iam religiosam epistulam ad timorem dei hortatoriam, conuenientem personae pleno animo paenitentiam agere disponenti 13 pietates *P* 15 caritates extendetis *P* 17 producet *P* 18 coangusta *P* uos] *in ras.* G^2 nos || nos *G* arguemur *P* proficetis *GP* detrimenta] G^2, detriment. G^1, detrimentū *P* 19 nostrae satis *P* 20 denociones *P* 22 sollicitudines *P* 23 o. blegam' *G* 24 silentio *P* uestra consolationes *P* 25 formā *P* domni] *G* 27 meum] m *ante* e *s. l.* G^1 30 redit *P* posset ardore *P* 32 agnito *P* ignes *P* 33 orationem *P* 34 oram *GP* tertia *G* moderatas *P* excitum *corr.* exercitium ? G^1 desiderare *(P)* 35 posset augere *P* 36 bidio *G* septima *P* salutantum] G^1P, salutariis G^2

Digitized by Google

fruaris officiis. ardua sunt quae pro interrogantis fervore colloquimur, sed ille labo- *GP*
rantum benignus adiutor tam leve tibi faciat iugum suum, quam iucundum erit
praemium suum. igitur si trepida parum amplius rudimenta permittunt, alternis 9
hiemales dies ieiuniis transigantur; quae sicut moderari convenit, ita necesse est
duplicari. duplicari, inquam; duo enim sunt abstinentiae genera: unum est incon-
tinentiae appetitum a cibo et potu et a diversis carnalium suavitatum inlecebris coer-
cere et vomere crucis terram subiecti exterioris edomare et necessitati potius quam
voluptati temperata moderatione servire, epulum, si permittat infirmitas, vel alternis
diebus, donec vis longae consuetudinis sensim dissuescatur, accipere. de usu vero 10
indumentorum paulatim se gravitas ad inferiora submittat, ne ipsa novitas subitae
mediocritatis offendat. observandum est enim, ne elatio etiam de nimia humilitate
generetur et vitium de virtute nascatur; quae tamen facile superabitur, si confusibilis
illa praeteritae conversationis historia ante oculos adducatur et rea conscientia trepidis
sensibus praesentetur. ita fiet, ut, dum per recordationem praeteritorum malorum a 11
diabolo ingesta praesumptio castigatur dumque iactantia validis culparum armis victa
propellitur, crimina quae generaverant mortem militare incipiant ad salutem, in
remedium delicta proficiant et medicina de vulneribus producatur et, sicut dixit
apostolus, de peccato elaboremus damnare peccatum. alterum abstinentiae genus est 12
multo sublimius multoque pretiosius, motus animi regere, irrationabiles perturbationes
et cogitationum inter se colluctantium rebelles tumultus mentis imperio subiugare,
malitiae virus tamquam funestum aliquod maleficium de penetralibus cordis exspuere
et animam contra diversarum fluctus temptationum constantiae moderamine gubernare
et contra passiones occultas velut contra domesticos inimicos rixam quandam irascentis
fidei auctoritate conserere, inanes curas longe repellere et a noxiis colloquiis ac
desideriis, quibus diabolus pascitur, abstinere et per mansuetudinem, patientiam, tran-
quillitatem imaginem dei in vultu interioris excolere. virum spiritalia et divina cogi- 13
tantem tristitia non frangat, laetitia non resolvat, stabilitum in timore dei pectus
ostendat magnanimitatis aequalitas, ut et nobis coaptari possit libelli illius insigne
principium: erat vir unus abstinens se ab omni re mala. vir, inquit, unus, 14
hoc est semper idem; quia nihil in eo erat dubium, nihil duplex, nihil accidens, nihil
varium, nihil diversum, sed eum in statu virtutum suarum aequali ordine permanentem
tempora non mutabant nec eum, ut marinis fluctibus moris est, in alternas partes
diversa ventorum flabra versabant. ita et sollicitus dei famulus inconcussa fidei mole 15

18 Rom. VIII. 3. 29 I. Reg. I. 1. I. Iob I. 1.

1 foreris *G*, furoris *P*, frueris *Pithoeus* interrogantes *P* colloquemur *P* illi *P* 2 benignos adiutor *P* quam] *om. G* 4 hicmalis *P* moderare *P* 5 est duplicare *P* duo — *p. 284, l. 10* secunda] *cum ep. II a Fausto ad Ruricium data fere conveniunt* abstenencia *P* unum est] uniuersi *P* 6 poto *P* 7 ·uomere, *ras.* r *G*, mouere *P* cruces *G* exteriori sedomare *P* necessitate *GP* 8 uolupti *P* epulum] *coni. Mommsen*, pullum *GP*, paulum *Pithoeus* 9 sinsum *P* 11 mediocretates *P* 12 uirtutū *P* 13 p&ritate *corr.* pr&ritate G^1, praeteriti *P* conscia *P* 16 propellitur] pelletur *P* gener (anerant m *in ras.* P^1) ortem *P* 17 delecta *G* 18 apostolos *P* elaboremus] ac laboremus *P* 19 p̄tiosius motos *G*: cui nulla contradicere possit infirmitas *in ep. II add.* animae *P* regere *corr.* genere P^1 inracionabilis *P* 20 tumultos *G* mentes *P* 21 uiros *G*, ueros *P* penetrabilibus *G*, paenetrabilibus *P* cord (is *s. l.* G^1) *G* 22 moderamini *P* 23 irascentes *P* 25 diabolos pascetur *P* per] benenolentiam *in ep. II add.* 26 interioris] *G cum ep. II*, exteriore *(P)* excolere] cuius decus non in corporis personam, sed in animi formam sollertia factoris impressit *in ep. II add.* cogitantem] ut *add. GP, om. ep. II* 27 tristiciā *P* 28 coaptire posset *P* 29 principium] ubi ille magnificus helcana, qui possessio dei interpretatur, uir unus mystico nuncupatur eloquio *in ep. II add.* omne rē *P* 30 nil duplex nil — nil *G* accedens *P* 31 nil *G* statū *P* aequale *P* permanentem] accidentia in contrarium non mouebant, mutabilia *add. ep. II* 33 flagra *GP* sollitus *P*

Digitized by Google

GP fundatus in hoc tantum, Christo in se operante, mutetur, ut novis semper virtutibus
16 induatur. ante omnia, in quantum adiuvante deo possumus, illas in nobis quinque
sensuum expugnemus inlecebras. quicquid enim pulchrescit visu, quicquid lenocinatur
odoratu, quicquid mollescit attactu, quicquid dulcescit gustu, quicquid blanditur auditu,
17 haec omnia, si his abutamur, intentionem de spiritalibus ad terrena devolvunt. et
ideo, sicut pater fidei Abraham quinque illos reges in trecentis decem et octo,
mysterio intra litteram latente, devicit, ita et nos contra hos principales vitiorum
duces in Iesu nomine et crucis signo (hoc enim utraque era exprimit) dimicemus, ut
audire mereamur a domino: vincenti dabo coronam vitae, et qui vicerit non
laedetur a morte secunda, et quia regnum caelorum vim patitur et vio-
18 lenti diripiunt illud. vim enim sibi factura est anima, ut carnales affectiones
spiritui subdat, ut crucem deliciis praeferat, ut vigilias somnis dulcibus anteponat, ut
adversarium in membris suis vincat, ut ex alia alter effectus ad illam domini prae-
ceptionem idoneus inveniatur: si quis, inquit, vult post me venire, abneget se
19 ipsum sibi. si quis ex iracundo patiens efficitur, continens ex luxurioso, placidus
ex cruento, benignus ex invido, largus ex cupido, totiens nos negamus, quotiens nos
20 ad meliora convertimus. et ideo, ut ad hoc assurgamus quod esse debemus, prius
studeamus odisse quod fuimus. oportet, ut hic prius mutetur ad vitam, qui illic
mutari optat ad gloriam.

XVII.

DOMINO SANCTO ET IN CHRISTO DEVINCTISSIMO FRATRI GRAECO DIACONO FAUSTUS.

1 Honoratus officio tuo, honoratus iudicio, provocatus affectu loquar tecum in
2 humilitate sincera, in libertate benevola, in caritate non ficta, in verbo veritatis. et
licet mihi tacendi causam indicere potueris, dum benigno ac nimis credulo animo
tantum paene mihi quantum tibi peritiae et eruditionis indulges, tamen per interrogandi
sollicitudinem imposuisti mihi respondendi necessitatem, qua cum absente non sine
trepidatione mihi aestimo colloquendum: quia de rebus tam profundis et meas ac
tuas vires excedentibus non minus periculi est respondere, quam incondito stilo in-
gentia sacramenta committere, et ideo carum meum in his quae nimis temere protulit
3 tacendo magis castigare debuissem. in tantae autem rei consultatione, in qua longe
viam regiam reliquisti, aliquos expertae scientiae viros eruditione atque aetate seniores,
quibus credere facilius possis, interrogare debueras secundum illud propheticum:

---

6 Gen. XIV, 14. 9 Apoc. II, 17. Apoc. II, 11. 10 Matth. XI, 12. 14 Matth. XVI, 24.

1 mutemur *G*, mutatur *P* nouis] i *s. l.* G^1 2 induatur] in agro pectoris plantentur utilia, noxia succidantur *cet. in ep. II add.* possemus *P* quinque] *ep. II*, qui | neq; *corr.* quin | ⁺eq; *m. rec. G*, quae neque *P* 3 sensum *GP* uisu] *m. rec. G*, usu G^1P 4 adoratu *P* molescet *P* ulciscet *P* 5 abutatur *corr.* abutamur G^1 intentionem] mentis *in ep. II add.* spiritalibus] ta *s. l.* G^1 ad terrena] adulter⁺na *P* 6 regis *P* 7 latentē *G*, letentē *P* 8 cruces *GP* era] *cf. ep. II, supra p. 268, l. 15* dicimus *P* 10 ledatur *P* regna *P* patetur *P* 11 nim enim] pni | mentim *G* ut] & *G* 12 cruce *GP* 13 effectos *P* 14 idoneūs *G*, idoneos *P* adnegit *P* 15 efficetur *GP* excluxrioso *corr.* exclusorioso *P* placidos *P* 16 benignos *P* 17 conuertemus *GP* 19 mutare *P* gloriam] explicit *add. P* 20 XVII] LXXIII *P* 21 fratre *P* 22 graeco] *scripsi*, greco *G*, grego *P*, grato *Migne: cf. Gennad. de viris inl. c. LXXXVI:* est et eius epistula in modum libelli ad diaconum quendam Graecum nomine edita, qui a fide catholica discedens ad Nestorianam abiit impietatem. in qua epistula admonet eum credere sanctam Mariam uirginem non hominem purum genuisse, qui postea susciperet diuinitatem, sed deum uerum in homine uero 23 affetu *G* 24 boninola *G* 25 nimis] mis *G* 26 quantum] in quan *G* eruditiones *P* tamo *G*, tam *P* 27 qne *G* 29 excidentibus *G* 33 ⁺⁺⁺ interrogare, *ras.* inī *G*

Digitized by Google

interroga patrem tuum et indicabit tibi, seniores tuos et dicent tibi; *GP*
sed absque dubio qui vel qualemcumque requirit ducem, declinare optat errorem.
domine, in his quae agimus vel quae dicimus atque ad extremum scriptis mandare 4
praesumimus fructum profectumque operis exspectare debemus. in hac autem
scripturula quam ad me dirigere dignatus es non eloquentia, non scientia, non ratio,
non aedificatio aliqua ordinati aut compuncti sermonis apparet, sed testimonia con-
fusissime pro memoriae facilitate congesta temeritatem incauti cordis accusant. novit 5
dominus, quia stupefactus pro studio tuae salutis haec colloquor: sic et te interrogasse
et me respondisse ad bonum commune proficiat. in scriptis sancti pontificis Augustini 6
etiamsi quid apud doctissimos viros putatur esse suspectum, ex his quae damnanda
iudicasti nihil noveris reprehensum, sed fidei sensum maxime de duabus substantiis
vel naturis dei et hominis domini ac redemptoris nostri scito apud catholicam ecclesiam
non solum patrum auctoritate susceptum, sed etiam apostolicis oraculis consecratum.
proinde verbum hoc quod more prophetico ad te factum dicis, ut certum est, non dei 7
spiritu, et apud deum et apud homines valde damnabile est, nisi prior ipse damna-
veris. ergo, ut, aliis praetermissis, hunc duplicem errorem et de haeresi natum et in 8
pericula haeresis pertrahentem brevi, quantum absentem possum, sermone constringam,
cum sanctae sinceritati tuae multorum, non qualis ego sum, necessaria esset prae-
sentia magistrorum, primo loco ignoranter et satis periculose, non dicam, scribitur,
sed cogitatur suscipi non debere, ut homo mater dei sit: quod de Nestorianae
haeresis noveris impietate descendere, qui profano ausu disputare non timuit, beatam
Mariam tantum matrem fuisse hominis non etiam dei, et ideo pro hoc catholicae per
omnem mundum ecclesiae districtione damnatus est. non debet, inquit, suscipi, 9
ut homo mater dei sit! sed ubi est illud vel propheticum vel evangelicum: ecce
virgo concipiet et pariet filium, et vocabunt nomen eius Emmanuel,
quod est interpretatum nobiscum deus? et item in evangelio: quod nascetur
ex te sanctum vocabitur filius dei. ubi etiam illud est, quod suscepta per 10
omnes insulas et ecclesias patrum signat auctoritas, contra Nestorium loquens: male-
dictus, inquit, qui filium dei deum verum de Maria nonne nuper natum
pro nostra salute non confitetur? secutum est, ut diceres, dei et hominis unam 11
esse naturam, hoc modo unam dei esse substantiam. recte dixeras, si de sola trini-
tate dixisses, ubi una atque eadem est sub trium personarum distinctione natura.
ceterum cum ad hominis assumpti incarnationem venitur, sicut hominis et dei unam 12
confitemur esse personam, ita duplicem scimus esse substantiam. qui autem unius
naturae asserit dominum redemptorem, aut hominem in divinitate aut deum negavit
in corpore, cum redemptio nostra non ex alterutro sed ex utroque perfecta sit. hoc 13
autem loco unum sine alio erroris periculo nosce: si dei solius dei nostri esset natura,

---

1 Deut. XXXII, 7. 24 Is. VII, 14. 25 Matth. I, 23. 26 Luc. I, 35. 28 cf. Symbolum Chalcedonense apud Schaff, The creeds of Christendom II, p. 63.

1 interroga••, *ras.* re *G* 2 requiret *P* optet *P* 3 ad] *om.* *P* 4 praesumemus *P* 5 eloquenti *G* 6 sermones *P* confusissimae *P* 7 temeritate *P* adcusat *G*, accusat *P* 8 prae *(P)* salutes *P* 9 et me] ut me *P* agustini *G*, a•gustini *P* 10 doctissimus *P* 11 maximae se *P* 12 homines *P* redemptores *P* 14 dices *P* 15 hominis *G* 16 praetermissus *G* 18 senteritati *G*, senciritate *P* 19 pericolosae *P* scribetur *P* 20 cogitetur *GP* 21 impietatē *G* prophana *G* anso *P* 22 homines *P* 24 sed] ut *G* 25 uirgo] *om.* *P* hemanuhel *G* 26 est] inest *G* nascitur *G* 28 nesthorium *P* 30 diceris *P* et — 31 dei] *om.* *P* n•nam, *ras.* t *G* 31 unam ••••, *ras.* esse? *G* dixeris *P* trinitate (trinitatem *G*) — 32 est] *om.* *P* 32 unā *G* distrinctione *P* 33 incarnatione *GP* •sicut, *ras.* 8 *G* homines *P* 35 diuinitatē *P* 37 loco] *G*, locū *P*, loquor *Mommsen* errores *P* nosce si dei] *scripsi*, nostre si di *G*, nostrae sed di *P*, nostrae fidei *Migne*, nos dicere redemptorem, sed errore unam dici *coni. Mommsen* nostri] *p. 37 olim vacua nunc adiuratione quadam matris apium occupata est, cf. N. Archiv VIII, p. 357* esset natura] *scripsi*, esse naturam *GP*

Digitized by Google

GP ergo in substantia maiestatis suae divinitas crucifixa est. si unam dei solius naturam
14 dicis, in substantia sua maiestas mortua vel sepulta est, quae omnia deus non in se
sed in natura suscepti hominis excepit. nihil enim deus sensit patientis sensu.
sed sensit compatientis affectu: nihil sensit pro diversitate substantiae,
15 sed sensit pro unitate personae. unitate coniunxit et consequenter adiecit: 5
nos unum eundemque verum hominem et verum deum intellegimus: et
iteravit: nos verum hominem et verum deum nullo modo ambigimus con-
16 fitendum. accipe etiam in hymno sancti antistitis et confessoris Ambrosii, quem in
natali dominico catholica per omnes Italiae et Galliae regiones persultat ecclesia:
17 procede de thalamo tuo, geminae gigas substantiae. refuge ergo inter haec, 10
sancte frater, alterutrae partis errorem: si tantum dei naturam dixeris, imposuisti deo
condicionem passionis et mortis: si vero tantum hominis naturam dixeris, subtraxisti
18 deo gloriam redemptionis, subtraxisti auctori potentiam reparatoris. audi, quomodo
sacra eloquia per unam personam explicant utramque substantiam. iuxta divinam
naturam loquitur: ego et pater unum sumus: secundum humanam substantiam 15
confitetur: quia pater maior me est. iuxta caelestem naturam pronuntiat: omnia
quae pater habet mea sunt: iuxta terrenae naturae infirmitatem dicit: filius
19 autem hominis non habet ubi caput reclinet. quasi homo indicabat: tristis
est anima mea usque ad mortem: quasi deus contestabatur: potestatem
habeo ponendi eam et potestatem habeo iterum sumendi eam. secundum 20
carnis naturam in cruce pendebat, secundum divinitatis substantiam paradisum et
20 regnum caeleste donabat. hoc Arriani obscurato corde penitus non videntes, quia
praesumptio et elatio suffundit mentis intuitum, ad deum quae erant hominis rettu-
lerunt, credentes, quod minor loqueretur divinitas, ubi sola hominis demonstrabatur
21 infirmitas. nullam ponentes inter caelestia et terrena rationem, dum naturas in deo 25
et homine duas recipere nolunt, dei substantiam diviserunt: et dum ad sola hominis
22 verba respiciunt, deum qui gloriae plenitudo est intellectus lumine perdiderunt. ac
sic, qui deum filium hominis credendum denegat, Nestorii impietate maculatur; qui
23 duas substantias in redemptore non credit, Arrii laqueo deceptus involvitur. nos vero,
mi frater carissime, in Christum dominum ita perfecta et inseparabili distinctione 30
credamus, ut dei et hominis simplicem personam et duplicem noverimus esse sub-
stantiam. sicut anima et corpus hominem facit, ita divinitas et humanitas unus est
24 Christus. tu autem quod gemino errore praeventus scribendum putasti, sub duarum
naturarum conventu suscipi non debere, ut deus pater hominis sit, ut
homo mater dei sit, nos unam dei hominisque personam fiducialiter et salubriter 35
asserentes in eo qui erat in principio et qui sub redemptionis nostrae tempore factus
est in similitudine carnis peccati, id est in veritate hominis et similitudine peccatoris:

---

3 Ex epistula quadam, cf. ep. XX infra p. 293, l. 18. 23. 10 Ambros. hymn. IV (Migne, Patr. lat. XVI, p. 1411). 15 Ioann. X, 30. 16 Ioann. XIV, 28. Ioann. XVI, 15. 17 Luc. IX, 58. 18 Matth. XXVI, 38. 19 Ioann. X, 18.

2 dices *P* 3 homines *P* pacientes *P* 4 affectu] *ep. XX*, effectu *GP* 5 sensit] sit *G* personae unitae *P* 6 uerbum hominem *G*, uerbum in hominem *P* 7 ambigemus *GP* 8 etiam] ergo *P* antestetes et confessores *P* ambrosi *G* quae in tali *P* 9 catholico *corr.* catholica *G*[1] 10 procedens *Ambr.* gigans *G*, gygans *P* 11 scae *GP* partes *G* sit *G* 12 homines *P* substraxiste *P* 13 redemptiones *P* subtraxistae auctorae *P* reparatores *P* 15 loquetur *P* 17 naturae] *om. P* 19 animā meā *P* 21 in — substantiam] *om. P* 22 caelestem *GP* paenus *GP* 23 et elatio] *om. P* homines *G*[1]*P* 24 homines *P* 25 inter] dū *add. G* ratione *GP* 26 homines *P* 27 dū *P* intellectos *P* ac — 28 denegat] *om. P* 29 redemp.tore *G* deceptos inuoluetur *P* 30 kam in christo dno *P* inseperabile *P* 31 homines *P* 34 conuentū *P* dī *GP* 35 nos] non *P* 36 redemptiones *P* 37 homines *P* peccatores *P*

Digitized by Google

nos, inquam. ita deum patrem hominis sub personae unitate testamur, sicut sub eius- *GP*
dem unitatis amplexu matrem dei hominem confitemur iuxta symboli auctoritatem, ut
alia praetermittam, qua dicimus: credo et in filium dei Iesum Christum, qui
conceptus est de spiritu sancto, natus ex Maria virgine. quin talis error 25
5 est in domino salvatore unam et simplicem credidisse substantiam, qualis error est
duplicem asseruisse personam. nam si in societate carnis assumptae, quae formam
famuli dei induit, duae substantiae non fuerunt, ergo in homine deus non fuit et
separata a deo persona hominis fuit ac sic sub tali sensu videbis subito quartam
nescio unde accrevisse personam et in hoc intellectum pravitatis consequentia prae-
10 cipitari, ut iam non trinitatem necesse sit confiteri. audi potius, quemadmodum beatus 26
Isaias, distincto ordine coniunctoque discrimine, domini nostri ac redemptoris nativi-
tatem disponat: parvulus, inquit, natus est nobis, filius datus est nobis.
accipe filium dei in extrema parte saeculorum ex innupta matre, natura ignorante et 27
fide maritante, progenitum, ex voluntate humiliatum, superveniente in virginem sancto
15 spiritu, hominem deo mirabiliter impletum et deum in hominem misericorditer com-
mutatum nec exinanisse gloriae magnitudinem, sed per susceptam servi condicionem
domini ostendisse pietatem. parvulus natus est nobis, filius datus est nobis. 28
natus est nobis qui sibi erat: datus ergo ex divinitate, natus ex virgine; natus qui
sentiret occasum, datus qui nesciret exordium; natus qui et matre esset iunior, datus
20 quo nec pater esset antiquior; natus qui moreretur, datus per quem vita renasceretur.
illic dominatur, hic humiliatur; sibi regnat et mihi militat. parvulus natus est 29
nobis, filius datus est nobis et factus est principatus super umerum
eius. manifestum hominem demonstrat umerus, latentem deum loquitur principatus.
agnosce duplicem sub personae unitate substantiam: de nostro est quod appendit, de 30
25 suo est quod donavit. de nostro habuit unde caderet, de suo unde consurgeret. de
nostro unde teneretur, de suo unde misereretur. de nostro habuit unde pro nobis
solveret, de suo unde penitus in nullo debitor appareret. de nostro unde cruci-
figeretur, de suo unde glorificaretur. de nostro dedit peccati hostiam, de suo in- 31
dulgentiae tribuit gratiam. de nostro itaque humiliatio, de suo esse probatur ascensio.
30 de nostro obtulit sacrificium, de suo contulit praemium. duarum ergo naturarum
capax homo infirmitatibus agnoscitur, deus virtutibus approbatur. piget sermonem 32
tam manifestae rei assertione producere. scio, quod haec ipsa breviter strictimque
memorata temere committo vel epistulis meis vel sensibus tuis. sed dum te ad inter-
rogationis salubritatem sollicita humilitate submittis, multum mihi de erroris huius
35 remedio polliceris. revoca, quaeso, ab hoc discrimine pedem tuum, priusquam in pro- 33
fundum irrevocabile elationis torrente rapiaris, et rectum animi sensum, qui multae
lectionis pondus non sustinet nec novit thesaurum scientiae dispensare, magis laboris

---

3 Symbolum apost. apud Schaff, The creeds of Christendom II, p. 45. 12. 17. 21 Is. IX, 6.

1 ueritate *P* 2 unitates amplexum *P* 4 mariā *G* quin] *Mommsen*, que sint *G*, quae sint *P* 5 saluatorē *P* credidisse — 6 duplicem] *om. P* 6 societatē *P* adsumpti *P* 7 dei] *scripsi*, deus *GP* substantias *P* hominē *P* 8 separatā deo *P* homines *P* tale *P* uidebit *P* 9 praecipitare *P* 10 trinitatem] quaternitatem *add. P: scribas* ut iam quaternitatem? confitere *P* 11 redemptores *P* natinitate *GP* 13 ex] ea *P* 14 uirgine *GP* 16 magnitudine *P* 17 natus est nobis] natu *G, probante Mommseno* 18 nobis] *om. G, probante Mommseno* sibi] bi *s. l. G*², sibi *expunxit Mommsen* 20 quo] a quo *P, cf. Script. Rer. Merov. I, p. 929* moritur *P* 24 est] *om. G* adpendit *GP, cf. p. 286, l. 21* 25 de nostro — 26 misereretur] *om. G* 26 unde misereretur] miseritur *P* 27 soluerit *P* debetur *P* 28 debit *P* indulgencia et tribuit *P* 30 praemio *P* 31 agnuscetur *P* pegit *GP* 32 regi *P* atrictimque *P* 33 timeri *P* interrogaciones *P* 34 submittitis *G*, submittetis *P* errores *P* 36 inreuocabilē *G* elaciones *P* rapiatis *G* animae *P* multae lectionis] *G*, multa elaciones *P* 37 labores *P*

Digitized by Google

GP occupatione castiga. tempera immoderatum abstinentiae rigorem, qui etiam menti
34 generat infirmitatem, quem puto inde nasci unde scribendi praesumptionem. regredere
ad viam regiam, nutricem elationis refuge sollicitudinem. et, quia legimus: manducare mel multum non est bonum, (magis enim inflat parum fundatum sensum
scientia, quam aedificat), ita cave nimiam lectionem, ut cordi parum capaci tamquam
35 sumpti immoderatius vini periculosam noveris ebrietatem. numquam cogitationibus
tuis credas, sed magis imitanda legas quam legenda conscribas et in mente tua
loquaris ad dominum: in corde meo abscondi eloquia tua, ut non peccem
36 tibi. et si evadere pericula non deforis ingruentia sed intus concepta desideras, nihil
tibi utilius scias, quam ut sub aliquo probatissimo abbate vitam tuam munias ac
voluntates tuas senioris legibus tradas et, ut adversarii insidias possis superare, te
37 timeas. scripturulam ipsam retinendam, immo supprimendam putavi, ne ultra in
38 alicuius alterius catholici, qui te minus diligeret, manum et conscientiam veniret. ex
hoc autem poteris agnoscere sana esse intima cordis tui, si adhuc quasi liber me
cultorem tuum humiliter et amabiliter commonentem sollicite et libenter audieris. ante
interrogationem incauta videbitur fuisse persuasio, post responsionem inexcusabilis
39 apparebit intentio. quod si inter haec aliquid mihi, qui austeris magis quam dulcibus
sanari animam tuam cupio, credideris imputandum, memento osculis male blandis
praeponi vulnera caritatis.

XVIII.

G DOMINO DEVINCTISSIMO ET MIHI SPECIALI AFFECTU VENERANDO AC SUSPICIENDO FRATRI LUCIDO PRESBYTERO FAUSTUS.

1 Grandis caritas est parum cauti fratris errorem per dei gratiam et adiutorium
magis velle curare quam, sicut summi antistites meditantur, ab unitate suspendere.
quid possum de hoc sensu, sicut vis, cum unanimitate tua per litteras loqui, cum te
praesens multa et blanda et humili collocutione numquam potuerim ad viam veritatis
2 attrahere? loquentes ergo de gratia dei et oboedientia hominis id omni modo statuere
debemus, ut neque proni in sinistram neque importuni in dexteram regia magis
3 gradiamur via. illud autem venerationem tuam dixisse miratus sum, quod nullus
umquam sub religiosa professione contra catholicam fidem vel scripserit vel praedicaverit, cum plurimi multiplices et profanos errores suos etiam scriptorum monumentis
4 crediderint inserendos, qui tamen christiano nomine gloriabantur. breviter ergo dicam,
quantum cum absente loqui possum, quid sentire cum catholica ecclesia debeas, id
est, ut cum gratia domini operationem baptizati famuli semper adiungas et cum qui
praedestinationem, excluso labore hominis, asserit cum Pelagii dogmate detesteris.

3 Prov. XXV, 27. 8 Ps. CXVIII, 11. 28 Num. XXI, 22.

1 mente *P* 3 uitam *G* elationes *P* qua *P* 5 corde *P* 6 uni *GP* ebrietatātem, *ras. virgula G* cogitationibus] cogitacione sub *P* 10 aliquo] *P*, alio quo *G* abbati *P* 11 tuam *corr.* tuas *G*¹ seniores *P* 13 catholicae *P* 14 aut *G* agnoscere] poteris agnuscere *in initio paginae repet. G* 15 sollicitae *P* 16 persuatio *G* 17 intentencio *P* haec inter *P* 18 sanare *P* 19 praepone *P* caritatis] finit *add. P, ubi* definicio synodi aduersus eutycen *sequitur* 20 XVIII] *epistulas Fausti et Lucidi Hincmarus libro quem adversus Gothescalcum conscripsit de praedestinatione dei et libero arbitrio c. 1 inseruit (Migne, Patrol. lat CXXV, p. 79). Quae discrepant compendio H notari*: EPISTULA . FAUSTI . AD LUCIDUM . PRESBITERUM *lemma ferunt GH* 22 suscipiendo *H* 23 grandes *G* adiutorium et gratiam *Baronius* 24 ab unitate] *H*, a bonitate *G Baronius* 26 allocutione *Baronius* ui•ā, *ras.* t *G* uert^atis? *corr.* ueritatis *G*¹ 27 dei gratia *H* id] in *G* 28 neque proni in sinistram] *s. l. G*¹ inportune *G* regi (magis *om.*) gradiamur uia *G*, regiam — uiam *Baronius* 30 catholica *G* 33 ecclesia] et eclesia *G* 34 operatione *G* semper adiungas] peradiungas *G* et] ad *H*

Digitized by Google

Anathema ergo illi qui inter reliquas Pelagii impietates hominem sine peccato 5 *G*
nasci et per solum laborem posse salvari damnanda praesumptione contenderit et qui
eum sine gratia dei liberari posse crediderit.

Item anathema illi qui hominem cum fideli confessione sollemniter baptizatum 6
et asserentem catholicam fidem et postmodum per diversa mundi huius oblectamenta
et temptamenta prolapsum in Adam et originale peccatum perisse asseruerit.

Item anathema illi qui per dei praescientiam hominem deprimi in mortem dixerit. 7

Item anathema illi qui dixerit, illum qui periit non accepisse, ut salvus 8
esse posset.

Item anathema illi qui dixerit, quod vas in contumeliam non possit assurgere, 9
ut sit vas in honorem.

Item anathema illi qui dixerit, quod Christus non pro omnibus mortuus sit nec 10
omnes homines salvos esse velit.

Cum autem ad nos in Christi nomine veneris aut cum a sanctis sacerdotibus 11
evocatus fueris, tunc opportuna, si dominus iusserit, locis suis testimonia proferemus,
quibus et quae catholica sunt manifestentur et quae catholicis contraria de-
struantur. nos autem per inluminationem Christi veraciter et confidenter asserimus, 12
et eum qui periit per culpam salvum esse potuisse per gratiam, si gratiae ipsi famuli
laboris obaedientiam non negasset, et eum qui per gratiam ad bonae consummationis
metas, servitio obsequente, pervenit, cadere per desidiam et perire potuisse per culpam.
nos ergo per medium Christo duce gradientes, post gratiam, sine qua nihil sumus, 13
laborem officiosae servitutis asserimus, sed omni modo arrogantiam et praesumptionem
laboris excludimus, ut totis viribus desudantes, ne gratia in nobis evacuetur, quicquid
de manu domini susceperimus, donum pronuntiemus esse non praemium, scientes, laboris
ipsius fructum officii rem esse non meriti, cum evangelista dicentes: servi inutiles
sumus, quod debuimus facere fecimus. haec quae strictim pro epistulae brevi- 14
tate memorata sunt aut recipere se aut respuere unanimitas tua, recurrente sermone,
respondeat. ceterum qui hanc veritatis mensuram, gratia praecedente et conatu
assurgente, non sequitur, dignus erit qui a sacris liminibus arceatur. ego tamen 15
individuam mihi bonitatem tuam toto sincerae benignitatis amplexu in via retinens,
intra matris ecclesiae gremium permanere, repudiato hoc errore, desidero. qui si cito
respuatur, ignorantia fuisse videbitur; blasphemia vero reputabitur, si pertinaciter
defendatur. gravem namque in auctorem retorquemus invidiam, si dicamus, quod ei 16
possibilitatem capessendae salutis noluerit dare qui periit, cum minime negare possimus,
quod mandati praevaricatorem in iudicii sui examinatione damnabit. — qui enim non
est obnoxius de suscepto, nescio, quomodo reus possit esse de perdito, — ac sic pec-
cantes in deum, cuius in primis incautius asseruimus gratiam, in postremis eius
videbimur impugnare iustitiam. huius autem epistulae exemplar mecum retineo in 17
conventu sanctorum antistitum, si ita necesse fuerit, proferendum. quam si suscipiendam

25 Luc. XVII, 10.

1 ille *G* pelagi•, *ras.* i *G* 2 saluari] *om. G* 4 illi] *om. G* 5 huius modi *Baronius* 6 et temptamenta] *H*, et (tēp *s. l. G*[1]) tamenta *G*, *om. Baronius* 7 prescientia *G* in mortem deprimi hominem *Baronius* 9 posset] id est de baptizato uel de illius aetatis pagano, qui credere potuit et noluit *add. Baronius, om. GH* 10 quod] *om. G* in contumeliam] *H*, in contumil (i *s. l. G*[1]) a *G*, contumeliae *Baronius* posset *G* 13 uellit *G* 14 mos *G*[1] 15 opportune *Baronius* proferimus *G* 16 sunt] *s. l. G*[1] catholicis] sunt *add. Baronius* destruuntur *G* 17 adserimur *G*[1] 18 ipse *coni. Mommsen*, ipsius famulatui *Baronius* 22 officiosae] laboriosae *Baronius* 24 pretium *H Baronius* 25 euangelist•a dicente •serui, *ras.* e *et* s? *G* 26 abrenitate *G* 27 recepere *G* 29 a] *om. H* tamen] autem *Baronius* 31 in — gremio *Baronius* permanere] te *suppl. Mommsen* 32 ignorantiae *Baronius* 33 graue *G* 34 periit] ei dumtaxat, qui capere iam possit arbitrii libertatem *add. Baronius, om. GH* 36 reus] *G Baronius, om. H* esse possit *Baronius* ac si *G* 38 uidiuimur *G*

G putaverit fraternitas tua, aut subscriptam manu propria mox remittat aut sequentibus
18 scriptis omnino se improbasse respondeat. quod si eam subscriptam, ut dixi, transmittere nolueris, aperte adhuc te in errore persistere ipso silentio comprobabis ac proinde iam necessitatem mihi facies ad personam tuam publicis conventibus ex-
19 ponendam. et ideo secundum haec quae a me sunt directa rescribe, ut ea, remotis circuitionibus, aut agnoscas aut respuas.
20 Item alia manu: Faustus exemplar epistulae meae relegi et subscripsi.

XIX.

DOMINIS BEATISSIMIS ET IN CHRISTO REVERENTISSIMIS PATRIBUS EUFRONIO, LEONTIO, FONTEIO, VIVENTIO, MAMERTO, PATIENTI, VERIANO, AUXANIO, FAUSTO, PAULO, MEGETHIO, GRAECO, EUTROPIO, LEONTIO, CLAUDIO, MARCELLO, CROCO, BASILIO, CLAUDIO, URSICINO, PRAETEXTATO, PRAGMATIO, THEOPLASTO, LEUCADIO, VIVENTIO, IULIANO, AMICALI, IOANNI, OPILIONI ET LICINIO EPISCOPIS LUCIDUS PRESBYTER.

1 Correptio vestra salus publica et sententia vestra medicina est. unde et ego summum remedium duco, ut praeteritos errores accusando excusem et salutifera professione me diluam.
2 Proinde iuxta praedicandi recentia statuta concilii damno vobiscum sensum illum qui dicit, laborem humanae obedientiae divinae gratiae non esse iungendum.
3 Qui dicit post primi hominis lapsum ex toto arbitrium voluntatis exstinctum.
4 Qui dicit, quod Christus dominus et salvator noster mortem non pro omnium salute susceperit.
5 Qui dicit, quod praescientia dei hominem violenter compellat ad mortem vel quod dei pereant voluntate qui pereunt.
6 Qui dicit, quod post acceptum legitime baptismum in Adam moriatur quicumque deliquerit.
7 Qui dicit alios deputatos ad mortem, alios ad vitam praedestinatos.

---

1 suscripta *G* 2 si *om.* *G* remittere *H* 4 publices *G* 5 ut] *GH*, utrum *Baronius* remo•tis, *ras.* r *G* 6 respuas] *p. 48 desinit, p. 49 fragmentum prologi Baudoniviani alia manu scriptum occupat G* 7 item — subscripsi] *haec in codice p. 328 epistulis ad Desiderium datis (cf. Canisius, Lect. ant. V, p. 551) subiuncta sunt, quae Lucidi epistula excipit G, habet H,* auxanius in christi nomine episcopus relegi et subscripsi. faustus exemplar epistolae meae relegi et subscripsi. paulus episcopus in christi nomine relegi et subscripsi. eutropius in nomine christi episcopus relegi et subscripsi. pragmatius in christi signo episcopus relegi et subscripsi. patiens in christo episcopus relegi et subscripsi. euphronius relegi et admiratus sum plenitudinem sanctam. megethius episcopus relegi et subscripsi. claudius in nomine christi episcopus relegi et subscripsi. leucadius in nomine christi episcopus relegi et subscripsi. iulianus in nomine christi episcopus subscripsi. lucidus presbyter relegi et subscripsi *Baronius: subscriptiones, quas Hincmarus quoque ignoravit, Sirmondus, hist. praedest. c. VII (Migne, Patrol. lat. LIII, p. 683) ut spurias delevit: sunt autem ex epistula XIX petitae* exemp̄ *G* religi et subscrip̄ *G* 8 *lemma ferunt:* EXEMPLAR EPISTULAE LUCIDI PRBI *G*, item exemplar libelli lucidi presbyteri *H* 9 reuerendis *Baronius* 10 eufronio — 15 presbyter] eufronio, uiuentio, ueriano, paulo, eutropio, marcello, claudio, leontio, mamerto, auxanio, megetio, leontio, croco, ursicino, fonteo, patienti, fausto, graeco, claudio, basilio, praetextato, pragmatio, uiuentio, ioanni episcopo, theoplasto, iuliano, opilioni, leocadio, amicali et licinio presbyteris lucidus *H* leontio euphronio *Baronius* mamerco *Baronius* uiriano *Baronius* 11 auxiano G^1 megetio paulo *Baronius* basilio leontio claudio leucadio pragmatio marcello praetextato iuliano amicali ioanni opilioni licinio uiuentio theophlasto episcopis *Baronius* 12 baselio *G* pretextato *G* 13 leocadio *GH* u•uentio, *ras.* u? G^1 14 opiloni *corr.* opilioni G^1 lycinio *G* episcop̄ *G* 15 prbi *G*, *om.* *Baronius* 17 confessione *Baronius* 19 lecentia *G* 20 humanae obedientiae laborem *Baronius* 22 dominus] *om.* *Baronius* 23 salutem *G* 25 quod] cum *add.* *Baronius*

Digitized by Google

Qui dicit, ab Adam usque ad Christum nullos ex gentibus per primam dei 8 *G*
gratiam, id est per legem naturae, in adventum Christi fuisse salvatos, eo quod liberum arbitrium eis omnibus in primo parente perierit.

Qui dicit, patriarchas ac prophetas vel summos quosque sanctorum etiam ante 9
5 redemptionis tempora in paradisi habitatione deguisse.

Qui dicit, ignes et inferna non esse. 10

Haec omnia quasi impia et sacrilegiis repleta condemno. 11

Ita autem assero gratiam dei, ut adnisum hominis et conatum gratiae semper 12
adiungam

10 et libertatem voluntatis humanae non exstinctam sed attenuatam et infirmatam 13
esse pronuntiem et periclitari eum qui salvus est et eum qui periit potuisse salvari;

Christum etiam deum ac salvatorem nostrum, quantum pertinet ad divitias 14
bonitatis suae, pretium mortis pro omnibus obtulisse,

et quia nullum perire velit, qui est salvator omnium hominum, maxime fidelium, 15
15 dives in omnibus qui invocant illum.

Et quia in tantis rebus conscientiae satisfaciendum est, memini me ante 16
dixisse, quod Christus pro his tantum quos credituros praescivit advenisset, sententias dominicas sequens, quibus ait: sicut filius hominis non venit ministrari, sed ministrare et animam suam redemptionem dare pro
20 multis, et illud: hic est calix sanguinis mei novi testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum, vel illud apostoli: sicut semel statutum est hominibus mori, ita et Christus semel oblatus est ad multorum exhaurienda peccata. nunc vero sacrorum testimoniorum auctori- 17
tate, quae abunde per spatia divinarum scripturarum inveniuntur, et seniorum
25 doctrinae ratione patefacta, libens fateor, Christum etiam pro perditis advenisse, quia eodem nolente perierunt. neque enim fas est, circa eos solum qui videntur esse 18
salvati immensae divitias bonitatis ac beneficia divina concludi. nam si Christum his tantum remedia attulisse dicimus, qui redempti sunt, videbimur absolvere non redemptos, quos pro redemptione contempta constat esse puniendos.

30 Assero etiam, per rationem et ordinem saeculorum alios lege gratiae, alios 19
lege Moysi, alios lege naturae, quam deus in omnium cordibus scripsit, in spe adventus Christi fuisse salvatos,

nullos tamen ex initio mundi ab originali nexu nisi intercessione sacri sanguinis 20
absolutos.

35 Profiteor etiam aeternos ignes et infernales flammas factis capitalibus prae- 21
paratas, quia perseverantes in finem humanas culpas merito sequitur divina sententia, quam iuste incurrunt qui haec non toto corde crediderint.

Orate pro me, domini sancti et apostolici patres. 22

Lucidus presbyter hanc epistulam manu propria subscripsi et quae in ea ad- 23
40 struuntur assero et quae sunt damnata damno.

---

18 Matth. XX, 28. 20 Matth. XXVI, 28. 21 Heb. IX, 27. 28.

1 nullum *Baronius* 3 eis omnibus] *coni. Mommsen*, ex omnibus *GH*, *om. Baronius* perierit] *coni. Mommsen*, perdiderint *GH Baronius* 4 dicit] *om. G* quoque *G* 5 in — habitatione] *GH*, intra paradisum *Baronius* 6 qui — esse] *GH*, *om. Baronius* 12 dominum *Baronius* ac] et *Baronius* 13 omnibus] hominibus *add. H* 14 hominum] *om. Baronius* 16 et — 29 constat esse puniendos] *GH*, *om. Baronius* est] *H*, *om. G* 18 sicut] *H*, sic *G* venit non *H* 21 effunditur *G* remissione *G* 24 scripturarum] *om. G* 25 qui *H* 26 p (e *s. l.* G^1) rierunt *G* 30 ratione *G* gratiae — 31 moysi alios lege] *in transitu a pagina ad paginam om. G* 33 nullos] *om. Baronius* ex] et *G* 33 sanguinis] non *add. Baronius* 35 & ∘ernos, *ras.* & *G* 36 in finem] *om. Baronius* 37 crediderunt *G* 39 lucidus — 40 damno] *om. Baronius* epistula *G* 40 damn∘∘∘ *G*

G

XX.

EPISTULA FAUSTI.

1 Quaeris a me, reverentissime sacerdotum, quomodo Arrianis respondendum sit, qui blasphemo ore conantur asserere: non potest, inquit, fieri, nisi ut iunior sit genitus ab ingenito. iuxta quae totum silentium quasi iussus absolvere non tam pro rei instructione quam pro fidei confessione praesumam, id primitus observans, ne res per se obscuras studio compositi sermonis involvam, sed quaedam pauperis sensus indicia,
2 quae non tam ornatui quam intellectui videantur servire, depromam. respondeo ergo, sicut respondere discipuli magistris interrogantibus solent. itaque ad praeceptum beatitudinis vestrae loquor, ut discutiar; imperitiam contestor, ut docear: nam apud
3 eruditissimum si reticeam, vix possum scire quid nesciam. de ingenito locuturi, scire debemus, aliud esse rerum substantias, aliud rerum nomina, sicut verbi gratia, cum aurum atque argentum dixeris, non statim metallum ipsum, sed metalli vocabula protulisti: etenim aurum aliud est in proprietate generis, aliud in appellatione sermonis;
4 aliud est, cum illud nominamus, aliud, cum tenemus. genitus et ingenitus significatio est deitatis, non ipsa deitas; naturae est appellatio, non natura. ingeniti et geniti nuncupatio ad hoc valet, ut quis ex quo subsistat intellegas et non patrem ex filio sed filium ex patre esse cognoscas. principium ex principio et unum est et initio
5 caret, quomodo si dicas: deus ex deo, non tamen duo dii, sed unus deus. genitus ergo et ingenitus et ex utroque procedens personas indicat, non naturas. maiestas enim, quae patri est indiscreta cum filio et spiritu sancto, distingui nominibus potest, ordinari gradibus non potest. hoc loco praescius oportet intentionem mentis admoveas.
6 dicis forsitan: quia ex illo est, posterior illo est. age ad haec intellectum nostrum aliquibus comparationibus nutriamus. videamus, si aliqua res ex alia existat, quae tamen illi ex qua existit non sit aetate posterior. verbi gratia hoc ipsum filii nomen ex patris derivari nomine creditur nec tamen posterius invenitur, quia nisi iste
7 nasceretur, pater ille non diceretur. ecce nomen, quod absolute coaevum illi est a quo est, et, cum filius ex patre sit, patri nomen filius facit, adquirit genitori vocabulum pietatis persona nascentis. cum hoc ex illo sit, nec hoc posterius nec aliud probatur antiquius, et cum brachii nomine filius ex operum virtutibus nuncupetur, ecce
8 brachium procedit ex corpore et tamen brachii aetas corporis non praecedit. verbum ex voce profertur et tamen, cum ex ore nascatur, voce esse posterius non probatur. ignis et calor indivisa societas, sed cum calor indubitanter ex igne esse intellegatur, tamen ignis nequaquam calore suo prior esse dinoscitur. ecce rem, quae existere videtur ex alia, et tamen ei de qua existit sine ulla temporis intercessione coniuncta
9 est. cum autem ad deum venimus, hoc est genitus quod iustus et iustitia, sapiens et sapientia, misericors et misericordia, absolute ex deo iusto atque sapiente secundum apostolum oriri intellegimus iustitiam atque sapientiam. et sicut numquam iustus sine iustitia, numquam sapiens sine sapientia fuit, ita filius ex patre, sed pater numquam potuit

---

30 Is. LIII, 1.

1 XX] XII *in mg. scr.* G 2 EPISTULA FAUSTI] INCIPIT EPISTULA SANCTI FAUSTI G, *Cl. Mamertus, de statu animae I, 2 (ed. Engelbrecht p. 24), scriptoris nomen ignoravit:* percontor de nomine: nec responso nec scripto proditur; *cf. Gennadius de viris inl. c. LXXXVI:* legi eius et adversus Arianos et Macedonianos parvum libellum, in quo coessentialem praedicat trinitatem, et alium adversus eos qui dicunt esse in creaturis aliquid incorporeum, in quo et divinis testimoniis et patrum confirmat sententiis nihil credendum corporeum praeter deum 4 inquiunt *Engelbrecht* 7 sermones G sed] seu G 11 eruditissimum] ti *s. l.* G¹ 14 etenim] *Canisius,* enim G 16 naturae] *Engelbrecht,* natura G 18 patrem G 20 et ex utroque] *Canisius,* ex utraque G *probante Mommseno* procedens] persona *suppl. Mommsen* indicat] *scripsi,* indig•at, *ras.* n G, indigitat *Canisius et Engelbrecht* 23 aege G 24 ilia G 25 illi] G fili• G¹ 32 nascatur] *Engelbrecht,* nascitur G 35 ilia G 37 misericors et misericordia] G, *expunxit Mommsen* 39 pater] *om.* G, *supplevit Engelbrecht*

Digitized by Google

esse sine filio. absque dubio Arriani salvatorem nostrum negare non audent, sed, 10 *G*
dum minorem dicunt, deum asserere non possunt. deus enim naturaliter plenitudinis
dignitate subsistit et eorum impietas unum se deum colere prima confessione testatur,
sed qui iuniorem, per eum qui putatur senior duos facit et soliditatem unitatis inter-
5 secat. nam ipsum nomen minoris alterum qui illo sit maior ostendit. quis illo anti- 11
quior qui de se ipse pronuntiat: ego sum alpha et ω, primus et novissimus;
qui a Iudaeis qui esset interrogatus, ita respondit: principium, quod et loquor
vobis; qui veridica per prophetam voce confirmat: ante me non fuit deus et
post me non erit? si pater hoc dicit, inferiorem post se non coepisse confirmat; 12
10 si filius, ante se penitus non fuisse pronuntiat. de hoc propheticus sermo evidenter
insinuat: hic est deus noster et non reputabitur alius ad eum, et post haec:
inter homines visus est et cum hominibus conversatus est. secundum 13
haec ergo inter genitum et ingenitum nec ordo est, quia unus est, nec tempus interest,
quia primus est, nec postponendus est, quia solus est, nec minor dicendus est, quia
15 plenus est. ergo solus deus, perfectus simplicisque naturae, inaestimabilis et im-
passibilis, etsi eum secundum carnem passum esse pro nobis veraciter et salubriter
confitemur. post haec sequenti loco quaeris a me, quomodo iuxta substantiam dei in 14
epistula quadam scriptum sit: nihil sensit patientis sensu, sed sensit com-
patientis affectu. primo hoc, quod nec philosophos latuit, scire promptissimum. 15
20 in homine diversae affectiones, id est iustitia, misericordia, sanctitas, benevolentia,
pietas, res accidentes sunt et ideo affectus vocantur, deus vero his non passibiliter
afficitur, quia ei inesse iugiter et naturaliter dinoscuntur. ergo quod in homine affectus
et gratia, in deo virtus est et natura. nam quod dictum est: nihil sensit patientis 16
sensu, sed sensit compatientis affectu, cur quisquam illo sensu dicere non
25 praesumat, quod etiam propheticum commemorat: domine, ne in ira tua arguas
me neque in furore tuo corripias me; et: iuravit dominus nec paenitebit
eum; et iterum: iratus est dominus populo suo et abominatus est heredi-
tatem suam? et item diverso affectu Iacob dilexisse et Esau odio habuisse describitur.
contristari in peccatis nostris et laetari dicitur in operibus suis et affectibus subiacens 17
30 de se ipse dicit: paenitet me fecisse hominem; et de summa caeli sede pro-
nuntiat: Saule, Saule, quid me persequeris? nam et compatientis ostendere 18
videtur affectum, cum dicit: esurivi et dedistis mihi manducare, sitivi et
dedistis mihi bibere, et reliqua huiusmodi, quae memoriae abundanter occurrunt.
quomodo ergo, si quisquam sacerdos multiplici linguarum scientia praeditus et in 19
35 medio diversarum gentium constitutus, Hebraeum Hebraeo, Graecum Graeco, Romanum
Romano instructurus alloquio, secundum singulorum intellectum verba conformet et
iuxta uniuscuiusque sensum oris sui coaptet alloquium et dissonas unius cordis et
peccatoris pectoris voces in varios dispenset auditus, ita et deus cum homine locuturus,
assumere dignatur hominis linguam, formam etiam suscepturus humanam, per in-
40 tellectuum nostrorum sonos ordinationum nostrarum contestatur affectus. nam dum 20

---

6 Apoc. I, 8; Is. XLIV, 6. 7 Ioann. VIII, 25. 8 Is. XLIII, 10. 11 Bar. III, 36. 12 Bar. III, 38. 18. 23. cf. Fausti ep. ad Graecum, supra p. 286, l. 3. 25 Ps. VI, 1. XXXVII, 1. 26 Ps. CIX, 4. 27 Ps. CV, 40. 28 Rom. IX, 13. 30 Gen. VI, 7. 31 Act. IX, 4. 32 Matth. XXV, 35.

6 qui de se ipse] G^2, quid || esse ipse G^1 ω] o *G* 7 a iudaeis] *Engelbrecht*, cũ iudeis *G* esse *G* 17 quaeris — 22 afficitur] *citavit Cl. Mamertus I, 3 (ed. Engelbrecht p. 26)* 18 pacientes, *ras.* s *G* conpacientes *G* 20 in] quia in *Cl. Mamertus* affectionis *G* 21 accedentes *G* 22 ergo — 23 et natura] *citavit Cl. Mamertus l. l. (ed. Engelbrecht p. 27)* 28 discribitur *G* 35 hebreum hebreo, gregum grego *G* 36 conformet] *Hartel*, confirmet *G* 37 dissonas] *Hartel*, dissonis *G* 38 peccatoris *delevit Hartel*, peccatoris || pectoris *G*, *cf. infra p. 299, l. 16* loquaturus *G* 39 homines *G* 40 sonus *G*

Digitized by Google

G quinque humanorum sensuum officia describens ita dicit: oculi domini super iustos
et aures eius ad preces eorum; et iterum: os domini locutum est; item: et
odoratus est odorem suavitatis; et: manus mea fecit haec omnia. caelum
mihi thronus est, terra autem scabellum pedum meorum; cordibus nostris
21 efficientias insinuat rerum sub significatione membrorum. unde pro ineffabili eius 5
circa humanum genus dignatione, quae servos amicos ac filios [nominare] compellare
22 non despicit, ut homo cum eodem vicissim humano ore et more colloquitur. ceterum
dei ira iustitia est, dei furor severitatis vigor est, dei iurasse definisse est, dei
paenituisse sententia tamen saepe mutata; et cum se persequente aliquo laedi dicit,
23 crimen laedentis ostendit. intercluditur nobis omnimodis orationis ministerium omnis- 10
que ratio, qua deus vel intellegitur vel praedicatur, si haec humani sermonis commercia
subtrahuntur. cur ergo dici inter ista non possit, sed sensit compatientis affectu?
24 si ergo discutienti magistro simplex et aperta responsio satisfecit, transeamus ad
GM tertiam quaestionem, qua ut respondeam praecipis, quae in rebus humanis corporea,
25 quaeve incorporea sentienda sint. ad haec aliqua non pro sensus mei praesumptione 15
depromam, sed pro sanctorum opinione seniorum, praesertim cum haec animum laedere
non possint et ad fidem nutrire possint et usque ad id, quo patri filius aequalis
appareat, contra Arrianas armare atque erigere valeant pravitates. ergo quando de
tractatu altiori collatio est, ad subtiliorem intellectum sensus et animus praeparandus
26 est. nonnulli eruditissimi patrum alia asserunt esse invisibilia, alia vero incorporea. 20
quicquid creatum est, materiam videri et factori suo comprehensibile et corporeum
esse definiunt. nam et animarum et angelorum naturam asserunt esse corpoream, pro
27 eo quod initio circumscribatur et spatio. nam sicut in quodam sancti Hieronymi
tractatu legimus: globos, inquit, siderum corporatos esse spiritus arbi-
trantur, et item: si angeli, inquit, caelestia etiam corpora ad compara- 25
tionem dei immunda esse dicuntur, quid putas homo aestimandus est?
28 sed inter haec ideo tu animam negas esse corpoream, quia iuxta aliquorum opinionem
nec localis sit nec qualitate aut quantitate subsistat, quod de sola dei maiestate credi
29 debere manifestum est. legimus enim in quodam receptissimo patrum tractatu: in-
gredi, inquit, et implere omnia soli est possibile trinitati, quae sic 30
universae intellectualis naturae efficitur penetratrix, ut non solum
circumplecti eam atque ambire, sed etiam inlabi ei et velut incorporea
30 corpori possit infundi. licet enim pronuntiemus, nonnullas spiritales esse

1 Ps. XXXIII, 16. 2 Is. I, 20. Gen. VIII, 21. 3 Is. LXVI, 2. 1. 12 cf. Fausti ep. ad Graecum, supra p. 286, l. 3. 24. 25. Hieronymi comm. in Iob 25 (Migne, Patrol. lat. XXVI, p. 727). 29 Cassiani collat. VII, 13 (Migne, Patrol. lat. XLIX, p. 683).

1 discribes *G* 5 pro] p *G* 6 nominare] *G, expunxit Mommsen, et add. Canisius* conpellere *G* 7 dispicit *G* ut] et *G* 9 sententiā, *ras. virgula G* mutata] *Canisius,* muta *G* 11 sermones *G* 14 *a verbis* praecipis ut respondeam *codices Claudiani Mamerti, cuius operi de statu animae haec epistula praefixa est, incipiunt, quos inter se consentientes vel pleroque littera M distinxi. Lemma ferunt:* HUIUS OPERIS AUCTOR IGNORATUR, QUIA TACITO NOMINE ISTA CONSCRIPSIT, CONTRA QUAE CLAUDIANUS TRES HOS LIBROS DISSERUIT. *Epistulam in duas partes divisam Gennadius quoque legit, cf. supra p. 292, l. 2 adn.* precepisq *G* 15 ad] *e regione huius versus in mg. add.:* uentilationē huius questionis minime *G*[2] non] *om. M (praeter Lips.)* sensos *G* 16 promam *G* animam *M* 17 nutrire ad fidem *M* possent *G* 18 appereat *G* erigere] *M,* regere *G* 21 quicquid — uideri] *attulit Cl. Mamertus I, 10 (ed. Engelbrecht p. 50)* materia *G* comprehensibilem *G* 23 circumscribatur] *GM (plerique)* hyeronimi *G* 24 globus *G,* globos — arbitrantur *attulit Cl. Mamertus I, 10 (ed. Engelbrecht p. 51)* 25 si — 26 aestimandus est] *attulit Cl. Mamertus I, 12 (ed. Engelbrecht p. 53)* etiam] *om. G* 26 est] *om. G* 28 aut — maiestate] *om. G* 29 enim] *om. M* 30 sicut *G* 31 uniuersa *G* 33 nonnullas — *p. 295, l. 3* aestimandae] *attulit Cl. Mamertus I, 8 (ed. Engelbrecht p. 47). II, 10 (p. 139)* ‖ nullas *G* esse spirit. *M*

Digitized by Google

naturas, ut sunt angeli, archangeli ceteraeque virtutes, ipsa quoque *GM*
anima nostra vel certe aer iste subtilis. tamen incorporeae nullatenus
aestimandae sunt. habent enim secundum se corpus, quo subsistunt,
licet multo et incomparabiliter tenuius, quam nostra sunt corpora,
5 secundum apostoli sententiam dicentis: et corpora caelestia et corpora
terrestria. quibus pro manifesto colligitur, nihil esse incorporeum nisi 31
solum deum et idcirco ipsi tantummodo posse penetrabiles omnes
atque intellectuales esse substantias. quae cum ita sint, obicis mihi, ideo 32
animam non esse corpoream, quia, ut dictum est, nec localis sit nec qualitate aut
10 quantitate subsistat. quod cuius periculi sit ita credere in subsequentibus demon- 33
strabitur; nunc vero in hoc tractatus nostri status, habita discussione, pendebit, ut, si
nec localis sit nec quantitati subiaceat, esse eam haud dubie incorpoream concedamus;
si vero eam demonstraverimus quantitate determinari locove concludi, consequenter
eam etiam corpore contineri, nec ipse iam dubites. quomodo non localis est, quae 34
15 inserta membris et inligata visceribus solis motibus vaga condicione substantiae tenetur
inclusa? quod si localem non esse animam, ideo asserendum putes, quod per diversa 35
sensibus evagetur et cogitationibus differatur, primum intellegendum est, quod aliud
sit animae status, aliud is qui de anima nascitur cogitationis affectus. quam ob rem aut
hoc potius aestimandum est, quod, si quando sibi aliquid imaginatur, magis cum suis
20 intra semet ipsam motibus occupetur, et si quid aliud est, quod aspicere videtur, magis
ei in recordationis speculo describatur. nam quando absentem carum suum cogitat, 36
numquid iam, velut ipso conspecto, desideriis satisfecit? aut cum verbi gratia Petri
aut Pauli speciem intra mentis arcana depingit, numquid statim intimas paradisi sedes,
ubi eos esse novimus, penetravit? aut cum sibi in corde divitis illius flammas ex
25 lectione proposuit, numquid iam ad tormentorum eius loca ac vivis inaccessibilia inferi
profunda descendit? haec omnia procul dubio aut secum intra pectoris arcana per 37
varias similitudines fingit aut certe, si extra animae sedem instabilis cogitatio lubrico
motu agitata discurrit, hoc ipsud localiter agit, et sive urbem sive quamcumque
regionem cogitet, ibi tantum sensu commorante defigitur, quo animi intentione raptatur.
30 imaginari sibi aliqua potest, complecti omnia simul non potest. cum ergo anima 38
Alexandriam vel Hierosolymam cogitavit, si vere illic tota sui praesentia, ut arbitraris,
interfuit, referat nobis situs locorum, vultus hominum, motus actusque populorum.

5 I. Cor. XV, 40. 24 Luc. XVI, 22.

2 certe] acerte *G* 3 existimandae *M* habent — 4 sunt corpora] *attulit Cl. Mamertus I, 16 (ed. Engelbrecht p. 61)* subsistant *M* 4 et incomparabiliter] *om. Cassianus* tenui (u *s. l.*) s *G* 5 dicentes *G* 6 p *G* 7 omñ *G*, spirituales *add. Cassianus* 8 atque] *om. M* obicis — 14 dubites] *attulit Cl. Mamertus I, 16 (ed. Engelbrecht p. 62)* 10 credere — 11 uero] *om. G* consequentibus *Cl. Mamertus l. l.* demonstrabitur] demonstratur *codd. Paris. nr. 16340, 2779, Vat. Reg. nr. 201 M*, demonstrabimus *Cl. Mamertus l. l.* 11 tractatus (tractatu *Lips.*)] *M*, status *G* status] *M* (*al.* statu), *om. G et cod. Lips. M* 12 quantitate *G* aut dubio *G*, indubio *Cl. Mamertus l. l.* 13 demonstrare eam *G* 14 corpori G^1 quomodo — 16 inclusa] *attulit Cl. Mamertus III, 14 (ed. Engelbrecht p. 181)* 17 deferatur G^2 aliud — 21 describatur] *attulit Cl. Mamertus I, 24 (ed. Engelbrecht p. 84)* 18 sit] est *Cl. Mamertus* his *G* aut] *om. M* 19 existimandum *M* (extimandum *Lips.*) 20 occupatur *M* aliud] illud *G* 21 ei] *om. M* cordationes G^1, cordationis G^2 discribatur *G* quando — 22 satisfecit] *attulit Cl. Mamertus I, 25 (ed. Engelbrecht p. 87)* 22 iam] *om. M et Cl. Mamertus l. l.* conspectu *G et cod. Lips. M* desideriis] *Cl. Mamertus l. l.*, desiderii *G*, desiderio *M* cum — 26 descendit] *attulit Cl. Mamertus III, 13 (ed. Engelbrecht p. 178)* 24 nouissimos G^1, nouimus G^2 25 loco cuius inaccessibilia inferri *G* 26 discendit *G* inter *G* 27 instabili *G* 28 agit et] agitet *G* 29 commemorante *M* 30 ergo] uero *M* animā, *ras.* virgula *G* anima — 32 populorum] *attulit Cl. Mamertus III, 10 (ed. Engelbrecht p. 172)* 31 alexandriam, *ras.* n *G* hyerusolimam *G* cogitat *Cl. Mamertus l. l.* si uere] siue *G*, et si per cogitationem *Cl. Mamertus l. l.* aut, *ras.* a *G* 32 motus] ritus *M*

Digitized by Google

GM sed hoc ipsud, quod nunc inter nos commercia sermonum mutua spiritus actione miscemus, loqui me vobiscum, sed apud conscientiam meam, sentio; ad vos vero me
39 accessisse non sentio. nam si vere anima cum suis ferri sensibus creditur, et his quorum reminiscitur ipsa per se suis cogitationibus praesentatur. ecce per haec praesentis temporis momenta vos cogito et, animo reminiscente, vos video et omnimodis, quid geratis et utrum quieti an lectioni vel orationi vacetis, ignoro. sed hoc ideo evenit, quia ad vos cordis affectu, non ipsa substantiae meae veritate per-
40 venio. neque enim in suis motibus, quos nunc optimos, nunc pessimos esse sentimus, animae nostrae natura consistit. nam si per cogitationes suas constare credenda est, cur, eis interdum evanescentibus atque pereuntibus, ipsa in sui vigore atque alacritate perdurat? quantae ergo in nobis frequentissimae cogitationes et curae etiam salubriter
41 moriuntur et vitae magis liberati interioris operantur! si ipsis anima constaret, absque dubio, ipsis pereuntibus, superesse non posset. unde hoc magis ipsa conscientiis nostris ratio loquitur, quod unaquaeque anima aut multiplicia cogitata rerum causis intra se concepta parturiat aut sensus suos velut quaedam officia aut ministeria diversis necessitatibus occupanda dispergat, ipsa vero in conclavi corporis sui semel de eo
42 exitura requiescat. quam ob rem localem esse ipsam, ut denuo sufficiens proferamus exemplum, nonne anima Lazari, manente vita, intra corpus fuit; recedente autem vita de habitaculo corporis, exsulavit, et rursum intra exanimum refusa corpus, illo unde absentaverat evocata remeavit? tunc eam tamquam et hospitii habitatione depulsam et rursum intra hospitium unde absentaverat restitutam vides et localem non esse
43 contendis? sed quid ego haec de corruptibili homine loquar, cum ille cuius caro non vidit corruptionem immaculatam quidem animam possederit, sed localem, quam utique intra se habuit, quando affixus est in patibulo, extra se procul dubio emisit, quando iacuit in sepulchro: quomodo non est localis, quam caro continet, vita con-
44 iungit, mors separat? quod si, ut dicis, localem necessitatem animarum natura non recipit, non desunt ergo et de regione paradisi illae quae carcere clauduntur inferni? dic, quaeso, si locales non sunt, quomodo peccatores a coetibus consortiisque iustorum vastum illud chaos tristi interiectione discriminat, ut neque hinc illo possint
45 accedere neque inde huc transmeare? iam illud manifestissimum est, ut quantitate circumscribantur, quae spatiis continentur. si agnovisti animam localem, concede corpoream. dic mihi, anne ipsa gloriosi anima redemptoris nostri reliquit
46 mundum, quando conscendit ad caelum? ego autem ne angelos quidem locales esse dubitaverim, quos certum est nunc in caelestibus contineri, nunc per aeris vacuum ferri, nunc ad terrena dimitti; quos sermo divinus ascendentes et descendentes in patriarchae visione describit, qui utique, si locales non essent et ubique essent,

22 Act. II, 31. 29 Luc. XVI, 26. 35 Gen. XXVIII, 12.

1 ipsum *G* commercio *M* actione miscemus] *M* (miscimus *nonnulli*), actionē scimus *G* 2 loqui me] loquimur *G* meam] *om. M* uero] *om. G* 4 reminiscimur *M* 5 reminiscentes *G* et] quorum *add. G*, memini *suppl. Hartel* 11 ergo] *om. M* cogitacionis *G* 12 uitae — liberati] *G*, uitam — libertatis *(plerique*, uitae — libertatem *Lips.) M*, uitae — libertatis *coni. Mommsen* nitrioris *M (plerique*, nutrioris *cod. Paris. nr. 16340)* 13 possit *G* nos *G* 15 sensus suos uelut] *om. M*, *probante Mommseno* quadam *G* aut] ac *M* 16 occupandis G^1, *corr.* clani *G* sui] *om. M* 17 illam *M* denuo] de uno *M* 18 mor..te G^1, morante G^2 19 rursum] iterum *M* intra exanimum] extra animum *G* illuc *M* unde] se *add. M* 20 tamquam] quam *G* deposita (depositam *Lips.*) *M* 21 unde] se *add. M*, *om. G et Lips. M* absenti || auerat *G* et] *om. G* 22 contendisse *G* ergo *G* 24 patibulo] *cf. Cl. Mamertus III, 5 (ed. Engelbrecht p. 161)* extra] intra *G* 25 coniungit uita *G* 26 si ut] sicut *G et Lips. M* 27 recepit G^1 28 si — 30 transmeare] *attulit Cl. Mamertus III, 9 (ed. Engelbrecht p. 169)* 29 uacuum *Cl. Mamertus l. l.* illud possit *G* 32 anima gloriosi *M* 33 consurrexit *M* (surrexit *Lips.*) 34 est] *om. G* uacua *M* 36 discribit *G* qui] *om. G*

Digitized by Google

adesse atque discedere ascensu descensuque non possent. ipse beatissimus Gabriel, 47 *GM*
qui se ante deum adstare testatur, cum caelorum dominum Mariae infundendum visceribus nuntiaret cumque sub dominicae oculis genetricis assisteret, sine dubio caelo deerat, maria non supervolabat, vacua atque diffusa vasti aeris non implebat, sed
5 illum tantum locum in quo aderat occupabat. quae cum ita sint, quicquid locum 48
occupat, corpus est et nescio, quomodo locali lege non teneatur, qui de loco ad locum mittitur et velut corpus motu accessuque transfertur, mole descendit, mobilitate discurrit, vadit, redit, absentat, ascendit. vel ille, credo, localis est, qui ex eo in 49
caelo non est, ex quo est eiectus e caelo; nec se solidum et localem esse prodidit, qui
10 secum tertiam partem stellarum ex alto proturbatus abstraxit? dic mihi, si corpus 50
non habet, in illa deiectione qui decidit? quid illi negas corporalem naturam, cuius negare non audes ruinam? et si, ut dicis, corpus non habet, non ardebit; ubi autem nisi in corpore sentiet ignem illum, qui paratus est diabolo et angelis eius? iam illud dici superfluum puto, illum de aeris istius conversatione quandam crassitu- 51
15 dinem de elementorum concretione traxisse. dic mihi, si corpus non habuit, ubinam in aere concretio, ubi sese haec ipsa nescio quae colligere potuit crassitudo, si secum aliquid corporale de illa caelesti arce non detulit? alienum, ut video, corpus ad 52
tormenta portabit. corpus itaque esse, etiam ex tua assertione recognosce. corpus est quod inficitur, quod maculatur, quod quacumque ex accidenti adiectione vitiatur.
20 hic ergo dudum primogenitus angelorum, nunc princeps factus est tenebrarum et quasi 53
corporeus pulcher ante, nunc degener; dudum caelesti splendore conspicuus, nunc taetro infernalis peccati horrore foedatus. corpus, inquam, est quod habitatione 54
depellitur, quantitate circumscribitur, qualitate mutatur, dolore conficitur. quae cum ita sese habeant, qui incorpoream dicunt animam, vide, in quam profundum se crimen
25 immergant. iam primum cum auctor universitatis deus omnia in numero et pondere 55
fecisse referatur, ergo anima a materia universae creaturae excepta esse creditur, quae non est corporea nec localis est, si loco non continetur. ergo ubique diffunditur, omnia intrare, implere et ubique praesens esse dicitur, ac si creatori suo creatura sociaretur, et fragilitas auctori suo, non iam res dei sed pars dei aestimanda, iungitur.
30 vide, quo assertores suos ducat alti prolapsus erroris. equidem nobis ea quae supra 56
nos sunt invisibilia sunt; sed omnia illi sicut comprehensibilia ita et corporea sunt, qui ex nihilo fecit omnia, quae sicut opere instituit, ita et materia incorporavit, et rebus omnibus, inter quas et anima censetur, sicut distribuit pondus, numerum [atque

2 Luc. I, 19. 10 Apoc. VIII, 12. 13 Matth. XXV, 41. 25. 33 Sap. XI, 21.

1 adesse] esse *G* discendere *G* discensoque *G* possint *G* ipse — 5 occupabat] *attulit Cl. Mamertus III, 6 (ed. Engelbrecht p. 162)* gabriel *G* 2 deum] *M cum Vulgata Luc. I, 19,* dominum *G* stare *M* 3 dominicae] praeceptione ordinationis (precepcionis ordinacione *Lips.*) *add. M, om. G et Cl. Mamertus l. l.* adstaret *Cl. Mamertus l. l.* 4 deerat] erat *G* uasti] uenti uasti *G* implebat] placebat *G* 5 illum] ipsum *Cl. Mamertus l. l.* tantum] modo *add. M, om. G et Cl. Mamertus l. l.* quo] *om. G* aderat] *G cum Cl. Mamerto l. l.,* erat? *M* ista *G* 6 et] *om. G* 7 accessoque *G*[1] 8 absentatur *M* discendit *G* illo *G* est — 9 e caelo] *om. G* 9 solidum et] *scripsi,* solum *G* 10 proturbatam *M* 11 quid cecidit *M* 12 audis *G* si ut] sicut *G* non habet] *om. M* 13 qui — 14 puto illum] *om. G* 14 quendam *G* 16 in aere] inhaerere *G* sese] se *G* 17 archę *G,* archa *et* arche *M (plerique)* alienum — 18 portabit] *attulit Cl. Mamertus III, 8 (ed. Engelbrecht p. 167)* ut] et *G* 18 cognosce *M* (cognoscere *Lips.*) 19 infinitur *G* quecũque *G* accedenti *G* uitiatur] *M,* uertatur *G* 20 princeps] primus *G* tenebrorum *G* et quasi — *p. 298, l. 11* naturam] *om. M* 22 quod] locum *suppl. Hartel* habitatione] *Mommsen,* habet actione *G* 24 sese] esse *G* habeat *G* quin corpoream *m. rec. corr.* qui incorpoream *G* animam] *scripsi,* animum *G* 27 ego *G* 28 ac sic *G* 29 aestimanda] deo *suppl. Mommsen* 30 prolapsos errores *G,* prolapsus erroris *Cl. Mamertus I, 3 (ed. Engelbrecht p. 32)* quidem *G* 32 qui — *p. 298, l. 1* quantitatem] *attulit Cl. Mamertus II, 3 (ed. Engelbrecht p. 105)* incorporauit] *Cl. Mamertus l. l.,* corporauit *G* 33 pondus] et *suppl. Mommsen* atque mensuram] *Cl. Mamertus l. l. e Sap. XI, 21 forte inserui, om. G, des. supra l. 25*

Digitized by Google

GM 57 mensuram], ita et posuit quantitatem. inter haec si forte, ut dictum est, asserendum aliquis putet, quod illa angelicae subtilitate naturae quaedam contagio aeris huius admixtione collecta flammis invenietur obnoxia, ergo in diabolo, prout ait, si aereum est, quod ardebit, non in illo, sed extra illum poena desaeviet, sed absque 58 dubio non aliud est quam substantia corporis, ubi dominari poterit vis doloris. vide, quo tendat imprudens et imperita persuasio! qui incorporeum cum loquitur, etiam incomprehensibilem confitetur ac sic condito adscribit operi, quod soli competit conditori, ac rebus creatis communicat privilegia maiestatis et indebitam facturae potentiam 59 usque ad factoris extendit iniuriam. si bene requiramus, ad quos rerum exitus animum referas, haec vel maxime diabolum credulitas ex illa beatae sedis statione devolvit et 60 propter hoc angeli perdidit dignitatem, dum se dei praesumit habere naturam. unus ergo deus incorporeus, quia et incomprehensibilis et ubique diffusus; ex nullius enim 61 facturae corporeae .... materiale sumpsit exordium. et ideo coaeternus filius patri, quia ex nullo opere conditus nullisque initiis circumscriptus, super omnia quae figulo suo comprehensibilia atque corporea intra mundi corpus operatus est incorporea maiestate diffunditur, ex ingenito genitus, id est ex patre, sed semper cum patre, his quae excitavit ex nihilo indiscreta sancti spiritus societate dominatur. amen.

---

1 quantitatem] *Cl. Mamertus l. l.*, qualitates *G* hae *G* 3 in diabolo] *scripsi*, india (a *dubium*) solo *G*, in aere solo *Canisius et Engelbrecht* 4 extra] ex *G* desaeuiet] *Hartel*, desatuiæ *G* 6 incorporeum cum] *Engelbrecht*, in corpore cum *G* 8 communicant *G* futurae *G* 10 maximae *G* 11 habere] *s. l. G*[1] in unus *redit M* 12 quia et] quia *M* 13 materia *suppl. Hartel*, corpore *suppl. Mommsen* quo aeternus *G* 14 figulo] factori *M* 15 mundum *G* 16 id] *s. l. G*[1] qui *G* 17 nihilo] ex *add. G* dominator *G* amen] *om. M*

Digitized by Google

INCIPIT DOMNI RURICII EPISTULARUM LIBER PRIMUS.

I. *G*

DOMINO SUO PECULIARI IN CHRISTO, DOMINO PATRONO FAUSTO EPISCOPO RURICIUS.

Olim te, domine mi, venerande ac beatissime sacerdos, fama celeberrima prae- 1
dicante, cognovi: olim desiderio pii amoris infuso, illis te quibus scribere dignaris oculis cordis intueor, sed nihilominus etiam corporeis videre festino, si quo modo possim, intercedentibus vobis, peccatorum meorum vincula disrumpere, acceptisque columbae illius pennis, a venantum laqueis evolare et vobiscum positus in dominica lege requiescere, ut sitim, quam opuscula vestra legendo concepi, ipse praesens, unde illa manarunt uberius hauriens restinguerem, ut caritatis igniculum, quem in tepidis animae dormientis favillis ferventibus .... suscitastis, prolatis de condensa scripturarum pabulis, vivax flamma roboraret, quae eloquio sancti oris accensa, more sibi solito in pectore peccatoris vim naturae potentis exsereret calefaciendo frigida, inluminando tenebrosa et spinas criminum consumendo. adhaesit, doctor eximie, anima mea 2
post te. me autem adiuvent orationes tuae, ut possim, terrenis actibus spretis, caelestibus inhiare, quia corpus, quod corrumpitur, aggravat animam, ut inclinare aurem suam ad oracula divina non possit, ut domum patris obliviscens oboediensque vocantis imperio de terra sua et cognatione discedat atque illam quae ei demonstratur potius concupiscat. non enim adhuc valet pusillitas nostra metum 3
obnoxiae condicionis expellere et caritati perfectae purgata corda reserare, ut relin-

11 Ps. LIV, 7. Ps. XC, 3. 17 Ps. LXII, 9. 19 Sap. IX, 15. 20 Ps. XLIV, 11. 21 Gen. XII, 1.

4 1] *numeri desunt G* 7 olim — 8 cognoui] = *Ruricii ep. I, 16, § 1* 8 illis] s *s. l. G*[1] 11 pinnis *G* positis *G* 12 ipse] *Lütjohann*, ipso *G* 13 restinguerem] s *exp. G*[1] caritati siguiculum *G*[1] quam *G* 14 *suppleas* scintillis: *cf. infra II, 26* condensa scripturarum] *G, cf. Is. X, 34*: subuertentur condensa saltus 15 papulis *G* 18 orationis *G* 20 autem sua *G*[1], *corr. G*[2] obliuiscens] *scripsi*, obliuio *G* 21 uocantis] n *s. l. G*[2] cognitione *G*

Digitized by Google

G quentes praesentia, petamus aeterna; eiectoque ancillae ...., hereditatem paternam
4 liberi possimus adipisci. quam ob rem spero, domine mi, ut pro me indesinenter oretis, et quotiens dignati fueritis ariditatem terrae meae eloquentiae vestrae imbre perfundere, non mihi, sicut nunc fecistis, adhuc meae infirmitatis ignari delicatos et dulces cibos, sed austeriores et aegritudini meae congruos suggeratis, quia non expediunt stulto deliciae; postmodum praedicatoribus meis censorium praebeatis assensum, qui more humani ingenii affectu nimio praepediti, a veritate iudicii declinantes, incurrunt pro
5 amore mendacium. sane nec vereatur sanctitas vestra, ne vulneribus meis gratior sit foventis dextera quam secantis, quia ea nec a me posse curari et tamen graviter computruisse, domino donante, iam sentio. et ideo eligo, ut me iustus misericordiae
6 increpatione corripiat, quam caput meum oleum peccatoris impinguet. supplici itaque prece deposco, ut de illo thesauro penetralium vestrorum, unde nova et vetera proferre consuestis, peritissimi utpote medici, qui languentium innumeras et varias aegritudines cotidie, gratia dei adiuvante, sanatis, languori quoque meo quae convenire cognoscitis medicamenta mittatis.

II.

DOMINO SUO PECULIARI IN CHRISTO, DOMINO PATRONO FAUSTO EPISCOPO RURICIUS.

1 Ita me hactenus impia neglegentia et neglegens impietas possederunt, ut quid, domine mi, in me potissimum accusem, nesciam, et quid in me primum excusem, non
2 inveniam. si enim argumentationem aliquam ad excusandas excusationes in peccatis exhibere temptavero, adiciam peccato sine iudicii recordatione peccatum, ut duplici atque maiori delicto ipse me premam, ut qui tarditatis reus sum, esse incipiam falsitatis et ab humana usque iniuriam .... crimen extendam, paternam nunc tantum exspectans de segnitiae noxa sententiam, divinae vero pro mendacii ultione subiciar: praesertim cum vera confessio indulgentiam, at falsa excusatio mereatur offensam. malo itaque tam simplici confessione quam supplici veniam petere, quam
3 peccata geminare. habes ergo, pater optime, pastor egregie, me iam culpae meae spontaneum confessorem; habes et in discipuli errore quod corrigas et in oviculae languore quod sanes. potestatisque et iudicii tui est, utrum velis ulceris mei putre-
4 dinem ferri rigore rescindere an medicamentorum lenitate curare. ego tamen utram elegeritis curationem amplectar intrepidus nec paternae ictum dexterae declinabo, dummodo portionem promissae hereditatis adipiscar, neque attendam, quae mihi poena
5 sit in flagello, sed quem .... habeam in testamento. melius enim mihi est flere super patre, quam ut abdicer contemptus a patre, quia parentum pietas distringit, ut corrigat, non perseverat, ut puniat, nec tantum eis maeroris infert arrogantia super-
6 bientis, quantum gaudii confert humilitas confitentis. sic ille evangelii indulgentissimus pater filium praeceptae substantiae decoctorem laeto suscepit amplexu, promptior gaudere

---

1 Gen. XXI, 10. 10 Ps. CXL, 5. 12 Matth. XIII, 52. 21 Ps. CXL, 4. 37 Luc. XV, 20.

1 filio *suppl. Lütjohann* 2 qua morem *G* 6 praedicatoribus] *scripsi*, proditoribus *G* 7 praepediti ... (prae? *eras.*, a *in litura scr.* G^2) ueritate *G* 8 nec] G^2, ...ec G^1 9 secantes G^1 10 iustum G^1, *corr.* G^2 13 consuistis *G* 15 mittatis] finit *add. G* 22 exhiber& G^1, *corr.* temptauero] to *in ras.* G^2 23 primam G^1 24 iniuriam] *rerum exeunte G, suppleas* diuinam 26 at] *Mommsen*, et *G* excusatio] *Canisius*, excusatione *G* 28 egregi *G* me iam] *Lütjohann*, meae *G* 30 languore] n *s. l.* G^1 uellis *G* 31 medicamentorum] ca *s. l.* G^2 ueram *G* 33 adip.is | carnesq;? G^1, *corr.* G^2 34 locum *suppl. Lütjohann, cf. supra p. 297, l. 22* 35 contemta a *G* quam G^1, quia *corr.* G^2 36 ne *G* eis] s *eras. G* superbientes G^1 37 gaudii confert] *ex* gaudii umfert, *ut videtur, corr.* G^1 38 preceptae *G, infra II, 23* praeceptae G^1

Digitized by Google

de reditu quam imputare de lapsu. denique non ei exprobrantur facinora, non G
luxuria, non egestas; sola conversi reversio omnia damna compensat, quia maior fuit
procul dubio patri facultas reditus quam rerum facultas. itaque abscessio reum fecerat, 7
regressio fecit insontem et misericordia sufficit heredi, quin etiam paternae clementiae
5 venia sola non sufficit, quod ulnis fovet, quod gratia permulcet, nisi et munera larga
multiplicet. dat anulum, ne rursus a patre, perfidia abducente, discedat; calceamenta 8
dat pedibus, quo facilius ardui itineris aspera et dura contemnat; dat et ipsam primam
quam perdiderat stolam, ut quem a morte receperat, pristina immortalitate donaret.
datur etiam ipse iuniori vitulus reverso, qui seniori agnus datus fuerat de Aegypto
10 profecturo, quia ipse educit ex Aegypto pater. tanti parentis imitare tu fidem, 9
trade peccatoribus adiutorium, praesta conantibus remissionem, intercessionem largire
confitentique filio non solum ipse veniam tribue, sed ipse veniam deprecare, ut quem
in peregrina patria appellas liberum, in propria possis videre liberatum, et qui per
se amisit dominicam liberalitatem, per te mereatur consequi libertatem nec a vestro
15 separetur solacio, qui sequestratur a praemio.

III.

DEVINCTISSIMO FILIO SEMPERQUE MAGNIFICO HESPERIO RURICIUS.

Scribendi mihi ad unanimitatem tuam aditum, quem obstruxerat imperitia, pate- 1
fecit affectus et illa dominatrix omnium pietas, per quam flectuntur rigida, saxea
20 molliuntur, sedantur tumida, leniuntur aspera, tumescunt lenia, mitescunt saeva,
saeviunt mitia, accenduntur placida, acuuntur bruta, dominantur barbara, immania
placantur, etiam in me opus suum peragens, os elingue reseravit, producens me ex
tutissimo silentii recessu ad publicum formidandumque iudicium, et invitata vestri
nova subire compellit, scilicet ut qui hactenus illam sententiam secutus antiquam, 2
25 qua dicitur saepenumero praestare tacere quam dicere, inscientiam meam maluerim
verecundiae taciturnitate tegere quam impudenter incondito sermone proferre, nunc
tam consuetudinis meae immemor quam rusticitatis oblitus, quasi ex Arione in
Orpheum repente mutatus, velim disertissimis auribus tuis ore garrulo non tam offi-
ciosus quam iniuriosus existere, dum et ignota pertempto et insueta praesumo. sed 3
30 dabitis, ut reor, veniam venienti ex necessitudine necessariae necessitatis, quia quid
dilectio in mortalium mentibus naturali potestate sibi vindicet, conscium mutuae
passionis pectus agnoscit. ergo ne excusationi diutius immorantes, ita paginam 4
dilatemus, ut non solum tibi non exhibeat sermo incomptior ...., verum etiam copia
inordinata fastidium, iam in vocem pietatis erumpimus et desideriorum verba ructuamus,
35 commendantes tibi pignus nostrum, depositum tuum, cuius nos susceptione cepisti.
tibi enim spem posteritatis meae, tibi solacium vitae praesentis et levamen, si divinitas 5
adnuerit, futurae, tibi una omnia mea vota commisi. te elicitorem et formatorem
lapillorum nobilium, te rimatorem auri, te repertorem aquae latentis elegi, qui scires

6 Luc. XV, 22. 9 Luc. XV, 23. Exod. XII, 3.

1 ei] et *G* 2 conuersa•, *ras.* c *aut* e *G* 3 itaquē *G* reum] u *e corr.* G^2 4 quin etiam uenia sola: paternae clementiae non sufficit *coni. Mommsen* et *e corr.* G^2 hered••• *corr.* heredi G^1 5 largā *G* 6 perfida abduces G^1, perfidia duce *et in mg. add.* al. perfida abducente G^2 10 imitare tu] *Mommsen*, imitare tantus *Canisius*, imitantur G^1, *in mg. add.* al. imita G^2 11 intercessione *G* 15 sequestrat G^1, *corr.* G^2 a] *om.* *G* 22 •elinguae *G* 23 inuitata] *Mommsen*, inuita iam *G* 27 iam *G* arione] *illud Vergilianum:* sit Tityrus Orpheus, Orpheus in silvis, inter delphinas Arion *(Eclog. VIII, 55) homo stolidus male intellexisse videtur, ut monuit Mommsen* 28 orfeum *G* uellim *G* 29 pertimto G^1 30 necessitati *G* 32 immo morantes *G* 33 *suppleas* voluptatem 38 lantis G^1, lentis G^2, laticis *coni. Mommsen* eligi *G* sciris *G*

Digitized by Google

G abstrusas lapidibus gemmas propriae reddere generositati, quae utique in tanta rerum
6 confusione amitterent nobilitatem, si indicem non haberent. aurum quoque harenis
vilibus mixtum nisi artificis sollertia eluatur aquis, ignibus eliquetur, nec splendorem
poterit retinere nec meritum. saeptas etiam aquarum manantium venas et obductum
terra fluenti alveum nisi diligentius eruderaverit appetitoris industria, laticis unda 5
7 non fluet. ita et tenerorum adhuc acies sensuum ignorantiae nubilo quasi crassitate
scabrosae rubiginis obsessa nisi assidua doctoris lima purgetur, nequit sponte clare-
8 scere. tuum ergo nunc, tuum est in his omnibus et opinioni tuae et nostro pariter
respondere iudicio, ne aut tu praesumpsisse inlicite aut nos inconsiderate elegisse
videamur. 10

IV.

DEVINCTISSIMO FILIO SEMPERQUE MAGNIFICO HESPERIO RURICIUS.

1 Recepi apices unianimitatis tuae, tam gratia quam eloquentia, tam amore pariter
quam lepore, tam sale quam melle respersas, in quibus nec dulcedini deesset aliquid
nec sapori. qui cum omni dictionis et rationis arte praemineant, solo tamen a se 15
2 videntur discrepare iudicio. dum enim paginulae meae non laudi aptae sed vituperationi ineptia rusticitatis aptatae maiora meritis tribuere festinas et sequeris vel
3 declamationis cursum vel diligentis affectum, a norma recti iudicii declinasti. ad
quam rem ego perfectionem non ignorantiae vitio sed spontaneo arbitror descendisse
consilio: triplici ex causa, ut in tenui materia et acumen ingenii et oris facundiam et 20
4 affluentiam sermonis ostenderes. sicuti in ieiuno atque otioso caespite magis strenuitas
cultoris apparet, cum aut rebellionem glebarum tenacium repetita saepius impressione
vomeris domat aut ariditatem nimiam stercoris aspersione fecundat, ut fructuum
copiam, quam soli natura negat, industria producat; ita et tu egestatem epistulae
meae eloquentiae tuae ubertate ditasti, ut possit esse, si eam suppresseris, te loquente, 25
laudabilis; si vero protuleris, incutiat et mihi de falsa laude et tibi de iudicii errore
5 verecundiam. et idcirco, quia imperitiam meam tui pudoris opus esse voluisti, cave,
ne, praeconio tuo nobis non respondentibus, tua periclitetur electio. itaque, si quid
mihi credis, si quid utrique consulis, indignum memoria, oblivione dignissimum
volumen absconde, si vis et me ad arbitrium tuum oratoris famam et te probati 30
iudicis obtinere personam.

V.

DEVINCTISSIMO FILIO SEMPERQUE MAGNIFICO HESPERIO RURICIUS.

1 Spoponderas, fili carissime, ut mihi aliquos de ramusculo, quem ex amaritudine
in domesticum saporem vertendum transferendumque susceperas, flosculos destinares, 35
quorum odore cognoscerem, quam spem spei gerere deberem, utrumnam ipsi flores
germina aut rursus ipsa germina fructus sui qualitate promitterent idemque iterum
fructus utrum possint, te excoquente, mitescere et dulci eloquentiae cibo audientium
2 corda satiare. quod quia nescio quam ob causam facere distulisti, opportunum vos
admonendi tempus inveni, quo in harmonia mundi universa animantia bruta pariter 40
et elinguia, incedentia, volantia atque reptilia suis quaeque modis, suis sibilis, suis

---

2 ..mitterent ...obilitatem G^1 indicem] *Mommsen*, iudicem G 3 nis (i *add.* G^2) G sollertiae lu.tu raquis G^1, sollertiae lauetur aquis G^2 5 fluenti ..uium G^1, fluenti alneum G^2 9 inlicitae G 12 deuictissimo G magnifio G 14 quilius G 19 perfectionem] *forte* tuam *desideratur* 20 ex] est G 21 ostenderis G caespite] *cf. ep. Sidonii ad Ruricium datam VIII, 10, § 2* 23 fecundat] n *s. l.* G^2 fructum G 24 producat] *in mg. add.* G^2 tune | gestatem G^1, tua egestatem G^2 26 si] *om.* G 33 deuictissimo G 35 transfendumque G destinaris G 39 dĕulisti G 41 incendentia G

Digitized by Google

quaeque vocibus, etsi sono dissono aut ore diverso, pari tamen affectu quasi uno G
concentu in laudem proprii auctoris erumpunt et potentiam, quam promere nequeunt,
sentire se produnt. hoc namque tempore cuncti orbis species rediviva reparatur, et 3
quicquid in eo situ squalidum, frigore turbidum, glacie concretum, nuditate deforme,
ariditate praemortuum hactenus fuit, ad instar resurrectionis emergit, ut discat humana
fragilitas de visibilibus invisibilia et de praesentibus futura cognoscere et spem venturae
melioris aetatis, deposita desperatione, percipiat. nunc etiam tellus sterili rigore con- 4
clausas, quasi virili semine ita verno tempore concepto, occultis maritata meatibus,
venas laxat ad partum. et hinc quod deliciis suave, quod esui dulce, quod usui utile,
quod victui necessarium, quod visui iucundum, quod olfactui gratum, quod tactui
blandum, omne producit. siquidem haec est illa temperies, quae mundi nascentis 5
materiam, quasi adhuc in incunabulis teneram, gremio quodam clementissimae altricis
complexa nutrivit, ne substantiam nullo labore duratam aut aestivus fervor exureret
aut hiemalis algor exstingueret aut ventorum flabra portarent. habet itaque susceptus 6
tuus convenientissimum tempus, quo, animi socordia tandem aliquando deposita,
hebetudinem cordis exacuat et, si inter homines declamare non potest, saltim inter
pecudes clamare aut inter volucres garrire festinet.

VI.

DOMINO SANCTO ET PIISSIMO PATRI NEPOTIANO PRESBYTERO RURICIUS.

Codices quos sanctitas vestra transmisit accepi, eloquentia claros, scientia per- 1
fectos, doctrina probos, fidei puritate perspicuos, qui sacrorum testimoniorum ubertate
locupletes, auctoritate praestantes, luce fulgentes facile et fidelium mentes inluminent
et infidelium errores detegant atque convincant. quorum ego gustu admodum tenui
pellectus potius quam refectus, ad satietatem propter sollicitudines saeculi pervenire
non potui. sicut enim stomachus cum febrium ardore decoquitur, dulces sibi antea 2
cibos nec oblatos recipit nec requirit ablatos, ita et animus mundanis anxietatibus
curisque confectus spiritales dapes nec desiderat absentes nec carpit appositas nec
sentit infusas. quae cum ita se in me habeant, vos tamen et pii parentis probastis 3
affectum et solliciti magistri ministerium et seduli medici implestis officium, ut tali
taedio laboranti medicamenta congrua mitteretis. quibus etsi propter neglegentiam
meam ego non valeo consequi sospitatem, vos tamen percipietis a iusto repensatore
mercedem, qui etiam pro ingratis gratos benevolas referre consuevit. horum ergo 4
praefatorum codicum unum, sicut iussistis, retinui, alium remisi, quem sancti Hilarii
Pictavae urbis antistitis esse noveritis. quod quia praeceperatis, indicare curavi. hunc
vero retentum, si permittitis, transferre disposui, ut quod memoriae commendare non
possumus, saltim vel paginis mandare curemus.

---

2 propri *G* 3 rediuina *G* 4 turpidum *G* 6 prestantibus *G* 7 desposita *G* ligore *G* 10 olfatui *G* 11 omne] o *in ras.* G^2 13 exureret] exuretur et *G* 15 conuentissimum *G* deposita] *Canisius*, depstata G^1, detestata *in mg. add.* G^1 16 hebetudinem] *Canisius*, habitudinem *G* 19 nepociano *G* 21 elonquentia *G* 22 perfectus — probus — perspicuus G^1 27 oblatus recepit nec requiret *G* 29 ista *G* habent *G* parentes *G* 31 etsi] *scripsi*, et *G* 33 beniuoles *G* consueuit. *G* 34 hilari *G* 35 antestites *G* 36 si] *supplevi*, *om. G*, ut *maevult Mommsen*

Digitized by Google

G

VII.

DOMINO SUO PECULIARI IN CHRISTO PATRONO BASSULO EPISCOPO RURICIUS.

1 Quam me diligere sancta pietas et pia sanctitas vestra dignetur, multimodo probatis affectu, dum legenda transmittitis et neglecta corrigitis, dilectionem diligendo
2 provocatis et quod praedicatis verbis docetis exemplis. sed quoniam semen vestrum in terra sterili et dumosa non proficit, utpote quod sentibus supercrescentibus suffocatur, ne sicut infructuosam illam ficulneam me iubeat dominus vineae, quem tanto tempore nequiquam exspectat, abscidi, vos severiorem sententiam orando differte, donec doctrinae vestrae pinguedine tamquam stercore amaritudo infructuosa dulcescat.
3 sed quoniam plus sunt apud me delicta quam verba nec possum facta expiare sermonibus, obsequium saltim epistulare dependo et librum, quem praestiteratis, me remisisse significo aliumque identidem vestrum, si iam necessarius non est, spero per
4 portitorem harum remitti. valeatis simulque, si propitio deo ad sollemnitatem sanctorum Gurdone venturi sitis, me recurrentibus scire faciatis.

VIII.

DOMINO SUO PECULIARI IN CHRISTO, DOMINO PATRONO SIDONIO EPISCOPO RURICIUS.

1 Praedicantibus vobis, saepius audisse me recolo, nullatenus ab iniquitatibus nos posse purgari, nisi fuerimus crimina nostra, conscientia compungente, confessi. quis enim, non dicam consequi, sed vel quaerere queat indulgentiam, nisi deplorationi confessionem erroris adiungat, quia error indulgentiam, non indulgentia requirit
2 errorem? quod ego valde verum esse cognoscens, facinus meum nuper admissum pietati vestrae indicare non distuli, ne quod modo prodente me spectat ad veniam, tacente postmodum pertineret ad culpam. sed iam ipsum dolum proferimus in medium.
3 furti me vobis reum statuo et depositum vestrum me, ignorantibus vobis, inlicite praesumpsisse pronuntio. quod ut tamen committerem, occasionem perpetrandi facinoris
4 vos dedistis, aut temptantes cupidum aut indoctum erudire cupientes. codicem namque, quem de fratre meo Leontio me recipere iusseratis, transtulisse me fateor. quod si
5 probatis, ignoscite; si imputatis, agnoscite, quia confessioni querella sociatur. nam primum ut eum legerem voluntas impulit; deinde ille ut transferretur extorsit. nam cum de dapibus ipsius adhuc pauca libassem, taliter me gustu inlecebrosi saporis inlexit, ut primi quodam modo parentis imitator, domino repente contempto, ad satietatem studuerim pervenire magisque consilium suadentis quam imperium dominantis audierim.
6 nam ut omnia pectoris mei arcana manifestem, videbar mihi libri ipsius verba adhortantis audire: quid cessas, ingrate, quid dubitas? nosti erga te communis domini

---

8 Matth. XXI, 19.

4 pia] pi&as *G* 5 affectum *G* 7 que ∘entibus *G*[1], que sentibus *G*[2] 9 deferte *G* 10 doctrinae] d *in ras.* *G* pinguine *G* stercore] *scripsi*, stere *G*, terrae *Canisius* 13 uestrum si iam] *scripsi*, uestrum silam *G*, uestris usibus nunc *Canisius* 14 ualeatis] *scripsi*, iubeatis *G* 15 me recurrentibus] *item infra II, 44* 16 VIII] *Ruricio Sidonius ep. IV, 16, supra p. 67 respondit* 20 quis] *scripsi*, quiquis *G* 22 indulgentia] indulgentiam *G* 23 rerum *G* 24 prodente me] *Canisius*, prudentē *G* 28 ∘uos, *ras.* s *G* dedicistis *G* aut] t *s. l.* *G*[1] aut inductum *G* 29 leoncio *G* 33 imitatur *G*[1] 34 suadentes *G*[1] 35 istius *corr.* ipsius *G*[1] 36 ingratae *G* dubitas] b *s. l.* *G*[2]

Digitized by Google

voluntatem, quam diversis occasionibus te elimare contendat, quam tibi etiam invito *G*
spiritales cibos soleat bonus pastor ingerere. mihi crede, plus tibi, si distuleris, quam
transtuleris, imputabit, quia studiosis favere non invidere consuevit. his et talibus 7
silentis alloquiis in vincula eius me voluntarius pariter et coactus [sponte] conieci, ad
exemplandum eum festinus accessi, quem nunc utrum, sicut est, transcriptum an
disparatum reddere debeam, in vestro pendet arbitrio. ego tamen libens multam quam 8
intuleritis excipiam, quia remedium meum vestrum credo esse decretum et sententiam
vestram medellam duco esse non poenam.

IX.

DOMINO PECULIARI IN CHRISTO, DOMINO PATRONO SIDONIO RURICIUS.

Ita me recens praedicatio et antiqua dilectio vestrae pietatis inlexit, ut audeam 1
auribus vestris ineptiis meis facere saepius iniuriam, dum vestram, quantum sterili
ingeniolo conceditur, attingere cupio disciplinam. quam etsi assequi grande est atque 2
difficile, sequi tamen pulchrum est atque sublime, quoniam summarum rerum non
adeptio tantum, sed etiam imitatio ipsa laudanda est; quia numquam fere aliquis eius
rei portione ad integrum caret, ad quam scandere ac pervenire contenderit. desidero 3
itaque, domine mi, desidero, inquam, tuis cibis refici, tuo fonte potari, tuis repleri
dapibus, tuis epulis saginari: quas si quis, distribuentibus vobis, non summo ore
libaverit, sed totis animae visceribus appetens conviva sorbuerit atque intimo pectoris
postmodum easdem ruminaturus absconderit, incipiet assiduis ructationibus in laudem
domini omnipotentis erumpere refertus corde, ore ieiunus, dum satur esurit et saturatur
esuriens, magis in regeneratione saturandus. nec deesse poterit cibus, cuius pastus
in verbo est. ut ergo harum deliciarum particeps esse merear, vestris patrociniis 4
obtinete mihique supra mensuram virium conitenti auxiliatores accedite simulque, ut
ab ovili vobis credito non inveniar alienus, orate errantemque ovem a pascuis saeculi
ad caulas dominicas reportate, quia confido, quod intercessionibus vestris fieri possit
agnus, qui vester meruerit esse discipulus.

X.

DOMINO PECTORIS SUI LUPO RURICIUS.

Accepi litteras magnanimitatis tuae, quibus excusare dignaris, quod, ut me rarius 1
eloquentiae tuae rore respergas, baiuli faciat inopia; simulque etiam indicas te mirari,
cur, cum mihi eorum frequentia suppetat, verborum quoque copia compta non desit,
vobis scribere saepius detrectem. quod vos per ironiam, ut est leporis vestri facundia, 2
iactasse non ambigo, cum et vos abundetis tabellariis et me sciatis laborare egestate
sermonis ac sterilitate exilis ingenii velut aestivis mensibus arentis venae cursum
sudare, non fluere. addidistis etiam, sicut Achilli Patroclum aut Herculi Theseum vel 3
Theseo Pirithoum, ita vos mihi debere sociari. in his fabulis factisque maiorum non 4
praerogativam personarum, sed comparationem debemus dilectionis accipere, ut anti-

---

1 occansionibus *G* 4 uinculis *G* sponte] *G*, *deleuit Mommsen* 5 nunc] *Lütjohann*, ñ *G*, nescio *Canisius* sicut est paratum an simul transcriptum reddere *coni. Mommsen* 6 disparatum] *scripsi*, ‖paratum *G* pendit *G* 9 IX] *Ruricio Sidonius ep. VIII, 10, supra p. 138 respondisse videtur* 12 delictio *G* 16 flere *G* 17 portionem *G* 18 mihi *G* 22 refertur *G* 23 cibus] ciuus *in ras. G* partus *G* 24 ut] & *G* 25 accedite. *G* ut] *Lütjohann*, et *G* 30 pectoris sui] *scripsi*, pectori suo *G* 32 baiuli] u *et* i *in litura G* 34 hiruinā *G* 36 aestiuus *G* 37 hirculi *G* 39 antiquorum] *Lütjohann*, amicorum *G*

Digitized by Google

G quorum recolentes nomina sequamur exempla et eorum in nos vocabula transferentes merita conferamus atque ex ipsorum gestis magnifica quaeque et honesta carpentes vitae nostrae utiliter coaptemus et serviamus nobis in caritate candida, non adulatione fucata, studeamusque, quod in amicitiis illorum poetarum falsitas finxit, in nobis animorum veritas peragat, ut, dum imitari videmur antiqua, relinquamus imitanda et
5 seniorum facta laudantes laudemur a posteris. haec ergo, domine mi, flamma pectoris mei, persuasioni tuae quam conscientiae meae amplius credens, gerulo festinante, breviter cursimque dictavi: quae peritia tua et probitas tua, si amici verecundiae consulit, aut celare debebit aut emendare curabit.

XI.

DOMINO SUBLIMI SEMPERQUE MAGNIFICO FRATRI FREDAE RURICIUS.

1 Quoniam amoenitati nemoris vestri etiam deserti nostri ineptias voluistis adiungi, transmisi, sicut iniunxistis, abietum plantas, non specie sed proceritate placituras, non fructibus sed sui peregrinatione mirabiles, non usu aptas sed amoenitate iucundas, quippe quae, cum coaluerint, crassitudine umbrarum Cevennarum frigus oceani sint
2 aestatibus praebiturae. et hoc inter illas praeclarissimas diversi generis arbores, tam decore quam utilitate praestantes, opulentas onere, distinctas flore, odore fragrantes.
3 illic enim industria vestra contulit, quod soli natura non protulit. nam ut ruborem rosarum, liliorum candorem, lauri perpetuum virorem et alia huiuscemodi vilia visibus praetermittam, quia saepe per abundantiam pretiosa vilescunt et facit copia cotidiana fastidium, illic etiam graminum, germinum, frutectorum peregrinae collatae
4 sunt suavitates, visui usuique vernantes. sed quid illic primum laudandum sit aut mirandum, ubi etiam temporis intemperies temperatur? siquidem inibi torridae fervor aestatis tam umbrarum quam undarum rigore depellitur; hiemis vero in tantum non sentitur asperitas, ut intra aedem positis tepor aeris et cantus avium veris reddat
5 effigiem. sed quid ego immemor imperitiae meae paupero sermone, mi domine, ruris vestri divitias, delicias describere aut enarrare contendo, ad cuius laudem etiam ingenia
6 maiora succumberent? date itaque impudentiae meae veniam, quam extorsistis; qui ut auribus vestris verbosus existerem, dignatio vestra me compellit: confidens, quod epistula longior vobis, domnis meis, si displiceret affatu, placeret affectu, cum intellegeretis eam non pro eloquentiae lepore sed pro vestro amore copiosam; simulque quia sciebam, sublimitatem vestram in amicis vestris plus reprehendere taciturnitatis verecundiam quam loquacem familiaritatis audaciam.

XII.

DOMNO PECTORIS SUI CELSO RURICIUS.

1 Trepido in praeconium vestrum os elingue reserare, cui scio iure etiam ingenia maiora succumbere. quid enim primum de affectionis aut dignationis vestrae laude commemorem, qui omnes mihi ruris, nemoris et quod his omnibus maius est caritatis

---

1 et eorum — uocabula] *in mg. add.* G^1 3 utiliter] ti *suppl.* G 4 fugata G amicitus G 11 FREDAR *Canisius* 13 adiunxistis G 15 oceani sint] *Mommsen*, oceanis in G 17 flagrantes G 19 uilia] *Mommsen*, familia? G^1, similia G^2 22 usuique] usui. suiquę G 24 aetatis G 25 aedem] *Lütjohann*, eadem G tepor. aeris *ex* tempora eris *corr.* G^2 26 paupero] G 27 discribere G 28 date] dat ei G 30 domnis] G intellegeritis G, intellexeritis *Canisius* 32 plus] s *s. l.* G^1 35 domno] G 38 nemoris] *scripsi*, moris G

Digitized by Google

delicias contulistis, aut certe, si quid horum defuit, deputandum tempori, non vobis est *G*
imputandum. nam totum apud vos, quod carum pectus, quod habuit clarum mundus, 2
inveni. nulla me penitus iucunditate fraudastis, quin etiam desiderabile mihi hospitioli
mei desertum vestra vicinitate fecistis. et idcirco me magis finitimum vobis esse con-
5 gaudeo, quia non ex toto malus est, qui bonis iungitur. sed ne exhibeat vobis seu ineptia 3
seu longior sermo fastidium, salve largissimum dico et vitrarium, sicut iussistis, me
destinasse significo, cuius opus nitore non fragilitate oportet imitetur, ut dilectio, quae
nobis a parentibus relicta, a magistro tradita, vitae communione firmata est, secundis
elimetur, adversis nulla penitus turbinum procella frangatur. nam sicut auri atque 4
10 argenti pretiosa sinceritas, si aeris aut plumbi vel cuiuslibet alterius materiae vilioris
fuerat admixtione corrupta, nisi ignium examinatione purgetur, nec splendorem
naturalem poterit habere nec sonum, nam nec visui claritatem nec tinnitum reddit
auditui magisque raucum resonat, si feriatur, et stridulum, ...

Hanc ergo sententiam non meam sed domini, frater optime, contuentes pariter et 5
15 sequentes, ita vitam nostram medio cursu gubernatore ipso domino temperemus, ut,
quamvis serenitas arrideat, prosperior flatus invitet, mare placidum blandiatur, scientes
tamen, illam aequoris subiecti planitiem ad instar montium repente consurgere, nequaquam
in altum navem nostram patiamur impelli, ubi eam aut tempestas solvat aut unda demergat.

XIII.

20 ## DOMNO PECTORIS SUI CELSO RURICIUS.

Recepi apices germanitatis tuae, qui mihi non parum scrupuli rettulerunt. vereor 1
enim, ne secus de litterulis meis quam a me missae sunt senseritis et idcirco quasi
temerariae praesumptionis me notare videamini, dum, ut pro vobis orem ac saepius
commoneam, postulatis. egone, frater optime, castigare vos audeam, qui me nequeo 2
25 castigare? egone vos, qui me adhuc in saeculi turbinibus tamquam in maris aestibus
cumba instabili fluctuantem quasi iam de sublimiori specula vel eminentiori colle
respicitis? egone vos, qui ad portum veniae per paenitentiae indulgentiam domino
gubernatore ....? non ego penitus, frater dilecte, sic scripsi, ut mihi aliquid blandiens 3
vos improbo dente morderem nec ut vos laederem, sed mihi epistulae familiaritate
30 vincirem. nam si bene consideretis, votorum sunt illa verba non actuum et optantis
potius quam monentis, quia non quid ageremus, sed qualiter vellem, ut viveremus,
exposui. ceterum si actus vitae meae praeteritae praesentisque discutias, pudebit te, 4
intimo et secretissimo fratre teste, ferre, quae non puduit deo teste promittere. pro
quibus facinoribus meis spero vos potius domino supplicetis, ut quos in hoc saeculo
35 amicitiarum et propinquitatis voluit esse consortes, in futuro bonorum iubeat esse
participes.

XIV.

DOMNO PECTORIS SUI CELSO RURICIUS.

Equum qualem iusseras destinavi mansuetudine placidum, membris validum, 1
40 firmum robore, forma praestantem, factura compositum, animis temperatum nec prae-

---

5 uobis seu] *scripsi*, uob esse *G*, uobis ipsa *Canisius* 6 seu] *scripsi*, sui *G* 8 ...secundis *G* 13 *res comparata una cum sententia domini desideratur, ut monuit Mommsen* 16 quamuis] *scripsi*, quã *G* adreddat *G* 17 nequaquam] *scripsi*, nequam *G* 18 saluat *G* dimergat *G* 20 domno] *G* 22 a me ammissae *G* senseritis] *Lätjohann*, inseritis *G*, consueritis *Canisius* 23 me notare] *scripsi*, menostrae *G* 26 fructuantem *G* 28 gubernatore] *G* *suppleas* iam appulistis delicta *G* 30 uincerem *G* 31 uellim *G* 38 domno] *G* 39 mansuetudine — *p. 308, l. 3* impositum] *Ruricius infra II, 35 repetivit*

Digitized by Google

G properum scilicet velocitate nec pigrum tarditate: cui frenus et stimulus sit sedentis arbitrium, cui ad evehendum onus et velle suppetat pariter et posse, ita ut nec cedat
2 superposito nec deponat impositum. his itaque, sicut oportuit, intimatis, salutatione praelata, pollicitatione dispensa, promissa deposcimus, ut ad sollemnitatem sanctorum ad nos deo propitio una cum sorore nostra venire dignemini, honorem patronis, fratribus affectum, gratiam populis praestituri.

XV.

DOMINO SUO PECULIARI IN CHRISTO, DOMINO PATRONO AEONIO EPISCOPO RURICIUS.

1 Agnito transitu sanctae et venerabilis apud me recordationis domini mei decessoris vestri Leontii, animo et mente confusus diu multumque tristatus sum, quod et, impedientibus peccatis meis, tanto antistiti occurrere non merueram et tali essem
2 parente privatus. cuius etsi exterioris hominis non fruebar aspectu, interioris tamen gratia delectabar et mentis acie iugiter adhaerebam: per quem et in quo mihi praesens quodam modo et cernebatur obtutu et audiebatur affatu et palpabatur attactu et tenebatur amplexu, siquidem cari nullo se melius loco quam in corde caritatis ipsius sede
3 conspiciunt. unde et amplius desiderabam oculis videre carnalibus, quem ita spiritalibus intuebar, sed dolori meo consolationem ea, quae prius tribuerant solacium, ipsius merita dederunt, quia confido, quod quem paterna pietas dilexit, et sedula
4 intercessione custodiat. sed haec sanctitati vestrae quasi vobiscum colloquens atque
5 a vobis maeroris ipsius levamen requirens, dictante dilectione, rettulerim. nunc vero, ut dicere institueram, accersione ipsius domini mei et apostolatus vestri ordinatione comperta, ad officium vestrum mittere cogitabam. sed muneribus vestris humilitatis meae praevenistis obsequium, quae mihi maiorem scribendi fiduciam contulerunt, quia praesumo, quod quem liberalitate feceritis dignum, ab animis vestris non habeatis
6 alienum. et ideo, sicut datis intellegi, quoniam tanti habere dignamini, sospitationem beatitudini vestrae per litteras uberem dico simulque peculiari prece deposco, eo mecum agere tanti habeatis affectu, ut domnum Leontium praemisisse et commutasse potius quam perdidisse cognoscam.

XVI.

DOMINO VENERABILI, ADMIRABILI ET SANCTIS OMNIBUS AEQUIPERANDO FRATRI SIDONIO VIDENTI RURICIUS.

1 Olim te, frater carissime, fama celeberrima praedicante, cognovi et in sede caritatis illis quibus ipse melius terrena despicis et caelestia divinaque consideras oculis mentis aspexi, unde ipsius nomen adscripsi, cuius munere donatum esse te vidi.
2 et ideo, dum te in speculo cordis diligenter .... et pulchritudinem interioris hominis tui vehementer admiror, ad desiderandum animi mei viscera concitasti, quae in tantum affectum tuum meracissima dilectione commota sunt, ut quem spiritalibus oculis con-

---

1 tarditate] *om. G, ex epistula II, 35 inserui* sedentes *G* 3 onortnit *G* 4 deposcemus *G* 6 populi *G* 9 aeonio] *scripsi*, conio *G, cf. infra II, 8* 10 uenerabiles *G* 11 leonti *G* 13 exteroris *G* 15 affatu] *Lütjohann*, affectu *G* 16 se melius] semilius *G* 19 quod] quotquot *G* 22 accersione] *Mommsen*, arcersione *G, cf. Gloss. apud Mai, Class. Auct. VI, 503*, arcisitionis *infra p. 315, l. 5* 24 fiducia *G* 25 facieritis *G* 26 datis] *G* 27 beatitudinis *G* 28 domnum] *G* praemisisse] *cf. infra p. 314, l. 23* 32 uidenti] *cf. 1. Reg. 9, 9:* qui enim propheta dicitur hodie, vocabatur olim videns 33 carissimae *G* 36 intueor *suppl. Mommsen*

Digitized by Google

templor, etiam carnalibus cernere concupiscam. quam ob rem salve in Christo domino 3 *G*
plurimum dicens, specialius quaeso, ut una cum domno meo episcopo, quem ad nos
venturum pro sua dignatione confido, vobis ad humilitatem nostram visitandam faciatis
iniuriam, ut possimus in unum positi fructum de nostra invicem capere praesentia,
dum sciscitantis intentio fit respondentis eruditio et mutuus quodam modo profectus
discentis efficitur et docentis. pax, pax, pax.

XVII.

DOMNO ANIMAE SUAE ET TOTIS IN CHRISTO DOMINO DILECTIONIS VISCERIBUS EXCOLENDO POMERIO ABBATI RURICIUS EPISCOPUS.

Scriptum est, sicut ipsi melius nostis: mihi vindicta, ego retribuam, dicit 1
dominus. iam vos mihi si quid imputatis, ignoscite, quia sciatis, dominum vindicasse.
tam aviis esse nos itineribus noveritis in tam abditas solitudines inductos, ut eas
retexere animus horreat, mens refugiat, sermo non queat. incurrimus namque semitam 2
obstructam ramis, spatio constrictam, spinis hirtam, stirpibus clausam, obsitam sentibus,
situ asperam, saxorum aggeribus impeditam, radicum conexione constratam, caeno
voraginosam, ut in tam variis tamque multiplicibus malis non esset simplex forma
periculi, dum caballorum pedes radicum virtus detinet et soli putredo non sustinet,
montibus vero ita in sublime porrectam et vallibus in profundo demersam, ut nos per
undosum mare, excitantibus eum ventorum saevientium flabris, erepto ab oculis nostris
nebulis ac nubibus die, iter agere crederemus: quia, etiamsi mundo radius solis 3
inluxit, ad nos prae densitate nemoris splendor ipsius et calor pervenire non valuit,
dum nos ita per iter infelicium filicum proceritas premit et sic inundatio roris aspergit,
ut contracti frigore vel coacti apricitatem ignis plurimi diebus cynocaumatis quaereremus.
sed cum ad locum ad quem tendebat intentio pervenissemus, vallati aquis atque 4
madefacti siti occepimus deperire, quia cum esset, ut diximus, rigor in aere, erat
tamen tepor in fonte, odor in flumine, ardor in campo, aestus in castro. et, ut brevi
sermone universa concludam, per talem viam nos iter egisse cognoscite, per quam
nec ad paradisum, non dicam ad exsilium quisquam ire desideret. quapropter quia 5
haec omnia dominus noster et me incurrere et vos iussit evadere, peccata mea a
vestris meritis etiam visibili itinere discernens, et vos, qui arta et laboriosa spiritaliter
pergitis via, istius non inceditis angustias et nos, qui lata et spatiosa retrorsum
semper respicientes incedimus, huius incurrimus iniurias. orate dominum, cui omnia
possibilia confitemur, ut etsi per diversum iter, ad unam nos tamen urbem faciat convenire, in quam nos misericordia potest inferre, vos merita.

XVIII.

DULCISSIMO ET UNANIMO FILIO OMMATIO RURICIUS EPISCOPUS.

Ut per Venerium dulcedini tuae non scriberem, non neglegentiae nec im- 1
putationis alicuius sed occupationis fuisse cognosce. unde has per Amelium dedi,

---

10 Rom. XII, 19. 33 Ps. CXXI, 3.

2 domno] *G* 4 presentiā *G*: *cf. infra II, 63* 8 domno] *G* 10 uindictam *G* 12 anus *G*, *corr.* 14 sensibus *G* 16 uora•g (i *s. l.*) nosam *G* 18 dimersam *G* 19 eum] *G* 22 filicum] *scripsi*, felicum *G*, felicium *Canisius* si *G* 23 frigore uel] *G*, frigoreue *Mommsen* quaereremus] *Mommsen*, querimus *G* 24 quem] *om. G* 26 in comite? *corr.* in campo G^1 31 inceditis] *scripsi*, incederetis *G*, incedere debetis *coni. Mommsen* non G^1, *corr.* G^1 32 incurrimus] *G* cui — 34 merita] *infra II, 52 repetivit* 33 etsi per diuersum] si per di *e corr.* G^1 una *G* 36 ommatio] *scripsi*, *cf. Greg. Tur. Hist. Fr. III, 17. X, 31*, omacio *G*

Digitized by Google

G 2 quibus salve plurimum dico et, ut propositi tui semper reminiscaris, admoneo. nec animum tuum iam deo dicatum aut a coepto itinere blandior visus avocet aut modulatior corrumpat auditus aut dulcior gustus inficiat aut mollior sollicitet tactus aut suavior odoratus inliciat, ut per fenestras corporis mors intromittatur ad animam.
3 sed neque stivam tenens, contra domini sententiam retro respicias, ut directum lineae sulcus amittat: quin potius ita in eum, cui te, ipso inspirante, vovisti, omnibus sensibus inhies et corde defixus adhaereas, ut, cum te vel una praefatorum vitiorum inlex forma pulsaverit, fide firma et divina meditatione munitum pectus adire non possit.
4 et quamlibet in turbis positus esse videaris, intrans in cubiculum cordis tui, clauso ostio tuo, dominum orare non desinas, ut qui videt in occulto dicat tibi, sicut sancto
5 Moysi vociferanti ad se non voce sed corde dicebat: quid clamas ad me? et spero, ut in talibus orationibus etiam mei meminisse digneris, et citius te ad nos, etiam si noster non reducit affectus, desiderium dulcissimae et saluberrimae quietis adducat.

---

10 Matth. VI, 6. 11 Exod. XIV, 15.

1 reminiscaris] ni *s. l.* G^1 4 inlicet et per *G* 5 neque — 6 amittat] *ex epistula quae dicitur Severi de ultimo iudicio c. 2 (ed. Halm p. 220):* ne manum aratro insorens retrorsum conversa respicias, quo utique in te redeunte vitio, ordinem suum necesse est sulcus amittat, *exscripta esse, Baluze, Miscellanea, Praef. censuit* 12 dignaris *G* 13 noster] nr̄ (*semper pro* noster) *G*, inter *Canisius* adducat] EXPL DOMNI RURICII EPISTOLARŪ LIB PRIMUS *add. G*

Digitized by Google

INCIPIT DOMNI RURICII EPISTULARUM LIBER SECUNDUS.

I.

5 DOMNIS SUBLIMIBUS ET IN CHRISTO DOMINO DEVINCTISSIMIS FRATRIBUS NAMATIO ET CERAUNIAE RURICIUS. *G*

Antiqui sapientes amicos duos unam animam habere dixerunt, quod valde 1
verum esse ego praedico proboque; nam postquam a vestra germanitate discessi,
divisum esse me sentio partemque meam vobiscum resedisse cognosco nec absentibus
10 vobis integer esse me videor. et cum me in me non inveniam, apud vos me ad vos
reversus inquiro atque ibidem quantum me vobis reliquisse tantum vestri mecum
abstulisse conspicio. et ita, priusquam fiat, adnuente domino, pignorum nostrorum 2
votiva coniunctio, animorum inter nos facta iam divisio. quae divisio amplectenda
magis est diligentibus quam vitanda, per quam fit in cordibus eorum caritatis integrae
15 sincera transfusio, cuius ego vinculis colligatum a vobis esse me gaudeo (et talibus
catenis vinctus exsulto) obstringique me eorum nexibus magis cupio quam resolvi,
quibus et vos constrictos esse confido. redeuntibus itaque vestris salve largissimum 3
dico et ex omnibus gratias agens derelinquo quae ad praeconium vestrum pertinent.
idcirco me siluisse significo, quia in propriis laudibus, sicut dicitur, est odiosa iactatio;
20 vestra enim laus mea facta est et ideo, ut dixi, de magnanimitate vestra tacere
melius duxi, quia quicquid de vobis dixero, mihi videor contulisse.

---

1 INCIPIT — 3 SECUNDUS] INCIPI LIBER II *G* 5 DOMNIS SUBLIMIS *G* et] *om. G* 6 namacio *G* 7 antiqui — 12 conspicio et] *Ruricius ex epistula II, 10 excerpsisse videtur* quod — 8 praedico proboque] *infra II, 10 fusius:* quod [ego etiam ecclesiastico testimonio] uerum esse [confirmo, quo sit: credentium autem erat anima et cor unum. unum utique caritate non numero et fidei simplicitate non singularitate personae. hoc] ergo praedico proboque: *quae uncinis inclusi h. l. desiderantur* 9 absensibus *G*[1], *corr. G*[1] 10 integrum *infra II, 10* uideor] credo *infra II, 10* 11 reuersus] r *ante* e *s. l. G*[1], regressus *infra II, 10* uobis] *ex epistula II, 10 restitui,* iubes *G* 13 quae diuisio] *coni. Canisius,* quae diuino *G* 17 constrictus *G*

Digitized by Google

II.

G DOMINIS SUBLIMIBUS ET IN CHRISTO DOMINO DEVINCTISSIMIS FRATRIBUS NAMATIO ET CERAUNIAE RURICIUS.

1 Inter reliquas grates, quae a me vobis iure referendae sunt, ... praesentia ac visitatione patroni communis domni Postumini ingentes gratias ago, quod hospitiolum nostrum fecistis ipsius orationibus inlustrari, quia dum vobis exhibet fidem, nobis tribuit benedictionem. et licet fuerit vigilantissimus inspector, importunissimus exactor, districtissimus exsecutor, levia tamen haec omnia gratia vestra et sanctitatis suae ponderatione pensavimus, quia, sicut scriptum est, caritas omnia sustinet, caritas numquam excidit, praesertim cum hoc quod visus exigere nobis eum credimus
2 dei beneficio contulisse. itaque eo propitia divinitate remeante, non quia necessariae essent, sed quia ipse voluit, dedi, quibus individuae germanitati vestrae salve largissimum desiderans dico et iter meum vestrumque conspectum mente praevenio atque omnia, sicut iussistis et dignum ac debitum fuit, inspecta, tradita, firmata significo.
3 nec vereor, quod debeat animos vestros vel aliquantisper offendere, quod unum vocabulum de libello dotis videtur esse subtractum; cum hoc quod deest numero non solum compensatum sed etiam auctum agnoscitis in marito.

III.

DOMNIS SUBLIMIBUS ET IN CHRISTO DOMINO DEVINCTISSIMIS FRATRIBUS NAMATIO ET CERAUNIAE RURICIUS.

1 Quam graviter sim de luctu vestro nuntii atrocitate perculsus, facilius vos pro mutuo potestis amore conicere, quam ego possim litteris intimare, quia animus nimio maerore confectus, quod horret recolere, renuit expedire. doleo, fratres devinctissimi,
2 tam acerbo casui vestro et toto corde compatior. nam etsi ad praesens a vobis disparatus sum corpore, tamen semper mente coniungor, et dum a vobis animo non recedo, planctibus vestris interesse me credo, quia secundum divinam sententiam quod patitur unum membrum omnia membra compatiuntur in corpore. nos enim non solum fide concorporamur in Christo, sed etiam filiorum coniunctione conectimur.
3 unde etiam, si aurarum tanta intemperies permisisset, ad solandos vos pro epistulis ipse venissem. sed quid facimus, fratres optimi, quod divinae resistere iussioni sicut virtute non possumus, ita nec voluntate debemus et omni advigilantia praecavere, ne, dum dulcia nobis pignora nimio dolore deflemus, blasphemi aut quodam modo iniuriosi inveniamur in domino et gravius animam nostram auctor ipsius mortis, inventa
4 occasione, confodiat, quam carorum amissione percussit. ideo in omni amaritudine vel dolore ad illum nobis refugiendum est et ad illum omnes casus nostri toto corde

---

9 I. Cor. XIII, 7. 8. 26 I. Cor. XII, 26.

2 sublimis *G* deuictissimis *G* 3 namacio *G* 4 gratis *G*[1], *corr.* pro *supplevit Lütjohann* 5 uisitatione] *Lütjohann*, u (1 *ras.*) si (tati? *ras.*)[one *G* patrono *G*, *corr.* domni] *G* 6 nostrum] *Lütjohann*, uestrum *G* 8 sanctitas *G* 11 propitia diuinitate] *Lütjohann*, *cf. infra II, 63*, propria diuinitate (*G*[1], ciuitate *G*[2]) *G*, propria ciuitate *Canisius* 12 dedi] has *desideratur, ut infra II, 55* 15 aliquantisper] n *s. l. G*[1] 17 marito] *scripsi*, merito *G* 19 domnis] *G* christo] *periit G* 20 namacio *G* ceruniae *G* 21 nunti *G* 24 aceruo *G* et] ex *G* 25 disparatus] *G*[1], separatus *G*[2], *cf. infra II, 36* 28 concorporamus *G* 30 sed quid — *p. 313, l. 9* assumptum] *Ruricius infra II, 39 repetivit* 31 aduigilantia] sollicitudine *infra II, 39* 33 mortis] *infra II, 39*, meritis *G* 34 ideoque *infra II, 39* 35 illum] deum *infra II, 39* toto] *extr.* o *s. l. G*[1]

Digitized by Google

referendi, qui sanat vulneratos, qui relevat maestos, qui consolatur adflictos. et illa *G*
sancti Iob sententia omnino dicenda est: dominus dedit, dominus abstulit, sicut
domino placuit, ita et factum est: sit nomen domini benedictum. haec 5
ergo, domini pectoris mei, scribere vobis idcirco praesumpsi, ut dolorem communem,
5 quem sciebam quod verbis meis mitigare non poteram, vel divinis eloquiis utcumque
moderarer. vere non minimum potestis capere de Christi voluntate solacium, quod, 6
quatenus ipsum immaturus manebat interitus, talem eum est dignatus assumere,
qualium regnum dixit esse caelorum; ut et patronum haberetis ex filio et minus
doleretis amissum, quem a domino videbatis assumptum.

10

IV.

DOMINIS SUBLIMIBUS ET IN CHRISTO DOMINO DEVINCTISSIMIS FRATRIBUS NAMATIO ET CERAUNIAE RURICIUS.

Saepius, carissimi fratres, per communis luctus acerbissimum casum vobis scribere 1
aut ad vos venire disposui, sed semper me et ab itineris procinctu infirmitas corporis
15 et ab epistulari officio nimius dolor cordis retraxit. nam si quando ad scribendum 2
animum sum conatus intendere, statim sensus horruit, mens refugit et ita mihi pro
sermonibus semper fletus occurrit, ut prius paginam lacrimarum imbre perfunderem,
quam stilo pingerem, sicut dixit ille paternam indicans de filii amissione pietatem:

bis conatus erat casus effingere in auro,
20 bis patriae cecidere manus,

vel quod potius a me dicitur, quoniam negabat consolari anima mea. haud 3
iniuria. perdidi enim filiam, quam et me suscepisse et vos genuisse gratulabar, perdidi vitae solacium, posteritatis spem, decus familiae, cordis gaudium, lumen oculorum.
nec simplici sum orbitate perculsus, nam cum filia et fratres amisi, quorum me solabar 4
25 affectu, quorum me coniunctione iactabam. disruptum est, fratres carissimi, vinculum
germanitatis nostrae, ablatum nobis est pignus mutuae caritatis. hei mihi, fratres 5
optimi, dum depositum vestrum, cuius me traditione ceperatis, amitto, una vos perdidi
et ideo in unius necessitudinis gradu complurium mihi necessitudinum solacia sublata
suspiro. solam tamen patriam, quae mihi per ipsam adquisita fuerat, non amittam,
30 qui hanc mihi potissimum terram quam illa corpore suo occupavit patriam iudicabo.
sed quo immemor officii, memor gratiae, dolore impellente, progredior et tempore 6
aliquatenus vulnus obductum rediviva recordatione tamquam nova sectione rescindo?
et qui consolari vos potius per divina promissa cupiebam, consolationem ipse non
cupio? causas tamen vobis recidivi huius doloris exponam. utcumque enim animus 7
35 maerore confectus recipere consolationem apostolica exhortatione iam coeperat, qua
ait: nolo vos ignorare, fratres, de dormientibus, ne contristemini sicut
ceteri qui spem non habent, sed, ubi infelix noster communis advenit et eum
sine ea qua prius splendebat gemma conspexi, per quam mihi et acceptior esse

---

2 Iob I, 21. 8 Matth. XIX, 14. 19 Verg. Aen. VI, 32. 33. 21 Ps. LXXVI, 3. 36 I. Thess. IV, 12.

1 refendi *G* 3 benedictum] *de rebus adversis Iob infra II, 39 fusius agitur* 5 sciebam quo *G*: *haec infra II, 39 desunt* 6 moderarer uere] moderare uere G^1, moderarem & uere *corr.* G^2, moderare reuere, si mihi quasi uestro creditis cordi *infra II, 39* 7 ouatenus *G* tale meum *G* 12 namacio *G* 13 aceruissimum *G* 18 fili *G* 21 aut *G* 24 filiam *G* solebar *G* 25 disrumtum *G* 34 uos *G* 36 uec *G*

Digitized by Google

G solebat et gratior, et quasi ornamento proprio spoliatus mihi et indecorus apparuit.
8 novit ille, fratres carissimi, qui cordium occulta rimatur, quod ita mihi dolor repente geminatus est et ita mihi per singulos dies de tanta indole illius et istius desolatione affectus duplicatur et luctus, ut nec hunc aspicere nec illius meminisse sine lacrimis queam et propheticum illum saepius dicam: quis dabit capiti meo aquam
9 et oculis meis fontem lacrimarum? sed ille populi sui peccata deflebat, ego vero propria, quae et me et vos pondere suo et numerositate presserunt, ego ut illius
10 mortem et meam vitam, ut illam defunctam et me superstitem plangam. longe aliud tibi, venerabilis soror, quasi de nostris meritis praesumebas, cum tantum tibi nimia caritate decepta de nostris orationibus, me refellente, promitteres, ut et domum tuam nostra intercessione salvandam et filiam per me, ut ita dicam, foro crederes immor-
11 talem. sed cito apparuerunt merita mea, quae et me irremediabili vulnere sauciarent et te secus quam oportuerat de peccatore credentem tanti pignoris orbitate percuterent. vel nunc certe, in Christo domino venerabilis soror, et te falsa credidisse
12 et me vera dixisse cognosces. sed nimium diu immemores praeceptorum caelestium humano dolori praebemus assensum: ad divina nobis praecepta redeundum est, ne ita plangamus corpore mortuam, ut ipsi corde moriamur. discedentes ergo paululum de praesentibus, rursum futura cogitemus, ut quos infirmant praesentia, futura corro-
13 borent. nos debemus, fratres carissimi, illam ferre condicionem humanae fragilitatis, quam et prophetae et apostoli et sancti iustique omnes vel, quod maius est, omnium
14 dominus noster suscipere dignatus est. deplorare, sed magis deo gratias agere et gaudere nos convenit, quod filiam, qualem voluimus, quamdiu is qui dederat permisit, habuimus et, qualem voluimus, non perdidimus, sed ad Christum, ipso iubente,
15 praemisimus. habere enim filios generalis est beneficii, bonos vero habere specialis est praemii; sicut vivere commune est omnium, bene vero vivere et bene discedere de hac vita paucorum est, non tamen naturae condicione sed culpae nec divina prae-
16 scriptione sed propria voluntate. et ideo non turbetur cor nostrum nec filiam pro amissione sed pro desiderio defleamus, ne aut promissis dominicis increduli aut prae-
17 ceptis obnisi esse videamur. fleant liberos suos qui spem resurrectionis habere non possunt, quam eis perfidia sua ademit, non divina sententia. fleant mortui mortuos suos, quos in perpetuum aestimant interisse. illi nullam maeroris sui habeant requiem,
18 qui non credunt esse requiem mortuorum. nobis vero, quibus et spes et portio Christus est, spes in terra morientum, portio in regione vivorum, quibus mors ista non naturae sed vitae praesentis est finis, quia eam in melius credimus esse reparandam iuxta apostoli sententiam: cum corruptibile hoc induerit incorruptionem, cum propheta dicendum est: dominus dedit, dominus abstulit, sicut domino visum est, ita factum, sit nomen domini benedictum, quia tenenda est in
19 temptatione paenitentia, ne cogat aut ore aut corde delinquere. fletus itaque nostros fides prompta detergat, quia credimus, caros nostros vitam non tam perdere quam mutare, relinquere saeculum aerumnis et luctibus plenum et ad regionem beatitudinis festinare, exire de peregrinatione laboriosa et ad quietis patriam pervenire, unde et

---

5 Ierem. IX, 1. 30 Luc. IX, 60. 35 I. Cor. XV, 53. 54. 36 Iob I, 21.

1 solebant *G* 4 duplicatus *Canisius* nec illius] ‖ illius *G* 5 illum] *G* 8 ut] *suppl. Mommsen, om. G* 10 promitteris *G* tuum *G* 11 crederis *G* 17 discendentis. Ergo *G* 18 corroborarent *G* 22 nos] *Lütjohann*, non *G* uoluemus *G* quam diuis *G et Canisius* promisit *Canisius* 23 qualem quidem uoluimus *Canisius* 24 bonus *G* 25 uere *G* discendere *G* 29 obnisi] *Mommsen*, obtimi *G*, obliti *Canisius* 31 quos] *Lütjohann, cf. infra II, 46*, quod *G* nulla *G* 33 morientum *corr.* morientium G^1 34 enim? *corr.* eam G^1 38 aut ore] auctore *G* nostro *G* 39 perdedere *G*

Digitized by Google

propheta dicit: **educ de carcere animam meam ad confitendum nomini tuo.** *G*
credite mihi, fratres carissimi, quia illa iam de sua quiete secura de nostra est salute 20
sollicita, quae si nobiscum posset miscere colloquia, hoc diceret: nolite, pii parentes, 21
nolite me flere nec ingrati tam benigno domino planctibus nimiae dilectionis existere.
esto, habuerit tempore meae arcessitionis hoc pietas, iam debet dolorem vestrum fides
cum tempore temperare, quia etsi vobis mortua sum, deo vivo. aut numquid vos 22
magis potestis amare quam dominus, qui me fecit, quomodo voluit, redemit, quia
voluit, et, quando voluit, pro sua pietate suscepit? aut quod magis doloris vestri potestis
habere solacium, quam quod dominus noster unicum filium suum pro nobis est tradere
dignatus ad mortem? et cum filius dei secundum carnem mori voluerit, homo tam
acerbe debet condicionem humanae sortis excipere? quam ob rem, piissimi parentes, 23
vestra potius peccata deflete et de satisfactione vestrorum criminum cogitate, ut, si me
in Christo diligitis, quia me vere diligere non potestis, nisi in domino diligatis, in
sinum patriarchae venire mereamini, ubi dominus pro innocentiae me meae puritate
et pro sua pietate constituit, **quia misericordia eius melior est super vita,**
ut ibidem non falsis sed veris, non temporalibus sed aeternis gaudiis pariter exsultare
possimus. talibus oportet ut nos, optimi fratres, et his similibus praeceptis ac sponsibus 24
dominicis consolemus, quia sicut apud dominum futura iam facta sunt, ita fidelis
catholicus promissa caelestia, quae tempore suo implenda confidit, debet iam quodam
modo habere praesentia, spe praecipere, possidere fide, operibus obtinere. haec enim 25
sunt quae nobis exhibent in maeroribus solacium, in contrariis fiduciam, in prosperis
moderationem, ne aut extollamur secundis aut cedamus adversis aut tristibus con-
sumamur. haec ergo, fratres carissimi, transmittenda vobis ad communem quandam 26
consolationem haud sine magno animi dolore dictavi. nec me paulo latius protrahere
sermonem affluentia verborum compulit sed aestus animorum, ut desiderium, quod
recordatio accenderat acerba, commemoratio diutina leniret. in hoc etiam parem
gratiam erga communem filiam comprobemus et, sicut nos eius vita devinxerat, ita
eius memoria in eadem dilectione custodiat.

V.

DOMINO SUBLIMI ET IN CHRISTO DOMINO DEVINCTISSIMO FRATRI NAMATIO RURICIUS.

Qui occasionem scribendi pro necessitudinis iure perquirimus, oblatam praeter- 1
mittere non debemus, ut reddat nobis quandam praesentiae portionem sermo mediator,
qui emittitur et non amittitur, tribuitur et habetur, videtur discedere nec recedit, a me
dirigitur, a te suscipitur, a me scribitur, a te legitur nec tamen dividitur, cum quasi
divisus integer utriusque corde teneatur, quia verbi more divini traditur et non
egreditur, confertur indigenti et non aufertur auctori, accipientis lucrum sine dispendio
largientis, ditans inopem nec attenuans possessorem.

---

1 Ps. CXLI, 8. 15 Ps. LXII, 4.

3 possit *G* dicere *G* 5 arcisitionis *G*, *cf. supra p. 308, l. 22* 7 quomodo uoluit redemit] *Mommsen*, quomodo noui || .... || tremit redimit *G*, qui me donauit uita, emit, redemit *Canisius* 11 acerue *G* 12 uestra. *G* detlete] *G*², deflere *G*¹ 14 sinu., *ras.* s *G* me meae] *Mommsen*, meae *G* 16 temporalibus] rali *in ras. G* 18 consolemus] *G* 19 promissae *G* 21 rex hibent *G* 22 aut aut cedamus *G* 24 haud] *Lütjohann*, ut *G*, non *Canisius* ne *G* 25 ut] & *G* 26 acerba commemoratio diutina] *Mommsen*, commemoratio diutina cebra *G*, commemoratio diutina crebra *Canisius* leniret] *Mommsen*, leniret et *G* 27 ergo *G* deuixerat *G* 28 dilectionem *G* 31 namacio *G* 32 qui — 38 possessorem] *est prior epistulae II, 36 pars* 33 mediator] *Mommsen*, meditatur *G*, *infra II, 36* meditator *G*, meditatus *Canisius* 34 admittitur *G* tribuetur *G* discendere *G*, *ut infra II, 36* 36 integer] tamen *add. II, 36* 38 dictans] *G*, *ut infra II, 36* negat tenuans *G*

Digitized by Google

VI.

G DOMNO SUO ET PECULIARI IN CHRISTO DOMINO PATRONO CHRONOPIO EPISCOPO RURICIUS EPISCOPUS.

1 In ordinando grege dominico vel regendo inter speculatores atque praepositos non praesumptio debet esse sed ratio et de custodia sollicitudo non de pervasione contentio, ne mercennariorum subeant notam, dum pastorum non tenent disciplinam, et inveniantur, sicut apostolus dicit, non Christi gloriam affectare sed propriam, dum malunt ab hominibus percipere laudem quam a domino exspectare mercedem, prae-
2 sentis appetitores lucri et praemii contemptores aeterni. unde, sicut idem apostolus docet, si pacifica ad opus sanctum congregatione concordes, si sine simulatione diligentes, si cum sollicitudine ministrantes, si unius capitis membra sumus, corporis unanimiter debemus esse rectores, quia caulae gregis dominici possunt esse numerositate multae, non fidei varietate diversae, ut, sicut ipse dominus praenuntiare dignatus est, non, nobis per invidiam dissidentibus et per dissensionem gregem dominicum dividentibus, multiplex per nos schisma procedat, sed magis per unitatem doctrinae simplicis oves dominicas congregantibus fiat in nobis unus grex et unus pastor, qui sicut est rex regum et dominus dominantium, sacerdos sacerdotum et pontifex ponti-
3 ficum, ita intellegatur et pastor esse pastorum. quam ob rem studio caritatis non cupiditatis has ad sanctitatem vestram per presbyterum meum pro dioecesi Gemiliacensi, unde iam pridem vobis scripseram, destinavi, ne, si tacuissem, neglegentiae deputaretur, non concordiae, ... rationi irrationabili viderer cessisse, non paci, ut, si agnoscitis vera esse quae dico aut iusta quae repeto, nec me iniuriam diutius nec vos inquietudinem sustinere patiamini.

VII.

DOMINO SUBLIMI SEMPERQUE MAGNIFICO FRATRI ELAPHIO RURICIUS EPISCOPUS.

1 Ita propitio deo operum tuorum fama percrebuit, ut omnes in laboribus constituti commendari se germanitati vestrae omni precum ambitione deposcant, quia
2 fatigationem suam apud vos effectum habere non dubitant. unde etiam portitor harum nomine Ulfila, quem mihi Pharetrius presbyter suis litteris commendavit, ad vos commendaticias postulavit, quas ei et pro iussione divina et pro iussione mutua libenter indulsi. quibus individuae caritati vestrae salve plurimum dico et praefatum pro affectione germana non pro pontificali auctoritate commendare praesumpsi, quia in peccatore amittit dignitas dignitatem, cui honor indebitus oneri est potius quam honori.
3 quod licet vobis placere pro nostra devinctione confidam, tamen, si quid nobis veri vel vicarii amoris impenditis, spero, ut condoleatis potius quam gaudeatis, quia indignum me et penitus non merentem non attollit res tanta, sed deprimit.

---

7 Ioann. VII, 18. 10 Rom. XII, 9. 8. 4. 16 Ioann. X, 16.

2 domno] *G* 3 cronopio *G* 4 speculatores] *sunt episcopi* 6 notam dum] *Basnage*, notandum || dum *G* 7 inueniatur *G* 8 praesentias *G* 16 simplicis] *Lütjohann*, simplices *G* unius grex *G* 19 per] *suppl. Lütjohann, om. G* diocisi *G* 21 concordiae ... (*suppleas* cum) rationi irrationabili uiderer cessisse, non paci] *Lütjohann*, concordiae rationi inracionabilis uider cessisse non pauci *G*, concordiae rationi irrationabili. Suadent cessisse non pauci *coni. Mommsen* 22 iuriam *G* 25 sublimis *G* fratre olafio *G* 28 se germanitati] seg *ex* rett *corr. G*[1] 30 pharetrius] *scripsi*, fraretrius *G*, *cf. Greg. V. Patr. XVI, 3:* Faretri cuiusdam servus 31 *malim* pro uisione mutua 36 uicari *G* ut] *om. G*

Digitized by Google

VIII.

DOMINO SANCTO ET APOSTOLICO AC MIHI PRAE CETERIS IN CHRISTO DOMINO CULTU AFFECTUQUE PECULIARIUS EXCOLENDO PATRONO ET PAPAE AEONIO RURICIUS EPISCOPUS. *G*

Quotiensque quicumque sanctos aut apostolicos viros, quos misericordiae opera, 1
operum merita, meritorum vita commendat atque omnium virtutum fama disseminat, aerumnarum mole depressi coguntur expetere, dum litterarum solacium quaerunt labori suo, beneficium conferunt desiderio nostro. et cum sit illorum labor noster dolor, fit 2
tamen per officii collationem eorum necessitas quodam modo caritas nostra, qua, dum ipsorum adquiescimus petitioni, nostrae satisfacimus voluntati, et ita fit, ut egestas petentis sit largientis utilitas. fratri itaque et compresbytero nostro Possessori nomine, 3
quod peius est, potius quam facultate, (quia quod habuit pro fratris redemptione profudit, factus est possessor paradisi, dum proprietatis saeculi desinit esse possessor), ad apostolatum vestrum commendaticias postulanti libenter indulsi. cuius necessitatem 4
si dignatur plenius sanctitas vestra cognoscere, epistulam, quam ad humilitatem meam frater noster Eumerius episcopus per ipsum direxit, tanti habeat recensere et illic agnoscet, qualiter ipsi debeat et pro consuetudine consulere et pro caritate mutua condolere. qui ut fratrem ab hostibus redderet liberum, se creditorum maluit esse 5
captivum et, ut ille crudelissima morte non privaretur vita, ipse extorris est factus e patria. . . . . .

IX.

. . . . . .

Sancti apostoli Pauli sententiam contuentes, qua Romanis scribens ait: nolo 1
vos ignorare, fratres, quia saepe proposui venire ad vos, sed prohibitus sum usque adhuc, et nos dicere, pudore instigante, compellimur: crebrius voluimus ad sincerissimam pietatem vestram scripta dirigere, sed prohibiti sumus usque nunc, prohibente nimirum illo qui bonae voluntati consuevit semper obsistere, invidens scilicet profectui nostro et affectui vestro, affectui nostro et profectui vestro. profectui 2
nostro et affectui vestro, quia doctrina vestra eruditio nostra est et epistula nostra collatio desiderii vestri est; et rursus profectui vestro et affectui nostro, quia eruditio nostra merces vestra est et opera et collatio desiderii vestri nostri est sermonis affectus. ita enim paucis diebus, quos mihi vere et paucos et brevissimos vester fecit affectus, 3
dum contemplatione vestra non solum satiari noster nequit, verum etiam videndo magis exardescit intuitus, cum vos et desideraremus praesentes et adhuc coram positos quaereremus, sensus nostros fonte purissimo benigni pectoris irrigastis, ut, quamlibet

23 Rom. I, 13.

4 aeonio] *scripsi*, aenio *G* 5 quotiensque] *G* 11 sit] est *G* 12 fratres *G* profuit *G* 13 propietates *G* 16 illic] *G*, illico *Basnage* 17 agnoscit *G* 19 crudelis sim *G* 20 *post* patria *spatium quod restat versus vacat; quod sequitur fragmentum alius epistulae esse patet G* 23 contuentes *corr.* constituentes G^1 25 fi *G* crebrius — 27 obsistere] *epistula quae dicitur Severi de ultimo iudicio c. 1 (ed. Halm p. 219)*: persaepe ad vos venire volui, sed usque adhuc impeditus sum, obsistente eo qui convenit obsistere, *Ruricium usum esse Baluzius, Miscellanea I, Praef. censuit* uolumus *G* 26 dirigerẽ *G* 30 conlatio *G*, consolatio *Basnage* 31 mercis *G* opera et] *Mommsen*, tempora *G*, semper *coni. Canisius* nostri] *scripsi*, uestri *G* 34 adhuc] *scripsi*, ad hoc *G* curam positus *G* 35 sensus — *p. 318, l. 2* possideam] *Ruricius ex ep. Victorini nr. VII, supra p. 271, l. 24 hausit*

Digitized by Google

G nulla deinceps sancti oris munera pretiosa perciperem, praesentiam tamen vestram intra mentis meae arcana possideam et effigiem vestram in speculo mei cordis intuear, quam illic tam caritas perfecta depinxit, ut nullius aetatis possit oblivione deleri, quia
4 iugi recordatione momentis singulis innovatur. illic enim vobiscum ex consuetudine pietatis vestrae secretius colloquor, illic etiam de vitae melioris institutione pertracto,
5 illic vos labiis mentis exosculor et manibus cordis amplector. quo fit, ut vera dilectio, quae in visceribus meis viva vultus vestri figuratione nutritur et igniculo caritatis accenditur, amoris vestri mihi vicissitudinem repromittat et animus meus mihi animi vestri fideiussor assistat, dum, quantum mihi de vobis praesumere debeam, conscium
6 mutuae dilectionis pectus interrogo. unde, scribendi mihi aditu orationibus vestris tandem aliquando reserato, his salutationem defero et intercessionem peccatorum requiro, illud speciali prece deposcens, id a misericordia dei nostri assiduis petitionibus flagitetis, ut, omnibus deletis .... meis atque omnibus, opitulantibus vobis consuetudinaria clementia et copiosa bonitate, delictis, etsi non ad eundem praemium, saltim ad eundem nos portum quietis iubeat pervenire; ut, quatenus hic propter spatia interiecta terrarum oculis corporis saepius nos videre non possumus, vel ibidem de mutua praesentia gaudeamus, ut, quando vobis a iusto iudice retribuetur corona meritorum, mihi a piissimo redemptore et advocato perfectissimo commissorum venia non
7 negetur. ipse ante iudicium peccatoris agere dignetur causam, ne in iudicio puniat culpam, quia novit quippe omnipotens nec in bonitate clementiae iudicii perdere veritatem nec in iudicii severitate clementiae amittere bonitatem. et ideo per ineffabilem misericordiae ac virtutis operationem vobis praestare dignetur, ut quos hic veritate
8 coniunxit, illic habitatione non separet. promissionem vestram recolens peculiarius rogo, ut fratrem Pomerium sanctitas vestra non solum non retineat, verum etiam ad
9 nos venire compellat partemque suam nobis individuam per utriusque transmittat. nec eum a vobis discedere, si ad me accesserit, iudicetis, quia et vos hic inveniet in me et cum eo vos, residente corpore, ut confidimus, corde venietis. sed et inde non parvum fructum habere poteritis, si rusticitas nostra doctrina ipsius aliquid in dei timore profecerit.

X.

DOMINO ANIMAE SUAE ET IN CHRISTO DOMINO VISCERIBUS EXCOLENDO POMERIO ABBATI RURICIUS EPISCOPUS.

1 Sapientes saeculi amicos duos unam animam habere dixerunt, quod ego etiam ecclesiastico testimonio verum esse confirmo, quo ait: credentium autem erat anima et cor unum, unum utique caritate non numero et fidei simplicitate non
2 singularitate personae. hoc ergo praedico proboque; nam ex quo a vestra unanimitate discessi, divisum esse me sentio partemque meam vobiscum resedisse cognosco nec, absentibus vobis, integrum esse me credo et, cum me in me non inveniam, apud vos me ad vos regressus inquiro atque ibidem quantum me vobis reliquisse tantum

34 Act. IV, 32.

3 nullus *G* 4 singuli *G* 6 quod *G* quo — 10 unde] *ex ep. Victorini nr. VII exscripta infra II, 52 Ruricius repetivit* 8 amortis *G* uicisitudine *G* 9 constium *G* 12 misericordiā *G* 13 deletis] *scripsi*, delictis *G*, *cf. infra p. 342, l. 12: suppleas* commissis 14 eundem] *G* 16 nos] non *G* 17 coronā *G* 18 auocato *G* ommissorum *G* 19 puniat] G^1, ponat *G* 21 ne G^1 24 uerum] uestrum *G* 25 indiuiduum *G* utriusque] redintegrationem *suppl. Mommsen* 32 RVR *G* 33 sapientes — *p. 319, l. 1* conspicio. et] *Ruricius paucis omissis supra II, 1 repetivit* unam animam] unanimam *G* 36 ex quo] postquam *supra II, 1* 37 discensi *G* 38 absentibus] bs *et* t *in ras.* G^1 39 relinquisse *G*

Digitized by Google

vestri mecum abstulisse conspicio. et omnipotenti deo gratias super tam admirabili 3 *G*
facto eius refero, quod ita generali tribuere dispensatione dignatus est, ut inter eos
quos locorum intervalla discriminant liber ac nullis conclusus absentiae legibus animus
commearet nihilque esset tam impenetrabile, quod mentis aspectibus non pateret, sed
per cordis intuitum inde se invicem cari, gratia intercurrente, conspicerent, ubi caritas
ipsa consistit. et ideo salutem plenissimae erga me, quantum propria mente 4
conicio, pietati vestrae deferens, omni precum ambitione deposco: si nobis parem
repensatis affectum, si simili nos caritate diligitis, si aliquid in visceribus vestris amore
noster operatur, si usque ad medullas cordis vestri dilectio nostra pervenit, si tam
vos pro me quam me pro vobis dulcedine potestatis edomuit, ut imperio ipsius nec
possitis resistere nec velitis, ad desiderantem fratrem, si desideras, quantocius venire
festina, beneficio et promissum soluturus debitum et mutuum mitigaturus affectum; quia
coram positi aequalem vobis gratiam de nostra contemplatione et collocutione prae-
stabimus tantumque, si, ut diligeris, diligis, a me retribuetur caritati tuae, quantum
tu meae ipse detuleris. nec sane in veniendo fatigationem poteris formidare, quia, ut 5
ille dixit, vicit iter durum pietas et iuxta apostolum nostrum caritas omnia
sustinet, quae nec quaerit quae sua sunt nec umquam novit excedere. opportune
etiam desideranti viatori autumnalis temporis congruit cum caritate temperies, si eam
tamen praeteritae aestatis fervor accendat, non advenientis hiemis algor exstinguat.

XI.

ITEM EPISTULA DOMNI RURICII.

Relectis litteris meis, fortasse miraberis, quod venerationi tuae fratri scripserim, 1
cum hoc nec aetati nostrae conveniat nec honori, quia sicut me maior es natu, ita
minor es gradu. et ideo, si ad tuam deo propitio longaevitatem aut ad nostram
respexissemus administrationem, aut patri scribere debueramus aut filio. sed quia et 2
sanctus Iohannes apostolus in epistula sua unis eisdemque et patribus et iuvenibus
scribit et pueris, dicens: scribo vobis, patres, quia cognovistis eum qui ab
initio est. scribo vobis, iuvenes, quia vicistis malignum. scribo vobis,
pueri, quia cognovistis patrem. qua discretione verborum non aetatem exterioris
hominis sed qualitatem interioris assignat. in quantum enim in dei cognitione ac 3
dilectione proficimus, patres sine dubio nuncupamur. in quantum vero contra ad-
versarium, qui tamquam leo circuit, quaerens quem devoret, viriliter dimi-
camus, iuvenes esse cognoscimur. in quantum vero socordiae desidiaeque committimur
et ad incedendam mandatorum viam fidei infirmitate deficimus atque ad contuenda ac
peragenda praecepta divina a saecularium actuum intentione quasi e somno segniores
assurgimus, rectissime puerorum levitate censemur. unde et apostolus Paulus ita 4
commonet neglegentem: surge qui dormis et exsurge a mortuis et continges
Christum sive inluminabit te Christus. nam et dominus in evangelio, cum ei 5
a circumstantibus diceretur: ecce mater tua et fratres tui quaerunt te,

---

16 Verg. Aen. VI, 688. I. Cor. XIII, 7. 17 I. Cor. XIII, 5. 8. 27 I. Ioann. II, 13. 14. 32 I. Pet. V, 8. 37 Ephes. V, 14. 39 Marc. III, 32.

1 deo — 6 consistit] *ex epistula Fausti nr. III, supra p. 269, l. 4 hausta Ruricius infra II, 52 repetivit* 3 discrimant *G* conclus *G* 6 plenissimae] *scripsi*, plenissime *G*, sincerissimae *infra p. 343, l. 4. 36* 7 deferent *G* 8 caritatem *G* amore] *G* 9 si tam] *scripsi*, sic a *G*, si ita *Canisius* 11 nellitis *G* si] *G*, *om. Canisius* desideras] *scripsi*, desiderans *G* 12 festina] *scripsi*, festinabo *G* 13 nobis *G* 17 oportunae *G* 19 aestatis] *in ras. G*[2] 21 domni rurici *G* 22 relictis *G*[1] 28 sribo — sribo *G* 29 aetate *G* 30 qualitate *G* 33 iuuenis *G* cognoscimus *G* 36 leuitate] *Canisius*, leuitae *G* 37 contingis *G* 38 inluminauit *G* 39 te] *om. G*

Digitized by Google

G volentes videre te, ita respondit: quae est mater mea aut qui sunt fratres
mei? et ostendens apostolos, sequentes se: nonne hi qui faciunt voluntatem patris
6 mei? mater enim Christi dici possumus, quando Christum corde gestamus, nam et
sancta Maria, quae virgo concepit, virgo peperit, virgo permansit, dominum nostrum
7 non complexu virili sed fide maritante concepit. fratres vero ipsius efficimur, quando 5
ita vitam nostram omni virtutum genere disponimus, fulcimus, ornamus, ut heredes
dei esse possimus et coheredes Christi. cui enim dubium, quod si heredes dei patris
efficimur, rectissime et fratres Christi dici, ipso adoptante, poterimus, qui nos plasmavit
ut suos, redemit ut alienos, elegit ut servos, adscivit ut filios? plasmat enim nos
8 potestate, redimit passione, eligit in praescientia, adsciscit in gratia. nos tamen filii 10
per adoptionem, ille solus filius per naturam, qui ut nos ad eandem a qua excideramus
beatitudinem revocaret, cum penitus non desierit esse quod erat, voluit tamen esse
quod non erat, ut verbum caro fieret et, dum creator in creaturae humilitatem
9 descendit, ad creatoris sublimitatem creatura conscenderet. quo fit, ut humanitati
divina communicent et divinitati humana participent secundum illud apostoli: qui 15
cum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est esse se aequalem
deo, sed semet ipsum exinanivit, formam servi accipiens, in similitudinem
hominum factus et habitu repertus ut homo. humiliavit semet ipsum,
factus oboediens usque ad mortem, mortem autem crucis. propter quod
deus illum exaltavit et donavit illi nomen, quod est super omne nomen, 20
ut in nomine Iesu omne genu flectatur, caelestium, terrestrium et in-
fernorum et omnis lingua confiteatur, quoniam dominus Iesus Christus
10 in gloria est dei patris. unde et ad Corinthios idem doctor scribens ait: itaque
nos neminem novimus secundum carnem; etsi cognovimus enim Christum
secundum carnem, sed nunc iam non novimus, quia, cessante in eo infirmitate 25
11 corporea, totus creditur in virtute divina. et ideo iuxta eum apostolum, quoniam
omnes in Christo unum sumus, fratres rectissime nuncupamur, quia nos et unus uterus
12 sacri fontis effudit et eadem ubera matris ecclesiae, spiritu vivificante, lactarunt. simul-
que idcirco frater scripsi, quia et deo propitio a saeculi actibus ad aeternam beati-
tudinem te animam convertisse cognovi et imitatorem illius evangelici negotiatoris 30
effectum, qui, venditis omnibus suis, comparavit pretiosissimum margaritum, vel illius,
qui, reperto in agro thesauro, distractis quae habebat universis, agrum ipsum laudabili
cupiditate mercatus est, non alienae possessionis importunus inhiator, sed propriae
facultatis providus distributor, caritatem utpote sincerrimam retinens corde perfecto,
13 non ut parcius venderet, sed ut largius feneraret. super quo facto gaudeo et deo 35
gratias ago, quod secundum divitias bonitatis suae atque virtutis per inaestimabilem
misericordiam suam propemodum, ut ita dixerim, contra sententiam suam venire
dignatur, quia, cum ipse dixerit, difficile eos qui pecunias habent regnum adipisci
posse caelorum, ecce te et his dignavit in saeculo et provehere festinat in regno.
14 sed tamen idem dominus continuo rigorem prioris huiuscemodi sententiae, quam 40
apostoli vehementius formidabant, misericordiae suae moderamine temperavit, dicens,
quod impossibile esset in se hominibus per naturam possibile deo in eis esse per
15 gratiam: quod in te, cui operi ut otiis atque impendiis pronus incumbas, pro affectu

---

1 Luc. VIII, 20. Marc. III, 33. 2 Matth. XII, 50. 7 Rom. VIII, 17. 15 Philipp. II, 6—11. 23 II. Cor. V, 16. 27 Galat. III, 28. 30 Matth. XIII, 46. 32 Matth. XIII, 44. 38 Matth. XIX, 23. 42 Matth. XIX, 26.

2 hii *G* 4 quae] quae et *G* 9 suos] uos *G* 10 eligit in] *suppl. Lütjohann* 11 ad eandem] eadem *G* a] *G* excederamus *G* 13 humilitate *G* 14 conscenderit *G* quod *G* 17 se ipsum *G* 20 omnē *G* 27 omnis *G* 29 scripsit *G* a] *om. G* 32 destactisq; *G* 43 otiis] *Mommsen*, totis *G*, totus *ego* atque] *G*, usque *Canisius*, aeque *Lütjohann*

Digitized by Google

mutuae caritatis admoneo, et ita fabricae turris illius, quam dominus in evangelio G
construi praecepit, strenuus aedificator insistas, ut adversarii tui habeant potius de eius perfectione quod doleant quam de intermissione quod rideant.

XII.

DOMINO SUBLIMI SEMPERQUE MAGNIFICO FRATRI PRAESIDIO RURICIUS EPISCOPUS.

Plerique dum me apud individuam mihi sublimitatem vestram non vitae merito 1
sed amicitiarum privilegio multum posse confidunt, commendaticias a nobis, quibus vobis excusentur, inquirunt; quas eis pro officii nostri necessitate negare non possumus, non praesumptionis audacia sed ministerii disciplina, dum et illis praesentis vitae solacia et vobis providere desideramus aeternae, ut et illi per patientiam vestram reserventur ad paenitentiam et vos per misericordiam perveniatis ad veniam. sicut 2
dicit scriptura: quia iudicium sine misericordia erit illi qui non fecerit misericordiam; quia qui dixit: dimittite et dimittetur vobis, procul dubio, quem viderit hic facere quod praecepit, in futuro ei restituet quod promisit. nobis enim illius veritas praesto est, si illi fides nostra non desit. unde manifestissime 3
potestis advertere, absolutionem miserorum vestrorum esse indulgentiam peccatorum et hoc vestris conferendum precibus, quod vos praestiteritis alienis, iuxta ipsius in evangelio sententiam: quo iudicio iudicaveritis, iudicabitur de vobis. ideoque 4
pro Urso et Lupicino, qui ad me quasi vobis peculiarius, sicut superius dixi, caritatis iure devinctum pro criminum suorum intercessione venerunt, precator accedo, ut primum deo, deinde nobis hoc quod commiserunt donare digneris et infieri nec nos de eorum damnatione confundas, qui se iam tum absolutos esse, quando ad humilitatem meam deducti sunt, crediderunt.

XIII.

ITEM ALIA.

In salo saeculi istius adversis ac diversis tempestatibus fluctuantem te ratem 1
ad portum salutis tandem aliquando, domino gubernante, appulisse congaudeo, in cuius fida ac tranquilla statione compositus, aestus ipsius perfidi et iniqui et amari ridebis deincops, non timebis; de quibus ut parum formidinis ita multum gaudii habere iam poteris, quod eos vel retro derelictos respicis vel in celsiori specula constitutus despicis et te evasisse miraris. superest, ut clavo manum inserens, astra semper intentus 2
aspicias et ita coeptae navigationi velum pandas, ne te aut in altum vehementior flatus excutiat aut in vicina litoribus saxa collidat. neque etiam iuxta sententiam 3

---

1 Luc. XIV, 28. 13 Iac. II, 13. 14 Luc. VI, 37. 19 Matth. VII, 2.

1 mutuae] *in ras.* G^1 2 strenuus] stre *in mg. repet.* G^1 aedificatur G^1 4 XII] *haec epistula in G bis scripta est: exstat enim et hic et post epistulam II, 52. Nos priorem textum compendio Ga, posteriorem Gb distinximus* 5 domino — 6 episcopus] *Ga*, ruricius episcopus praesidio filio salutem *Gb* presidio *Ga* 7 plerumque *Gb* 8 priuilegium *Ga* 10 praesuptionis *Gb* praestis *Gb* 11 solatium *Gb* 13 illi] *om. Gb* 14 qui] *om. Gb* dimittetur] dimittitur *Gab* 15 ei] *om. Ga* restituit *Gb* 16 si] *om. Ga* 18 prestatis *Gb* 19 quod *Ga* idēque *Gb* 20 lupicino] *Ga*, lupo *Gb* peculiarius] *Gb*, peculiaṛ *Ga*, peculiariter *Canisius* 21 intercessiones *Gb* 22 et infieri] *Ga*, *om. Gb*, *verum exeunte*, et infectum fieri *coni. Mommsen* 23 damnationem *Gb* iam tum] *Gb*, *om. Ga* absolutus *Gb* 28 adpulisse G^1, applicuisse G^2 29 amari] amaris, *exp.* s G^1: *forte* amari maris 30 ut] *suppl. Lütjohann*, *om. G* 31 dispicis *G*

Digitized by Google

G domini salvatoris iam stivam tenens retrorsum, clamoribus Sodomae collabentis percitus, forte respiciens Loth imiteris uxorem, aut de Aegypto iam profectus et fluctus rubri maris dextra laevaque pendentes, aestuanti tibi ferentes auxilium et persequentibus te parantes exitium, domino viam tuam et praeparante et inluminante, transgressus et eremi arduum iter arripiens, ollas carnium recorderis aut caepas, quae in modum corporalium voluptatum ipsa sui qualitate corrupta noscuntur et fetida nec usu grata nec odore suavia nec stabilitate mansura; quicquid in hoc saeculo mulcet auditu, mollescit attactu, lenocinatur aspectu, blanditur, ut capiat, famulatur, ut teneat, inlicit,
4 ut occidat. nam quamcumque capere volueris voluptatem, permanet quod puniat, praeterit quod delectet; dulcedo fugitiva pertransit, conscientia damnatura vel damnanda subsistit. inde etiam dicit Salomon: lingua meretricis mel stillat; in novissimis autem diebus amariorem felle invenies eam; quod tamen nihilominus
5 et ipse, cum praedixisset, incurrit. et ideo vide, quod malum sit, frater carissime; quod dum detestatur, admittitur, dum refugitur, vix vitatur. unde et tu, sicut dicit scriptura, omni custodia serva cor tuum et discute conscientiam tuam, ne, unde
6 exisse videris aspectu, haereas affectu; sed dicas potius domino cum propheta: adhaesit anima mea post te, me autem suscepit dextera tua; vel illud etiam: mihi autem adhaerere deo bonum est, ponere in deo spem meam,
7 ut quanto labore quantaque instantia militasti saeculo, servias deo, dicente apostolo vel monente: humanum dico propter infirmitatem carnis vestrae: sicut enim exhibuistis membra vestra servire immunditiae et iniquitati, ita nunc exhibete membra vestra servire iustitiae in sanctificationem. cum enim servi essetis peccati, liberi eratis iustitiae. quem ergo fructum habuistis tunc in illis, in quibus nunc erubescitis? nam finis illorum mors est. nunc vero liberati a peccato, servi autem facti deo, habetis fructum vestrum in sanctificationem, finem vero vitam aeternam.
8 paenitentia ita, frater carissime, non nomine est suscipienda sed opere, non ore tantummodo agenda sed corde. verum est, quod sicut utroque, hoc est interiore homine et exteriore, delinquimus, ita et utroque paenitere debemus, ut, sicut dicit idem apostolus: corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit in salutem, ita gemitus cor nostrum, conscientia compungente, concipiat, ut eos os
9 nostrum per confessionem confusionis effundat. quinquagesimus vero psalmus, qui paenitudini datur pariter et remissioni, die noctuque cum rugitu fletuque cantetur, ut vere et salubriter dici possit: rugiebam a gemitu cordis mei; et: iniquitates meas ego agnosco et delictum meum contra me est semper; vel illud etiam: quoniam iniquitatem meam ego pronuntio et cogitabo pro peccato meo.
10 hic enim ante nos peccata nostra esse debent, ut in aeternum contra nos esse non possint, quia ita legitur in prophetis: dic tu prior iniquitates tuas, ut iusti-
11 ficeris. a quo priores dicturi sumus iniquitates nostras coram domino vel prolaturi,

---

2 Gen. XIX, 26. 3 Exod. XIV, 29. 5 Exod. XVI, 3. 11 Prov. V, 3. 4. 15 Prov. IV, 23. 17 Ps. LXII, 9. 18 Ps. LXXII, 28. 20 Rom. VI, 19—22. 30 Rom. X, 10. 34 Ps. XXXVII, 9. Ps. L, 5. 36 Ps. XXXVII, 19. 38 Is. XLIII, 25. 26.

1 stiuam tenens] *cf. supra p. 310, l. 5* 2 fonte *G* 3 aestuanti] *scripsi*, tanti *G*, tantum *Canisius* ferentis *G* 4 parantib; *G* transgressus] & (es G^2) trans.... (*ras.* gres) || gressus *G* 5 ollas] *scripsi*, ollae *G* 7 auditu mollescit] *Faustus in ep. ad Felicem data, supra p. 284, l. 4, cf. p. 268, l. 10*, auditū olliscit G^1 8 ut capiat] ui capiat *G* 9 uoluerit *G* 10 delectat *G* 12 amariore *G* 15 serua cor] seruatur *G* 16 aspectum *G* 24 in illis] *ex Vulg. supplevi, om. G* 29 ita et] ita ut *G* 30 in] ad *Vulg.* 32 quinquagesimum uero psalmum *G* 33 remissione *G* 36 pronuncio *G*, *cf. infra p. 325, l. 19*: annuntiabo *Vulg.* 38 qua *G*

Digitized by Google

nisi diabolo utique, qui delictorum et incentor est et delator? ipse enim, ut peccemus, *G*
instigat, ipse, cum peccaverimus, accusat. et ideo in confessione criminum a nobis praeveniatur in saeculo, ut contra nos non habeat quod proferat in futuro.

XIV.

BEATISSIMIS ET IN CHRISTO VENERABILIBUS FRATRIBUS FOEDAMIO ET VILICO PRESBYTERIS RURICIUS EPISCOPUS.

Quamlibet litteras fraternitatis vestrae per subdiaconem Contemptum non per- 1
ceperim, tamen has ego ac per ipsum ad vos, affectu instigante, direxi, ut et desiderio satisfacerem et scribendi aditum prius prior utpote patefacerem, ne in posterum locus relinqueretur excusationi et res voluntatis diffidentiae et verecundiae esse diceretur.
salutem itaque in Christo domino plurimam dico beatitudini vestrae et spero, ut me, 2
sicut decet ecclesiasticos viros, non labiis sed corde diligatis et de me caritate (sincera malo quam pristina) dicere praesumatis; quia, si illa fuisset vera, permanserat et, si fuisset mutua, mutata non fuerat. a cuius tamen fuerit parte mutata, et con- 3
scientiae nostrae noverint et conscientiarum cognitor sine assertore cognoscit, quem ego testem adhibeo professioni meae, nec de initio simultatis me esse culpabilem nec in corde meo inde quicquid actum est dictumve resedisse, quia scio nobis ab aeterno et vero iudice dictum, quod nisi ex corde dimiserimus fratribus, nobis dimitti non debeat.
habetis itaque sponsionem meam, reddite mihi fidem vestram, quia in epistula mea 4
procul dubio vinculum quod elegeritis habebitis aut caritatis, quod salubriter constringat et custodiat, aut perfidiae, quod culpabiliter innectat et perdat. nec mihi aliquid de iudicio prioris temporis imputetis, quia definitionis meae est in amicitiis servare concordiam et in iudiciis tenere censuram. illud etiam peculiarius gaudeo, quod vos in 5
integram domni et fratris mei familiaritatem redisse cognovi. superest, ut quod illius in bono tribuit gratia, vestra in domino custodiat insequella.

XV.

DOMINAE VENERABILI ET IN CHRISTO DOMINO MAGNIFICANDAE FILIAE CERAUNIAE RURICIUS EPISCOPUS.

Ut pictorem vobis antea non transmitterem, haec res fecit, quia adventu novi 1
iudicis te occupatam esse credidi atque ita deterritam, ut de his rebus cogitare non posses; sed quia deo propitio vos et litteris et relatione vestrorum ex sententia agere ac valere cognovi, salutatione praelata, pictorem, quamlibet hic esset occupatus, cum discipulo destinavi, quia malui meae detrahere necessitati, unde vestrae satisfacerem petitioni. sed quia et propositum vestrum et nostrum poscit officium, his venerationem 2
vestram paucis monere praesumpsi, ut ex opere illius ad agendam paenitentiam et nova novi hominis vestimenta sumenda capias exemplum, quo facilius in te Adam vetustus intereat et vivificator exsurgat; quemadmodum ille parietes variis colorum 3

---

18 Marc. XI, 26.

1 delectorum *G* 2 instingat *G*[1] 7 subsidiaconem *G* contimtum *G* perceperim] *Lütjohann*, perciperem *G* 8 ergo *G* 9 scibendi anditum (*corr.* aditum *G*[1]) *G* 11 plurimũ *G* 13 mallo quã *G*, in alloquio *Canisius* 14 mutua] *Lütjohann*, mutata *G* 16 simulatis *G* 17 inde] *Mommsen*, do *G* 18 demiserimus *G* 24 domni] *G* 25 insequilla *G pro* obsequela 27 magnificand.e *corr.* magnificandę *G*[1] 29 res fecit] *Basnage coni.*, refecit *G* 30 credi *G* 31 possis *G* 32 cum] eum *G* 34 petitionis *G* 37 interea *G*

Digitized by Google

G fucis multimoda arte depingit, ita vos animam vestram, quae est templum dei, diversis virtutum generibus excolatis, ut vere de spiritali domo vestra spiritaliter dicere cum propheta possitis: domine, dilexi decorem domus tuae et locum habitationis
4 gloriae tuae; quia secundum ipsius domini nostri sententiam non in manufactis templis habitat deus nec in tabernaculis viri bene placitum ei, sed bene placitum est
5 ei super timentes se et in eo qui sperat in misericordiam. et ipse iterum nos per prophetam docere dignatur: caelum mihi thronus est, terra autem scabellum pedum meorum: quam mihi sedem aedificabitis aut quis erit locus requietionis meae? nonne haec omnia fecit manus mea? aut super quem alium respiciam nisi super humilem et quietum et trementem sermones meos? et ipse in evangelio dominus clamat: venite ad me, omnes qui laboratis
6 et onerati estis, et ego reficiam vos, et reliqua quae sequuntur. et ideo, in Christo domino carissima soror ac filia, pristinae conversationis ambitione deposita, humilitatem debes cordis induere, misericordiam indigentibus fenerare, castitatem non solum corporis sed animae procurare. quod, adiuvante domino, ut adquirere valeas pariter et custodire, ieiunandum est saepius et semper orandum, quia Adam paradisi et custos delegabatur et colonus, scilicet ut haberet operandi materiam libertas arbitrii et quod orationum obtinuisset industria parcitatis abstinentia custodiret. sed quoniam neglexit sibi servare ieiunium, per concupiscentiam vetitam amisit et vitam et im-
7 mortalitatem. sub Hierobabel muros Hierusalem reversi a captivitate reparabant. cum eis esset contra alienigenas pro eorundem murorum restauratione certamen, operabantur dextra et sinistra pugnabant, scilicet scutum fidei laeva contra adversarios praetendentes et dextra bonorum operum tamquam lapidum compositorum moenia
8 construentes. sed et ipsi viri qui aedificabant cum prophetis suis super lumbos cincti operabantur, quod et dominus in evangelio observare nos praecepit, dicens: sint lumbi vestri praecincti et lucernae vestrae ardentes. praecinctus est lumbis, cuius caro castitati militat et non libidini, et mens illius tamquam ardens
9 lucerna praefulget, quam praeceptis suis Christus accendit. quia haec omnia secundum apostolum in figura nostri facta sunt, scire nos convenit, quod, quamdiu saeculi actibus fuimus occupati, tamquam Babyloniis et regi eorum captivi a Iudaea perducti in hostium regiones servivimus, unde per paenitentiam ad patriam, hoc est ad caelestem Hierusalem matrem omnium fidelium, revertentes, debemus omni virtutum genere reparare collapsa, sarcire discissa, delere praeterita, cavere praesentia, parare ventura, ut per benignitatem domini a pristina peccatorum captivitate distracti, non Babyloniorum regi sed regi caelorum Christo in Hierusalem, quaequae congregatione
10 sanctorum aedificatur civitas, serviamus. et idcirco faciem nostram debemus magis lacrimis rigare quam lavacris, ut dicere cum propheta possimus: quia cinerem sicut panem manducabam et potum meum cum fletu miscebam. debemus corpus nostrum indefessis vigiliis et continuis edomare ieiuniis, ut verum exercentes inter animam carnemque iudicium, non caro dominetur spiritui, sed spiritui caro victa
11 deserviat. cuius rei exemplum nobis dominus, dum per angelum ad Agar Sarrae ancillam loquitur, dedit, quae dominam suam deserere maluerat quam audire, dicens

---

3 Ps. XXV, 8. 4 Act. XVII, 24. 6 Ps. LI, 10. 7 Is. LXVI, 1. 2. 11 Matth. XI, 28. 16 Gen. II, 15. 22 II. Esdr. IV, 17. 25 Luc. XII, 35. 29 I. Cor. X, 6. 37 Ps. CI, 10.

5 templis] *ex Vulg. suppleui, om. G* uiri] *G* 6 sperat] *Mommsen*, sperant *G* ipse] *s. l. G*[1] 17 diligatur *G*[1], delegatur *G*[2] operando *corr.* operandi *G*[1] 20 a captiuitate] *scripsi*, ad captiuitatem *G* 21 restaurationē *G* 22 aduersario pretendentis *G* 28 lucernā praefulgit *G* 29 apostolorum *G* facti *G* 30 babilloniis *G* indea *G* perducti] *Mommsen*, producti *G* 31 regionis *G* 33 discessa *G* praesentias *G* 34 babylloniorum *G* 35 hyerusalem *G* quaequae] *Mommsen*, quaeque *G* congregatiō (*i. e.* congregatione) *G*, congregationi *Canisius*

Digitized by Google

ei: revertere et esto subdita dominae tuae, ut his laboribus omnibus et bonis 12 *G*
operibus dedita possis esse et conversatione perfecta et confessione devota et in
regno patris tui, illius de quo dominus in evangelio dicit: nolite vobis vocare
patrem super terram, unus enim est pater vester, secundum nomen tuum in
5 illa beatorum turba vera splendere Ceraunia et vocabuli tui auctor existere: de quo 13
splendore operum dominus dicit: sic luceat lux vestra coram hominibus, ut
videant opera vestra bona et magnificent non vos sed patrem vestrum,
qui in caelis est, cuius est et ut detur et omne quod datur, quia iuxta apostolum:
omne datum bonum a sursum de patre luminum descendit, a quo et voluntas
10 tribuitur et praestatur effectus; quia paenitentia non nomine tantum obtinenda, sed
actu est exsequenda. paenitentia non est nomen otiosum, quae ex qualitate operis 14
possidet laboriosa vocabulum. non enim potest paenitens dici qui paenitenda com-
mittit, sed ille qui praeterita peccata vel maculas humilitate cordis, subiectione corporis,
bonorum operum sedulitate, assiduitate orationum, continuatione gemituum, pectoris
15 contusione, lacrimarum profusione detergit, ut possit dicere cum propheta: ne 15
memineris iniquitates nostras antiquas, utique non cottidianas; et illud:
laboravi in gemitu meo, lavabo per singulas noctes lectum meum,
lacrimis meis stratum meum rigabo; et iterum: rugiebam a gemitu cordis
mei; et iterum: quoniam iniquitates meas ego pronuntio et cogitabo pro
20 peccato meo. sint ideo hic crimina nostra ante nos, ut contra nos in die iudicii 16
esse non possint et illud etiam hic positi cum fiducia dicere mereamur: delictum
meum ego cognosco et iniustitias meas non operui. dixi: pronuntiabo
adversus me et iniustitias meas domino, et tu remisisti impietatem
cordis mei. certum est, quod in quantum tibi de priori conversatione displicueris, 17
25 in tantum domino placebis, et in quantum tibi placueris, illi sine dubio displicebis,
qui dicit, quoniam dissipat ossa hominum sibi placentium. et ideo tamquam severissimi 18
censores culpas nostras in nos ipsi districtius vindicemus, ipsi nobis per diversos
corporis cruciatus quodam modo tortores existamus et iudices, ut in illo iustae exami-
nationis tempore non habeat in nos regis sententia, quod damnet, quos iam hic
30 castigatioris vitae disciplina correxerit, quia iustus et misericors iudex bis non iudicat 19
in id ipsum, hoc est, ei se exhibebit mitem, quem invenerit hic esse prae peccatorum
satisfactione crudelem; illi benignum, quem in hac vita sibi recognoverit fuisse di-
strictum, secundum illud evangelicum: qui perdiderit animam propter me,
inveniet eam; vel illud: beati qui nunc lugetis, quia ridebitis. breve est 20
35 enim omne quod in hoc mundo agitur sive bonum sive malum, sicut experimentis,
ut dominus aut permisit aut voluit, iam probasti. et idcirco ad sustinendas pro dei
amore pressuras constantes esse debemus, quia si ad vesperum demorabitur fletus,
et ad matutinum laetitia subsequetur. itaque nunc seramus in lacrimis, quod
tunc metamus in gaudiis. haec pauca ad confortandam fidem vestram pro exhortationis 21
40 solacio dicta sufficiunt, quae licet ipse non faciam, tamen ut et vos agatis exhortor.

---

1 Gen. XVI, 9. 3 Matth. XXIII, 9. 6 Matth. V, 16. 9 Iac. I, 17. 15 Ps. LXXVIII, 8. 17 Ps. VI, 7. 18 Ps. XXXVII, 9. 19 Ps. XXXVII, 19. 21 Ps. XXXI, 5. 26 Ps. CXL, 7. 33 Matth. X, 39. 34 Luc. VI, 21. 37 Ps. XXIX, 6. 38 Ps. CXXV, 5.

1 reuere *G* ut his] *Canisius*, et his *G* 4 nomen] *scil.* κεραυνία 5 tuba *G* de] *om.* *G* 7 non] uos *corr.* nos *G* 8 et *ante* ut *s. l.* G^1 9 a sursum] desursum *Vulg.* discendit *G* 12 paenitentia G^1, paenitenda G^2 15 detergit] *coni. Canisius*, detegit *G*, *cf. supra p. 314, l. 39* 20 ut] et *G*, *cf. supra p. 322, l. 37* 21 fiduciā *G* 24 cordis] peccati *Vulg.* conuersationis *G* 25 ille *corr.* illi G^1 28 cruciatos *G* quodamodo *G* ut] *Lütjohann*, et *G* 29 regi *G* 33 euangelium *G* 35 exiperimentis *corr.* experimentis *G* 38 subsequetur] *scripsi*, subsequitur *G* 39 metemus *Vulg.*, *cf. infra p. 327, l. 28* 40 et] *G* exhortator *G*

Digitized by Google

G scio enim, exhortationi positam esse mercedem, quia legimus: flere cum flentibus, et ne forte tu in iudicio diceres: quaesivi qui simul mecum contristaretur
22 et non fuit, et consolantes me et non inveni. perfectiora vero atque maiora in scripturis divinis, unde ista decerpta sunt, instrumenta perquire, si vis aut coepta perficere aut ad pollicita pervenire. dabit tibi taliter quaerenti dominus scientiam
23 pariter et virtutem, ut et lecta intellegas et intellecta custodias. nam pater orphanorum et arbiter viduarum cum te de se tantum sperare conspexerit, et pupillis tuis tribuet paterna pietate praesidium et te remuneratione iudicis perducet ad praemium.

XVI.

DOMINO SANCTO ET APOSTOLICO AC MIHI PRAE CETERIS IN CHRISTO DOMINO CULTU AFFECTUQUE PECULIARIUS EXCOLENDO PATRONO ET PAPAE AEONIO EPISCOPO RURICIUS EPISCOPUS.

1 Ante paucum tempus litteras vestrae sanctitatis accepi, quibus etiam de inofficiositate tanti habuistis affectuosius commonere, dicentes: nihil caritate prae-
2 stantius. quod ego valde verum esse confirmo et secundum apostolum illam caritatem dico esse perfectam et sublimem, quae de corde puro et conscientia bona et fide non ficta procedit, quae iuxta eundem apostolum patiens est, benigna est, quae non inflatur, non aemulatur, non quaerit quae sua sunt, non gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati, omnia
3 credit, omnia sperat, et inde est, quod numquam cadit. patiens est, quia contra temptationes saeculi vel procellas in deum defixa perstat immobilis. benigna est, quia proximorum profectibus delectatur. non inflatur, quia non superbit humili. non aemulatur, quia invidere nescit aequali. non quaerit quae sua sunt, dum iuxta domini sententiam sibi etiam minimos anteponit et aliorum commoda suis
4 mercatur incommodis. non gaudet super iniquitate, quia laetari nisi fratrum prosperitate non novit. congaudet autem veritati, quia amicum sincera non fucata dilectione veneratur nec falsa adulatione subsannat, sed vero honore concelebrat. omnia credit, quia in mandatis divinis promissisque confidit. et ideo omnia sperat, quia pro minimis magna, pro caducis perpetua, pro temporalibus aeterna sibi retri-
5 buenda non ambigit. numquam cadit, quia humilitas habere non potest casum, cum habeat semper ascensum, et cum iugiter excelsa meditetur, habitare tamen in sublimibus non praesumit. cum conversatio eius habeatur in caelis, ipsa tamen videtur adhaerere terrenis, excelsa opere, mente deiecta, habens unde glorietur in domino
6 nec tamen extollatur in saeculo. haec, quia iussisti, scribere non pro eruditione nostra sed pro vestra dignatione praesumpsi. vestrum vero est nos edocere verbis et ad hanc eandem caritatem provocare semper exemplis, quia dilectio, quae ante cognitionem mutua inter absentes epistulario inchoata sermone semper et fota est, debeat augeri corporali visione non minui et crescere intuitu, quae coepit affatu.

---

1 Rom. XII, 15. 2 Ps. LXVIII, 21. 6 Ps. LXVII, 6. 16 I. Tim. I, 5. 17 I. Cor. XIII, 4—8. 24 Matth. XXV, 40.

1 qui *G* 2 diceris *G* 4 discerpta *G* 6 licta *G* 7 tribuit *G* 8 perducit *G* 13 quilius *G* 17 fide] ficte *corr.* fide G^1 19 iniquitatē *G* 20 cadit] *infra l. 30,* cadet *G,* excidit *Vulg.* 21 praestat *G* 27 fugata *G* subsanat *G* 36 eandem] n *s. l.* G^1 exem. *G* 38 debeant *G*

Digitized by Google

XVII. *G*

DOMINO SUBLIMI SEMPERQUE MAGNIFICO FRATRI TAURENTIO RURICIUS EPISCOPUS.

Exigit solliciti cordis affectus, ut imperitioris promatur affatus, nec erubescit 1
rusticitatis opprobrium, dummodo impleat caritatis imperium, sicut sanctus apostolus
dicit: perfecta caritas foras mittit timorem; quia longe melius est proximum
diligere sincere quam praedicare perfecte. siquidem multo plures inveniuntur in mundo 2
eloquentiae lepore praediti quam dilectionis vigore perfecti, quia, sicut quod bonum
est rarum est, ita arduum quod aeternum. proclivis namque iuxta domini sententiam
et trita via est quae praecipitat in gehennam; artior vero et difficilior quae sublimat
ad gloriam, qua enisi quia ...., illa multi gradiuntur, hac pauci. et ideo, imminente iam 3
praesentis aevi termino et senii die usquequaque vicino, sicut nos etiam docet caesaries
detonsa, vel convenit, ne in veteribus annis iuvenalia facta meditemur atque in con-
fecto corpore et corde decrepito adulescentiae regnet cupido, de qua iudicii tempore
in illo tremendo aeternae dispensationis examine, (quando ille omnium mortalium
testis et iudex non solum merita ponderaturus et facta, verum etiam verba est
discussurus et vota, iuxta pollicitationem suam aliis de aquae frigidae praebitione
daturus est praemium, aliis de otiosi verbi levitate supplicium), reos nos etsi non de
perpetrati facinoris voluptate, saltim de concupiscentiae voluntate constituat; quia qui
viderit mulierem ad concupiscendum, iam moechatus est eam in corde
suo. quod et de rebus omnibus aliis similiter observare nos convenit, ut sine ullis 4
appetentiae partibus imbecillis huius corporis, amputatis talibus membris, sic debiles
et tamen integri potius introeamus in regnum, quam salvi et tamen perditi in aeternum
proiciamur incendium. his omnibus salubriter pertractatis et rite perspectis, dum 5
tribuuntur indutiae, declinemus a malo et bonum incessanter operemur, obliviscamur
praeterita, contemnamus praesentia, futura cupiamus, obliviscamur in factis, recordemur
in conscientiis, ut omne peccatum nobis moriatur in vita, vivat in paenitentia: nunc
seminemus in fletu, quod postmodum metamus in gaudio; quia tempus huius vitae
tempus est operis, dies vero retributionis tempus est messis, quando sine dubio hoc
unicuique apparebit in germine, quod nunc spargit in semine. sicut ait quidam
sanctorum: respondebit mihi cras iustitia mea, cras utique diem resurrectionis
appellans. haec nos, frater optime, non pontificali auctoritate sed fraterna pietate 6
fidenter scribere unanimitati vestrae, caritate dictante, praesumpsimus, quibus vobis
vel circa vos non dictatoris ingenium sed germani probaremus affectum. salutem 7
itaque dicens, rogo, sicut promittere dignati estis, librum nobis sancti Augustini de
civitate dei per portitorem harum sine dilatione mittatis, cuius dum nos lectione
aedificatis in terris, vobis eiusdem civitatis habitacula praeparetis in caelis, ad quam
tamen aliter pervenire non possumus, nisi caritatis gradibus conscendamus; quia ipsa est
eminentior via, quae nos et in hac positos .... sociat deo et deposita perducit ad deum.
de qua etiam propheta testatur: ambulabant de virtute in virtutem; videbitur

---

6 I. Ioann. IV, 18. 9 Matth. VII, 13. 14. 17 Matth. X, 42. 18 Matth. XII, 36. 19 Matth. V, 28. 25 Gal. VI, 10. 28 Ps. CXXV, 5. 31 Gen. XXX, 33. 39 I. Cor. XII, 30. 40 Ps. LXXXIII, 8.

2 Taurencio *G*: *Taurentius ep. VIII, supra p. 272, ad Ruricium miserat* 6 es *G* 7 sincerae *G* perfectae *G* 9 quo *G* 11 qua enisi] *Mommsen*, quae nisi *G*, quae causa nisi *Canisius* ulla *G* laborant *suppl. Mommsen* 12 •ęui, *ras.* s *G* 18 uel detonsae *coni. Mommsen* 15 mortalis *G* 18 ocioso (ociosi G^2) uerbo *G* 19 perpetratis G^1 21 omnibus] *in litura* G^1 alii *G* sine ullis] *Mommsen*, singulis *G* 23 et] ut *G* quasi *G* 32 hac *G* optimae *G* 34 salute *G* 35 augustini] *cf. supra p. 272, l. 33* 39 eminenter *G*, *cf. infra p. 334, l. 34* positos] *versu excunte G*: uita *suppl. Lütjohann*

Digitized by Google

G S deus deorum in Sion. quam ob rem hic collyrio bonorum operum oculos cordis acuamus, ut illic deum videre possimus, quia secundum evangelium beati mundo corde, quoniam videbunt. ac perinde oportet hic interioris hominis praeparetur intuitus, ut illic non hebetentur obtutus.

XVIII.

DOMINO SANCTO AC BEATISSIMO ET MIHI PECULIARI CULTU AFFECTUQUE SPECIALITER EXCOLENDO PATRONO SEDATO EPISCOPO RURICIUS EPISCOPUS.

1 Culpatis me saepius et crebrius imputatis, quod individuae mihi in Christo domino beatitudini vestrae hucusque non scripserim. utinam sic esset facultas faciendi,
2 sicut est scribendi voluntas, ut caritas, quae corde concipitur, ore promeretur. sed ubi deest effatus, siletur affectus et intra latebras pectoris contenta est sui conscientia, se non esse in dilectione culpabilem, etsi in officiorum redhibitione se non cernit aequalem; quia confidit, quod, sicut ipsa amorem fratris in se sui coniectione persentit, ita et diligens frater eum similiter possit ex sua dilectione cognoscere, quia nulla re melius aliorum cordium secreta quam arcanorum nostrorum contemplatione metimur.
3 tantum enim nos ab alio diligi credimus, quanta eum nos caritate diligimus. parui itaque petitioni vestrae, parui iussioni, ut qualibuscumque sermonibus contexta vobis
4 scripta transmitterem. quae vos, si nos simpliciter, ut confido, diligitis, aut confestim delebitis, ne quod vobis cordi est aliis incipiat esse despectui, quia non aequali iudicio amor audit et odium; aut certe vobis tantum relegenda servabitis, ut, quoties in vobis videndi nos caritatis ignis exarsit, desiderium vestrum eorum colloquio temperetis. quin etiam, ut amoris nostri circa vos sinceritatem plenius nosceretis, ... iniuriam inferre praesumpsimus, quia certi sumus, quod non tam diserta cupiunt audire quam
5 fortia, non tantum voluptuosa quam vera. quapropter credimus, quod pietati vestrae nec longitudo paginae nostrae afferat satietatem nec rusticus sermo fastidium, scientes, quod quanto nos amplius ruminaveritis, tanto esuriatis ardentius.

XIX.

SANCTO RURICIUS CLIENS PATRONO SEDATO MONITIS PARENS PATERNIS GRATES CONCINIT ET REFERT SALUTEM.

quem blandis precibus rogat timendo,
ne fors displiceat levis camena,
tanti iudicio minor magistri.
hos tu luminibus libens recurre,
hos sanctis manibus frequens revolve,
hos tu dum relegis, mei memento.

---

2 Matth. V, 8.

1 syon *G* 3 quoniam] ipsi deum *add. Vulg.* 4 hebetentur] *Canisius*, habitentur *G* 6 peculiare *G* 7 patrono] *scripsi, cf. infra II, 34. 35*, papae *G* sedat' eps *G* 11 promeretur] *Mommsen*, promitur *G* 14 persentit ita] *Lütjohann*, per sententia *G*, persentiat ita *Canisius* 20 est] es *G* dispectui *G* 23 *supplens* auribus nostris, *ut supra p. 305, l. 13* 24 certi sumus] *Canisius*, certissimus *G* deserta *G* 25 tantum] *G* XIX, v. 4 ragat *G* v. 5 camina *G* v. 7. 8. 9 hos] *Lütjohann*, hoc *G* v. 8 sca *G* v. 9 relegis] *in ras. G*[1] memēro *G*

Digitized by Google

me semper recolat canatque lingua G
et mens me teneat, sopor retentet,
me semper recinat tuum labellum.
hos tu visceribus piis reconde,
hos tecto residens viamque carpens,
hos inter calices toro recumbens
et parcas epulas cibosque dulces,
antro pectoris et medulla cordis
inclusos recita, canente mente.
sic nos et mutuos videre vultus
et vivis tribuat referre verbis,
quae nunc intima pectoris fatigant,
largitor deus omnium bonorum,
Christus cum patre sempiterno regnans,
sancto spiritui dignantes hymnos.

XX.

DOMINO INDIVIDUO SEMPERQUE MAGNIFICO FILIO RUSTICO RURICIUS EPISCOPUS.

Inquietudinem mihi ab aliis et vobis a me facit amicitia communis, quia qui me 1
apud vos, non dico multum, sed omnia posse confidunt, ad ecclesiolam nostram pro
sua securitate confugiunt. quorum ego non possum non et condolere gemitibus et
precibus obaedire, ut pro ipsorum quidem reatu sed et pro vestro pariter profectu
potestati vestrae attentius supplicem. nec mireris, quod dixi, illorum reatum ad 2
vestrum pertinere profectum, siquidem illorum indulgentia vestra fit venia, sicut et
inopum indigentia largientum esse noscitur copia. hoc enim nobis retribuetur in
iudicio, quod praestiterimus in saeculo, dicente ipso domino: dimittite et dimittetur
vobis, date et dabitur vobis; et iterum: si dimiseritis hominibus, et pater
vester dimittet vobis peccata vestra. unde evidenter agnoscimus, deum nostrum 3
sententiam suam in nostra posuisse censura, qui precum nostrarum misericors et iustus
auditor potestati suae de nostra lenitate praescripsit, ut in eos quodam modo non
haberet ius severitatis, quos hic avidos non perspexerit ultionis; quia quod ipse est,
hoc et nos esse desiderat. misericors est, misericordes quaerit, dicens: estote per- 4
fecti, sicut et pater vester perfectus est. cotidie veniam peccantibus et
supplicantibus tribuit; ideo et indulgentiam a peccatoribus poscit. unde et oratione 5
dominica ipsius dicimus doctrina: dimitte nobis debita nostra, sicut et nos
dimittimus debitoribus nostris. quibus verbis durissimis nos vinculis inligamus,
nisi quod pollicemur implemus, quia et per prophetam sic dicit: homo homini tenet
iram et a domino quaerit medellam? quapropter pro Baxone, qui ad ecclesiam 6
Usercа confugit, intercessor accedo, sperans, ut primum pro dei timore, deinde pro
nostra intercessione ipsi parcere digneris. cuius absolutione et in nobis tollere con-
fusionem et vobis potestis comparare mercedem.

---

11 Luc. VI, 37. 38. 12 Matth. VI, 14. 17 Matth. V, 48. 20 Matth. VI, 12. 22 Eccli. XXVIII, 3.

v. 12 labellum] *Basnage*, bellum *G*, libellum *Canisius* v. 18 canto *G* v. 19 uultos *G* v. 22 largior *G* v. 24 hymnos] finiunt uersus *add. G* 4 ab G^1, ab G^2 ammicitiae *G* 11 et dimittetur] dimittitur *G* 13 dimittit *G* 14 nostrā *G* 16 auidus G^1 prespexerit *G* 19 peccatorum *corr.* a peccatoribus G^1 21 inlegamur *G* 23 ira *G*

Digitized by Google

XXI.

G

RURICIUS EPISCOPUS CAPILLUTO FILIO SALUTEM.

1 Ingrata mihi est frequentior aegritudo vestra, quae mihi etiam videtur commonitio esse divina, qua mavult dominus noster pro sua pietate largissima peccatores castigare quam perdere, ut quos annorum suorum aetas longaeva non convincit, vel convincat infirmitas, ut deponant saeculi byrrum et sumant ecclesiae vestimentum, quod est cilicium, contritionis indicium; quia cor contritum et humiliatum deus
2 non spernit. ille enim vadit ad caelum, qui se collidit ad solum; quia qui se exaltat humiliabitur et qui se humiliat exaltabitur. unde et dicit paenitens ille perfectus: adhaesit pavimento anima mea, domine, vivifica me secundum
3 verbum tuum. quid est secundum verbum tuum nisi secundum promissionem tuam? quod qui coram te peccata sua deflerit compunctus in mundo, tu eum perducis in regnum, ubi possit deinceps cantare securus: audivit dominus et misertus est mihi: dominus factus est adiutor meus. convertisti planctum meum in gaudium mihi: conscidisti saccum meum et praecinxisti me laetitia.
4 unde suadeo pietati vestrae, ut quod cogitastis celerius, deo adiuvante, faciatis, quia mors non tardat, ipso domino dicente: ne tarderis converti ad deum nec differas de die in diem. subito enim veniet ira eius et in tempore vindictae
5 disperdet te. ideoque, dum tempus habemus, convertamur ad dominum, ut non cum hoc mundo damnemur, quia sine dubio illi misericors deus suum praestat auxilium, quem circa praecepta sua cernit attentum.

XXII.

RURICIUS EPISCOPUS EUFRASIO EPISCOPO.

1 Gratias ago sincerissimae in Christo domino germanitati vestrae, quod, perlato taedio ad vos nostro, confestim nos litteris vestris visitare tanti habuistis, qui dum infirmitatis nostrae sollicitudinem geritis, sanitatem vestri pectoris approbatis; quia, sicut ipsi melius nostis, finis praecepti est caritas de corde puro et conscientia bona et fide non ficta, et qui visitat infirmum in dilectione firmatur.
2 unde peculiarius spero, ut quem requiritis affatibus, orationibus adiuvetis. redeuntibus itaque gerulis litterarum reddo mutuum sospitationis officium et, sicut ad vos rumor pervenit, sufficienter me secundum miserationem divinam, non secundum merita mea tribulatum esse significo; quia ipse qui cibat lacrimis in mensura castigationi iuxta pietatem suam pro imbecillitate nostra modum statuit, ne infirmitas nostra in manus
3 suae correptione deficeret. ideoque propitia miseratione sua iam commodiorem esse me nuntio. consolationem vobis vestri maeroris, pagina deferente, transmittens, ut qui estis laboribus nostris pro caritate compatientes, sitis laetitiae in dei nomine de recepta incolumitate participes, ipsius lectione dispono. ora pro me.

---

7 Ps. L, 19. 8 Matth. XXIII, 12. 10 Ps. CXVIII, 25. 13 Ps. XXIX, 11. 12. 17 Eccli. V, 8. 18 Eccli. V, 10. 27 I. Tim. I, 5. 28 Eccli. VII, 39. 32 Ps. LXXIX, 6.

3 frequentiosa egritudo *G* commotio *G* 4 diui... G^1, diuina G^2 qua mauult] *Canisius*, quā uult *G* 5 conuincit] *coni. Canisius*, conuenit *G* 6 byrrum] *G*, byssum *Canisius* 13 regnum] *scripsi*, regno 14 mihi] mei *Vulg.* 19 disperdit *G* 22 XXII] *ad Ruricium Eufrasius epistulam nr. XI, supra p. 273, miserat* 30 itaque] *s. l.* G^1 gerulis] *e corr.* regulis G^1 rumor] *extr. r s. l.* G^1 32 in mensura] *scripsi*, inmine (inminente G^2) mensuram *G*, in minima mensura *Canisius:* cibabis nos pane lacrimarum et potum dabis nobis in lacrimis in mensura? *Vulg.* 34 defecerit *G* 35 uobis] *Canisius*, urbis *G*

Digitized by Google

XXIII.

DOMINO DEVINCTISSIMO SEMPERQUE MAGNIFICO VERO RURICIUS EPISCOPUS. G

Relectis litteris pietatis vestrae, gratias deo egi, quod vos prius revaluisse 1
quam infirmatos esse earum relatione cognovi. quod vobis tam frequenter accidere
propitio potius deo quam offenso confido, quia quem diligit dominus corripit,
castigat autem omnem filium quem recipit. in divinam itaque vos disciplinam 2
susceptos sedula admonitio et mitis ostendit, quia paterna clementia mavult per
multimoda incommoda neglegentem corrigere filium quam punire peccantem, mavult
nutantem ac dubium ad servitium suum habenis piae moderationis attrahere quam
errabundum et per saeculi praecipitia lapsantem acriore verbere cohercere. ipse est 3
enim indulgentissimus paterfamilias, qui animam suam ponit pro ovibus suis. ipse
est bonus pastor, qui ovem perditam ad caulas dominicas mavult propriis umeris
reportare sollicitus quam stimulis urgentibus revocare destrictus. ipse est pater pius, 4
qui male prodigo filio et praeceptae substantiae decoctori ad se vel sero redeunti non
solum crimina anteriora non imputat, verum etiam praemia amissa multiplicat, dum
ulnis fovet, osculis permulcet, muneribus ditat, doctrina confirmat, non tantum ad eius
indignatus abscessum, quantum laetatus ad reditum. ipse enim omnium horum 5
nominum in se effectus affectusque suscepit, ut, sicut dicit apostolus, multifarie multis-
que modis nos erudiret verbis, instrueret disciplinis, provocaret beneficiis, informaret
exemplis, reconciliaret prece, redimeret passione, vivificaret morte, immortalitate
donaret, iustificaret resurrectione, ascensione portaret et reconciliatos per sanguinem
suum in eam a qua excideramus patris gratiam reformaret. ipse enim est apud 6
patrem propitiatio nostra, sine cessatione suggerens pietati suae: pater, non
solum pro his rogo, sed pro his qui credituri sunt in me per verbum
illorum. pater, volo, ut, ubi ego sum, et ipsi sint mecum. pater, ignosce
illis, nesciunt enim quid faciunt. ipse nobis cotidie per apostolum suum 7
clamat: nolite diligere mundum neque ea quae in mundo sunt; qui enim
diligit mundum, non est caritas patris in eo; quia omne quod in mundo
est concupiscentia carnis et concupiscentia oculorum et superbia vitae
humanae, quae non est de patre, sed de mundo est. et mundus transit
et concupiscentia eius; qui autem fecerit voluntatem dei, manet in
aeternum, sicut et deus manet in aeternum. ipse in evangelio blanditiis invitat, 8
muneribus provocat, adhortatione sollicitat, dicens: venite ad me, omnes qui
laboratis et onerati estis et reliqua, ut quasi iugum .... salutaribus subdentes colla
praeceptis salutari suo currui subiugemus. et ideo deliberemus revocantem sequi, audire
clamantem, blandientem modo non spernere, ne sentiamus postmodum iudicantem.
quo iudicio, sicut ipse in evangelio praemonere et docere dignatus est, cum in 9

---

6 Prov. III, 12. 7 Hebr. XII, 6. 13 Luc. XV, 5. 17 Luc. XV, 20. 19 Hebr. I, 1. 23 I. Ioann. II, 2. 24 Ioann. XVII, 20. 26 Ioann. XVII, 24. Luc. XXIII, 34. 28 I. Ioann. II, 15—17. 34 Matth. XI, 28. 38 Matth. XIX, 28.

2 deuictissimo *G* 4 relictis *G*, *item infra II, 32* 5 accedere *G* 7 recepit *G* diuinam — disciplinam] *Lütjohann*, diuina — disciplina *G* 8 manult] ma *s. l.* G^1 10 habens *G* quam] *versu exeunte om. G, suppl. Basnage* 14 destrictus] *Lütjohann*, districtos *G* 15 male prodigo] *Ganinius*, male pro G^1, malo G^2 praeceptae] G^1, perceptae G^2, *cf. supra p. 300, l. 38* 16 uerucrum *G* 23 excederamus *G* 34 adoratione G^1, adortatione G^2 35 honerati *G* *suppleas* nobis suae lenitatis imponat, ut *ex epistula II, 32* 36 curui *G*, causa humilitatis et miseriae *e regione huius versus in mg. add.* G^2: *cf. infra p. 335, l. 25* subiugemus] *Mommsen*, subiungemus G^1, subiungimus G^2 ideo deliberemus] *Mommsen*, ideo (au *s. l.* G^2) deremus *G*

Digitized by Google

G maiestatis suae sede consederit, quando non solum merita ponderaturus et facta, verum etiam verba est discussurus et vota, quem hic nunc viderit salutaria sua praecepta neglegere et admonitiones suas saluberrimas superba mente contemnere, non solum cum stultis a ianua regni caelestis excludet, verum etiam partem ipsius cum infidelibus deputabit, ut cum quibus habet in saeculo societatem, cum hisdem in aeternum habeat portionem.

XXIV.

FILIO CONSTANTIO RURICIUS EPISCOPUS.

1 Quamlibet Baccho, symphoniis et diversis musicis nec non etiam et puellarum choris te deditum esse cognoverim, tamen quia bonum est ab his, dum pervalde fervet adulescentia, aliquoties respirare et magis domino vacare quam Libero, parentibus quoque operam dare quam cantibus, moneo, ut crastino, quod erit quarta feria, Brivae, temporius tamen, quod te facturum minime credo, mihi ieiunus occurras.

XXV.

EIUSDEM ALIA.

1 Aliud mihi deo teste promiseras, quod ipsum deberes colere non Ianum, cuius criminis etiam me vis esse consortem, ut ego ad hunc errorem colendum delicias subministrem et oleum incendio superfundam. quod neutro nostrum noveris expedire. 2 sed dicis fortasse: pollicitus es; quo ore a me promissa perquiris, cum tu sacramenta violaveris? unde dabis veniam meae promissioni, quamdiu te huic servire cognovero passioni, ne confirmare videamur factum, cuius reprehendimus pactum, et simus scandalo, cui esse debemus exemplo.

XXVI.

RURICIUS APOLLINARI SUO SALUTEM.

1 Quia nostri curam semper gerere pro mutua caritate dignamini, indico sollicitae pietati et piae sollicitudini vestrae, nos non parvum quidem, sed deo propitio voluptuosum a vobis reversum sumpsisse negotium, quod nobis plurimum prodesse posset, si 2 aut intentionem intellectus aut intellectum sequeretur ingenium. sine causa enim solis ortum caecus exspectat. ille quidem videntibus semper exoritur, non cernentibus 3 vero iubar ipsius quasi nubibus semper operitur. Sollium enim nostrum domnum patremque communem, quem transcribendum sublimitati vestrae dedisse me dixeram, legendum recepi. cuius lectio sicut mihi antiquum restaurat affectum, ita prae obscuritate dictorum non accendit ingenium, quamlibet ipsum post tam longi temporis spatium caritatis igniculum scintillis suis inter oblivionis favillas utcumque relucentem

---

4 Matth. XXV, 10.

1 consederit] *scripsi*, consederet *G*: sederit *Vulg.* merito *G* 4 excludit *G* 5 deputauit *G* 8 constancio *G* 9 bacho *G* 10 perde (?) || de G^1, pernaldo G^2 11 respirari *G* uagare *G* 12 at (?) G^1, ut G^2 16 deberis *G* ianuum *G*: *cf. concil. Tur. a. 567, c. 22:* cognovimus, nonnullos inveniri sequipedas erroris antiqui, qui kalendas Ianuarii colunt, cum Ianus homo gentilis fuerit, rex quidem, sed deus esse non potuit 18 neutro] *G* 20 uenia *G* 22 cui] *scripsi*, cuius *G*, quibus *coni. Conisius* 26 pia *G* 27 reuersu . s umsisse G^1, reuersū sumsisse G^2 possit *G* 30 iubari *G* domnum] *G* 34 caritati signiculum G^1, *cf. supra p. 299, l. 13*

Digitized by Google

nonnumquam et suspiriosis flatibus excitemus et interdum dulcibus nobis fletibus *G*
irrigemus. quo tamen ille imbre perfusus quanto magis inficitur, tanto magis incenditur, 4
quia per lacrimarum copiam desideriorum atque affectuum crescit flamma, non deficit.
hunc ergo, si dominus piae definitioni vestrae tribuetur fautor, effectum vobis prae- 5
5 sentibus percensere festino et effici discipulus de magistro, quia non me pudet etiam
in hac aetate nec piget discipuli arripere industriam, dummodo affectatae artis con-
sequar disciplinam. prius enim quilibet debet discere quam docere, quia praepropere 6
doctoris usurpat supercilium, nisi discipuli susceperit ante famulatum. quid enim 7
iustius, quam ut ipse sis paterni interpres eloquii, qui universa quae ille conscripsit
10 non tam de codicis membrana quam de cordis potes pagina proferre? cuius vos esse 8
filios, non solum generositate prosapiae, verum etiam et eloquentiae flore et omni
virtutum genere comprobatis, quae bona vobis non tam doctrina contulit quam natura:
quia rivus de fonte prorumpens licet fluendo proficiat et plenitudinem currendo con-
quirat, auctori tamen unde sumit vocabulum debet et meritum. quem si divina 9
15 clementia usque ad hoc tempus superesse voluisset, sicut iam tum de vestra imitatione
laetabatur, ita nunc de perfectione gauderet, cum spem ad rem cerneret pervenisse,
nec sibi invideret aequalem, quem optaverat esse meliorem.

XXVII.

ITEM EIUSDEM ALIA.

20 Quamlibet per diaconem Iustum non meruerim litteras benigni pectoris et 1
facundi oris accipere, quibus et erudiretur ingenium et desiderium pasceretur, ego
tamen, qui malo affectuosus rusticus quam urbanus impius iudicari, scribendi oppor-
tunitatem mihi perire non passus sum; utpote qui mihi nolim, non dicam occasionem
scribendi, sed nec videndi vos unius saltim horae spatium deperire. ideoque salve 2
25 plurimum dico et rogo, ut sine communi detrimento et utriusque ... compendio nos
semper, opportunitate porrecta, litteris vestris inlustrare dignemini, quia quod nobis
in affectu impenditis non expenditis, quod tribuitis non amittitis et quod nobis in
charta transmittitis vobiscum corde retinetis.

XXVIII.

30 RURICIUS OMMATIO SUO SALUTEM.

Sic a pietate vestra discessi, quod a vobis penitus non recessi; in eadem vos 1
parte hominis interioris exhibui, in qua vobis remansi. scio, quia ibidem remansi,
unde me nec insidiator antiquus potuit neque recens consiliator excludere. unde 2
etiam sententia illius vos sapientissimi Salomonis admoneo, fili, ne derelinquas
35 amicum antiquum, novus enim non erit similis illi. vinum novum
amicus novus; veterescat, et cum suavitate bibes illud. et ideo nos vetere-
scamus in amicitiis et de die in diem affectibus innovemur. quod si amicus relin- 3
quendus non est, quanto magis pater, qui erudiit, qui nutrivit, qui, adiuvante domino,

---

34 Eccli. IX, 14. 15.

2 illo] G^1, illo G^2 3 defecit *G* 5 putet *G* 7 praepropere] *Canisius*, praeponere *G* 10 de cordis potest G^1 nos *G* 22 iudicari] G^2, indicari G^1 23 passus sum] passum *G* nolim] *Lütjohann*, in olli *G*, nollem *Canisius* 24 uidendi uos sed nec scribendi *coni. Mommsen* orae *G* salue *G* 25 de || rimento *G* *suppleas* cum 26 dignamini *G* 30 ommacio *G* 31 sic a] sic *G* 34 solomonis *G* filii *G* 36 neteriscat *G*, neterascet *Vulg.* bibis *G*

Digitized by Google

G ad sacerdotium usque perduxit, cui fortasse etiam iuxta divinam misericordiam lucis
4 istius debetur usura. sed haec ego beatitudini tuae scribo, non quasi aliquid imputans aut exprobrans, sed ut filio carissimo, quem sine ullo naevo cupio in hoc mundo impietatis incedere et purum atque immaculatum in illo die iudicii coram deo et
5 angelis eius ac congregatione carnis totius apparere. saluto itaque unanimitatem tuam et rogo, ut pro me orare digneris simulque, cum opportunum vobis fuerit, nos tanti habeatis visitare. vale.

XXIX.

RURICIUS EUFRASIO SUO SALUTEM.

1 Minor, sanctitatem vestram post tantorum et talium virorum iudicia potius quam rescripta etiam inscitiae meae quaesisse sententiam, quod vos magis pro necessitudine quam necessitate fecisse conicio, ne cuius tanti habetis praecipuum in animo tenere
2 cultum, videremini in negotio praetermisisse consensum. unde gratias ago individuae mihi in Christo germanitati vestrae, quod ita de nobis praesumere et iudicare dignamini, ut nihil habeamus aut in caritatis simplicitate subdolum aut in veritatis
3 puritate fucatum. reddo itaque debitum unanimitatis officium et de causa qua mihi scribere dignati estis idem me quod et fratres nostros sentire significo. sed quid facto opus sit vel quid mihi potissimum fieri debere videatur, per diaconem vestrum verbo fideliter intimavi, quae longum fuit litteris indicari. ora pro me.

XXX.

RURICIUS HERACLIANO SUO SALUTEM.

1 Qui se reum de officio esse cognoscit, prius supplicare debet quam audeat salutare, quia sicut importune occurritur imputanti, ita opportune remittitur confitenti.
2 et ideo nos nostram in palam producimus noxam, ut facilius pervenire possimus ad veniam, quia non relinquitur locus imputanti, cum aditus patuerit deploranti, secundum illam sententiam: dic tu prior iniquitates tuas, ut iustificeris. non enim praevalebit accusantis invidia, ubi humilitas praecesserit supplicantis. quam ob rem nos, si iam
3 excusando diluimus culpam, veniamus ad causam. salutem ergo tantam dicimus pietati vestrae, quantam potest affectus intellegere et non potest sermo proferre, quantam sentire possumus et non valemus exponere, quantam potest interioris
4 mens desiderio calefacta concipere et non potest lingua exterioris asserere. unde gratias agentes ipsius caritatis auctori, qui eam in cordibus nostris est dignatus inserere, oremus, ut praecipuum suae largitatis munus in nobis custodire semper et iugiter dignetur augere, quia iuxta apostolum Paulum ipsa est eminentior via quae
5 ducit ad vitam. quod superest, specialiter quaeso, ut communi patrono pro nobis cotidie supplicetis, quia, sicut legitis, multum valet oratio iusti assidua et, sicut ipse dominus noster in evangelio dicit de illo qui tres panes ab amico suo noctis

---

26 Es. XLIII, 25. 26. 34 I. Cor. XII, 30. 36 Iacob. V, 16. 37 Luc. XI, 5.

2 ergo *G* 3 filio», *ras.* a *G* 4 incidere *G* 5. 6. 7 saluto — pro — opportunum — uale] aluto *et* ro *et* um *et* le, *charta laesa, perierunt G* 10 sanitatem *G* alium *G* 11 necessitudine] *Canisius*, necesitate *G*, *cf. infra II, 47* 13 praetermisse *G* 16 fugatum *G* 19 longu *periit G*, *cf. infra p. 235, l. 3* 21 ruricius] rur *periit G* eracliano *G* 22 qui] q *periit G* 25 imputanti] *scripsi*, inputacioni *G* aditur? *G*[1] 30 quantum *G* interiores *G*

Digitized by Google

tempore importune quidem sed salubriter ...., quod improbitati praestitum fuerit *G*
insistentis quod negabatur amicitiis flagitantis. reliqua per portitorem verbo mandavi, 6
quae longum fuit litteris indicari. unde, sicut principium epistulae continet, rogo,
ut pro tarditate veniam dare dignemini. vale.

XXXI.

RURICIUS EPISCOPUS CAPILLUTO FILIO SALUTEM.

Gratias ago pietati vestrae, quod me consolare de civitatis ordinatione dignamini, 1
cum vobis sufficere deo propitio satis abundeque possitis. et ideo, quia qui vobis et
fratribus vestris placet nobis displicere non debet, bene facitis, ut hominem quem
communis consensus elegit ordinetis. sed admonete illum, ut veritati studeat, non 2
falsitati, paci, non perditioni, disciplinae, non discordiae, utilitati publicae, non privatae
cupiditati, iustitiae, non rapinae: tueatur bonos, emendet reos; miseros non faciat, sed
defendat; corrigat sontes, custodiat innocentes, ut ita agens magis futuro possit
placere iudicio quam praesenti.

XXXII.

DOMINO INLUSTRI SEMPERQUE MAGNIFICO FILIO AGRICOLAE RURICIUS EPISCOPUS.

Relectis litteris sublimitatis vestrae, gratias deo egi, quod vos prius revaluisse 1
ordinatione ipsius quam infirmatos esse cognovi, ut nobis anxietatem tolleret et vobis
redderet sospitatem. quam tamen infirmitatem vobis clementer inlatam, propitio potius 2
quam irato ipso domino nostro, pro solita eius pietate conicio. sic enim legimus, quod
corripiat dominus quem diligit; castigat autem omnem filium quem recipit.
quod etiam in vobis, quantum audio, comprobatur, ut, ordinatis affectibus vestris, 3
suum vobis insinuaret affectum, et habitu animoque mutato, iugum vobis suae lenitatis
imponeret, ut salutari currui suo colla subdentes, dum mandatorum suorum leve onus
evehitis, peccatorum gravem sarcinam deponatis. haec est enim mutatio dexterae 4
excelsi, dum de peccatoribus iustos, de extraneis domesticos, amicos sibi facere
dignatur ex servis. superest, ut nunc conversionem quam protulistis in veste probetis 5
in corde et haec commutatio inter indumentum vestrum habeatur et animum, ut sicut
ille sub candidis vestibus habuit hucusque nigredinem, ita nunc sub pullis vestibus
operum luce candescat. peccator enim qua die conversus ingemuerit, tunc salvus 6
erit, dummodo iuxta sancti apostoli Pauli sententiam, sicut exhibuimus hactenus
corpora nostra servire saeculo et iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibeamus
membra nostra servire iustitiae in sanctificationem, nec simus quasi timentes deum,
aliud sermonibus praetendentes, aliud habentes in moribus, aliud ostentantes in
vestibus, aliud actibus comprobantes, ne nos mordeat sermo ille dominicus, sub vestitu

---

21 Prov. III, 12. 22 Hebr. XII, 6. 26 Ps. LXXVI, 11. 32 Rom. VI, 13. 36 Matth. VII, 15.

1 petiit, fieri potest *suppl. Mommsen* praestitum *G* 2 insistentes *G* 3 indicari] *G, ut supra p. 334, l. 19* 4 tardita *G* 7 consolare] *G* ciuitatis] *male G*, antistitis *coni. Lütjohann*, ciuis talis *coni. Mommsen, quid lateat assequi nequeo, nisi forte inter verba* ciuitatis *et* ordinatione *exciderunt* electione et uestra: *nescio an de Caesario Arelatensi episcopo a. 502 ordinato agatur* 8 abundique *G* 9 factis *G* 16 inlustri e, *ras.* e *G* 18 relictis *G*: relectis — 19 cognoui *ex ep. II, 23 Ruricius repetiuit* 19 ut] *Lütjohann*, et *G* 22 castigat] *ex ep. II, 23, supra p. 331, l. 7 inserui, om. G* recepit *G, ut supra II, 23* 24 mutatu *G* iugum] *cf. supra p. 331, l. 35* 25 curui *G* 27 de extraneis] dextraneis G^1 34 scimus *G* 35 praetendentis *G* 36 uestitno *G*

Digitized by Google

G ovium luporum rabiem contegentes, quia oculus ille divinus, sicut scriptum est, omni
7 loco bonos speculatur et malos. sine dubio, quem ad se integro corde transire conspexerit, ipse in cor illius iugi habitatione descendet, ut eo habitatore non careat, cui
8 se praeparavit habitaculum. gratias itaque domino nostro super tam inenarrabili eius bonitate in commune referamus, qui mavult servos suos monere quam perdere, 5
9 corrigere quam punire et pro usura brevis vitae perpetuitatis regna donare. quod superest, saluto plurimum et ancillam vestram vobis peculiari insinuatione commendo, quamlibet hoc salva vestra pietate non egeat, ut quo eam suscipere tanti habuistis affectu, semper foveatis indultu, quae largitate divina utrosque nos sibi paravit ob-
10 noxios, vos avos faciens sua fecunditate, nos proavos. domnam filiam meam desiderio 10 et honore quo dignum est sospito. ob cuius agnitionem, si facultas esset ambulandi, erat voluntas promptissima vos visendi, ut quam interioribus oculis pro affinitatis ipsius coniunctione iugi recordatione conspicimus, etiam exterioribus cerneremus. opto bene agas.

XXXIII. 15

DOMINO SANCTO ET APOSTOLICO OMNIQUE A ME HONORE ET AMORE SPECIALIUS .... FRATRI CAESARIO EPISCOPO RURICIUS.

1 Frater et compresbyter noster Capillutus dupliciter hac vice nobis gratus apparuit, dum et ipse nobis iam diu desideratus occurrit et quandam vestri prae- 20 sentiam nobis per vestras litteras repraesentat. quo redeunte, has reddere procuravi,
2 quibus debitum beatitudini vestrae rependo caritatis officium. quod vero scribitis, cur ad synodum, sicut collocutio habuit nostra, non venerim, fecit hoc infirmitas, non voluntas. ipsi etenim recolere potestis, quam fessum me Burdigala videritis, et hoc
3 hieme, quando esse soleo fortior solito. qui aestivis diebus etiam in hospitio meo et 25 locis frigidis ipsam consuetudinariam infirmitatem sustentare vix valeo, ne dicam, quod
4 illos coetus regionis illius ferre quiverim, si venissem. unde magis spero, ut pro me orare dignemini, et ad tempus aliud quod intimatis, si .... deus vitam cesserit, venire vultis, nobis per hominem vestrum maturius indicetis, quia litteras vestras ad me
5 modo tardissime venisse significo. quin etsi non pro dignitate vel pro aetate non 30 debemus tardius quam alii commoneri, qui fortasse, ut minus prudens dicam, merebamur ambiri; quia si aliis nomen urbium praestat auctoritas, nobis auctoritatem demere non debet urbis humilitas. siquidem multo melius multoque eminentius est, civitatem de sacerdote quam sacerdotem de civitate notescere.

---

1 I. Petr. III, 12.

2 bonus speculator *G* 3 discendit *G* 6 perpetuitatis] *scripsi*, perpetuatis *G*, perpetua *Canisius* 7 plurimum] lu *s. l. G*[1] ancillam] *Papianillam, cf. infra II, 37* peculiare *G* 8 quo eam] coeam *G* 10 domnam] *G* 15 XXXIII] *ad Ruricium Caesarius ep. XII, supra p. 274, miserat* 17 *suppleas* excolendo: *cf. infra II, 40* 19 ac *G* 21 sepraesentat *G* 23 sydonum *G* 24 recolere] le *s. l. G*[1] 25 qui aestiuis] *Leitjohann*, quia stiuis *G* 26 uix] *in ras. G*[2] 27 coetus] *G*, aeres *infra p. 338, l. 19*, aestus *coni. Basnage: Caesarius* sub die III idus Septembris Messala v. c. consule *concilio Agathensi (a. 506) subscripsit* 28 ad tempus aliud] superueniente anno *supra p. 274, l. 23* me, si *suppl. Mommsen* 30 quin] *Mommsen*, quia *G* non debemus] ne debemus *G*

Digitized by Google

XXXIV. *G*

DOMINO SANCTO ET APOSTOLICO MIHIQUE IN CHRISTO DOMINO SPECIALI CULTU AFFECTUQUE CETERIS PRAEFERENDO PATRONO SEDATO EPISCOPO RURICIUS EPISCOPUS.

Dum scribendi vobis, domnis pectoris mei, animus vos sitiens occasionem frequenter 1
inquirit, aliquando diuturna meditatione pertractans repperit idoneum portitorem, per
quem et silentia longa disrumperet et sibi spiritales delicias postularet, oris vestri
cupiens rore respergi. de qua, credo, siti sanctus psalmista dicebat: anima mea 2
sicut terra sine aqua tibi, illa nimirum aqua ariditatem corporis sui restinguere
sobria ebrietate desiderans, de qua dominus noster in evangelio clamare dignatur:
si quis sitit, veniat et bibat. flumina enim aquae vivae de ventre eius
fluunt. hanc aquam Samaritanae etiam idem dominus offerebat, hoc est ecclesiae 3
ex gentibus congregandae, dicens: aqua quam ego dabo fiet in eo fons aquae
salientis in vitam aeternam. hanc aquam si quis fidelis non gustu tantum 4
summo tenus ore libaverit, sed totis animae visceribus appetens conviva sorbuerit,
protinus in laudem domini omnipotentis erumpet et hoc incipiet ructare quod biberit,
sicut beatissimus evangelista atque discipulus, qui super pectus domini recumbere
meruit, mysteria regni caelestis haurivit et in illam vocem quam ante nullus audierat
clamavit: in principio erat verbum et verbum erat apud deum et deus
erat verbum. hoc erat illud verbum, quod sine tempore a patre genitum in tempore 5
creatur ex matre, ut creator fieret; ut esse posset humanitatis quaedam portio divinitatis totius plenitudo et plenitudinem humanitatis portio ipsa humanitatis sua passione redimeret, dum imago invisibilis dei forma fit servi; ut posset impassibilis pati, incomprehensibilis capi, immortalis mori, qui mortem occumbendo perimeret, ut vitam
resurgendo repararet. sed quid ego oblitus mei, avidus tui, quasi de huiuscemodi 6
rebus tecum colloquens et inde in desiderium tui vehementius perardescens, restinguere
sitim meam velut quodam dilectionis rivulo festinans, inscrutabilia et inaccessa pertemptans, quid loquar, qui loquar, cui loquar, non considero? sed dabit, ut confido, 7
veniam pietas, quam committit affectus, quia caritas omnia sustinet. salve itaque 8
plurimum dico individuo mihi pectori vestro et rogo, ut pro me incessanter orare
dignemini, simulque etiam partem corporis mei, per quam vobis has trado, peculiari
insinuatione commendo, ut in illis, quam me diligatis integre, comprobetis. quos vobis 9
eo arbitror fore cariores, quia meam vobis secum deferunt portionem. quibus quicquid
dignati fueritis dilectionis impendere, nobis vos conferre cognoscite, quia, si iuxta
sanctum apostolum minus membrum maiori in dolore compatitur, et maius procul
dubio in minoris prosperitate laetatur. et ita demum fit, ut, omnibus usquequaque 10
membris in pace et quiete compositis, caput totius corporis rector utpote et dominator
exsultet. in quo capite omnia membra iubentur aspicere, dicente propheta: sapientis
oculi in capite eius. quos alius propheta evidenter exponit, dicens: oculi mei 11
semper ad dominum, quia ipse evellet de laqueo pedes meos; et iterum:

---

8 Ps. CXLII, 6. 11 Ioann. VII, 37. 38. 13 Ioann. IV, 14. 19 Ioann. I, 1. 29 I. Cor. XIII, 7. 35 I. Cor. XII, 26. 38 Eccl. II, 14. 39 Ps. XXIV, 15.

5 omnis, *ras.* d *G* 6 inquirit] *G*, inquirit id *coni. Mommsen* idoneum] on *s. l. G*[1] 7 postolare coris? *corr.* postolaret oris *G* 8 site *G* 12 fluunt] *G*, fluent *Vulg.* 13 aquam *G* 14 salientes *G* 16 erumpet] *scripsi*, erumpit *G* 17 atque] *G*[2], ad quem *G*[1] 18 auriuit *G* 21 possit *G* 23 sit *G* possit *G* 25 repararit *G* 27 riuuluo *G* inscrutabilia] c is *ras.* *G*[1] 29 cūmittit *G* 34 dilectiones *G* quia] i *s. l.* *G*[1] iux[ta] *G*[1] 35 dolori *G* 36 minor̄ (*i. e.* minorum) *G* 37 donator *G* 38 sapientes *G* 40 euellit *G*

Digitized by Google

G 12 ad te levavi oculos meos, qui habitas in caelo. erigamus itaque oculos nostri cordis ad Christum et in mundi istius nocte manus nostras operibus fructuosis extollamus ad dominum, ut ipse caput nostrum esse dignetur et nos adhaerere capiti nostro ut utilia corporis sui membra mereamur, ut de hoc saeculo discedentes tamquam .. exitu Israhel de Aegypto dicere redemptori nostro possimus: adhaesit post te anima mea, me autem suscepit dextera tua; cum ea diebus ac noctibus fuerit in corporis huius carcere meditata, unde non confundatur educta. ora pro me.

XXXV.

DOMINO SANCTO ET APOSTOLICO MIHIQUE IN CHRISTO DOMINO SPECIALI CULTU AFFECTUQUE CETERIS PRAEFERENDO PATRONO SEDATO EPISCOPO RURICIUS EPISCOPUS.

1 Per archiatrum Palladium litteras fecundi cordis et facundi oris accepi, quae
2 nos ad visionem mutuam voto pectoris invitabant. sed quid facimus, quod desideriis animorum nostrorum diversa membrorum resistit infirmitas, dum vos nimietate robusti, nos tenuitate exesi corporis impedimur, dum vos alieni et quattuor pedes ferre nequeunt ponderosos, me etiam proprii et duo sustinere prae defectione vix possunt?
3 quo fit, ut implere communia vota nequeamus. ego enim, testis est dominus, quod, si valuissem, ad synodum condictam omni aviditate venissem, sed me a dispositi itineris voluntate necessitas imbecillitatis inhibuit, quia aeres regionis illius praesertim hoc tempore ferre non poteram: quod et vos ita credere confido et pravos ad
4 aliud derivare non dubito. his itaque sufficienter, ut potuimus, indicatis, salutatione animi desiderantis impensa, si dignum ducitis, transmisi vobis caballum, qualem vobis sciebam esse necessarium, mansuetudine placidum, membris validum, firmum robore, forma praestantem, factura compositum, animis temperatum, scilicet nec tarditate pigrum nec velocitate praeproperum, cui frenus et stimulus sit sedentis arbitrium, cui ad evehendum onus et velle suppetat pariter et posse, ita ut nec cedat superposito
5 nec deponat impositum. superest, ut rescripto, quomodo vobis placeat, indicetis, quamlibet ita de individuo mihi corde praesumam, quod vobis etiam mala a me com-
6 missa, non dicam transmissa, complaceant. tanta est enim integri vis amoris, ut in amico nil displiceat, cum magis malum displicere debeat de amico. et hinc illud est, quod iudicia hominum aut amore praepediuntur aut odio, ut recta non proferant.
7 vos vero, quos nec odium exasperat nec inflammat invidia, et iocos nostros libenter accipite et de sospitate vestra vel actibus affluenter instruite, ut, dum vos diutius legimus, copiosius imbuamur. ora pro me.

---

1 Ps. CXXII, 1. 5 Ps. LXII, 9.

3 ut] *Lütjohann*, et *G* 4 ut utilia] *scripsi*, ut illia *G*, ut illa *Canisius* 5 in *suppl. Lütjohann* 8 XXXV] *Sedati epistulae nr. IX, supra p. 273 Ruricius respondet, cui pro caballo transmisso Sedatus gratias agit, supra p. 274, ep. nr. XIII* 12 arciatrum *G* 18 sydonum *G* me a] *Mommsen*, mea *G* 19 regiones *G* 22 desiderantis] *Mommsen*, desiderantes *G* 23 mansuetudine — 27 impositum] *ex ep. I, 14, supra p. 307, l. 39 — p. 308, l. 3 Ruricius exscripsit* placitum *G* 24 forma] firma *G* 26 caedat *G* 27 ut] & *G* 29 in amico] *coni. Canisius*, in amicum *G*, amicum *Mommsen* 31 proferant] *Mommsen*, proferebant *G* 32 locos *G*

Digitized by Google

XXXVI.

G

DOMINO SANCTO ET APOSTOLICO MIHIQUE IN CHRISTO DOMINO SPECIALITER EXCOLENDO FRATRI CAESARIO EPISCOPO RURICIUS EPISCOPUS.

Qui occasiones scribendi nobis invicem pro mutua caritate inquirimus, oblatas 1
praetermittere non debemus, ut conferat nobis quandam praesentiae portionem sermo
mediator, qui emittitur nec amittitur, tribuitur et habetur, videtur discedere nec
recedit, a me dirigitur, a te suscipitur, a me scribitur, a te legitur nec tamen dividitur,
cum quasi divisus integer tamen utriusque corde teneatur, quia verbi more divini
traditur et non egreditur, confertur indigenti et non aufertur auctori, accipientis lucrum
sine dispendio largientis, ditans inopem nec attenuans possessorem. ideoque, veniente 2
illo dulcissimo meo nepote Parthenio, has per ipsum dare non distuli, ut et meam
vobis praesentiam litteris exhiberem et ipsum pariter commendarem; cui quicquid
dignati fueritis dilectionis impendere, nobis vos praesentare noveritis. simulque etiam 3
peculiarius rogo, ut pro me ipsisque pignoribus nostris incessanter oretis. nec impediant
affectui amorum nostrorum spatia interiecta regionum, quia qui in domino, qui praesens
est ubique, se diligunt, non credendi sunt disparati corpore, cum pari in eo mente
iungantur. ora pro me.

XXXVII.

RURICIUS EPISCOPUS DULCISSIMIS NEPOTIBUS PARTHENIO ET PAPIANILLAE.

Postquam pietas vestra discessit, dimidium esse me sentio, quia maximam mei 1
partem, hoc est interiorem hominem, residente corpore, vobiscum ambulasse cognosco,
ita tamen quod et vos in pectore meo, quod hic remansit, manere conspicio. saluto 2
itaque dulcedinem vestram et, ut verborum meorum memores sitis, admoneo, quia
certum est, vos iuxta Salomonis sententiam posse in bonis, deo dirigente, proficere, si
seniorum consilia et amori habeantur et usui. opto bene agatis.

XXXVIII.

RURICIUS EPISCOPUS FRATRI PETRO EPISCOPO.

Quia oboedientia sacrificiis antefertur, ideirco rusticitatem meam malo prodere 1
quam perdere caritatem: scientia enim inflat, caritas, ut ipsi melius nostis,
aedificat. quam ob rem, quia iussistis, ut vos per singulas occasiones et de meis 2
actibus facerem certiores et desiderium vestrum, quod mihi non meo merito sed
generali et insita vobis dilectione dependitis, alloquio temperarem, me quidem

---

27 Prov. XII, 15. 31 I. Cor. VIII, 1.

5 qui — 11 possessorem] *cum epistula II, 5 ad verbum fere conveniunt* occasionis *G* 7 mediator] *Canisius coni.*, meditator *G*, meditatur *supra II, 5* discendere *G, ut supra II, 5* 9 integri *G* 11 dictans *G, ut supra II, 5* 12 parthenio] *scripsi, cf. Greg. Tur. hist. Fr. III, 36*, parthemio *G* 13 commendare *G* 14 presentare *G*, praestare *coni. Lütjohann* 15 incensanter *G* 16 qmorum *corr.* amorum *G*[1] 17 disparati] *cf. supra p. 312, l. 25* cum] ‥ || (cñ *suppl. G*[1]) *G* pari] *Lütjohann*, p & *G*, pariter *Canisius* 20 parthemio *G* 22 dimidium] *G, scribas* divisum? *ut supra p. 311, l. 9. 318, l. 37* 23 cognosco *corr.* cognusco *G*[1] 24 remansit] uos *repetit G* 33 meo] *e corr. G*[1] 34 alloqui *G* quidem *versu exeunte G*: deo *suppl. Canisius*

Digitized by Google

G propitio fortiorem deo, sed plane omne hospitiolum nostrum diversis incommodis
3 laborare significo. peculiarius rogo, attentius domino supplicetis, ut qui nobis incolumitatem vestris orationibus reddidistis, et his opem ac medellam divinae misericordiae intercessionis vestrae patrocinio conferatis. ora pro me.

XXXIX.

DOMINIS SUBLIMIBUS ET MAGNIFICIS FILIIS EUDOMIO ET MELANTHIAE RURICIUS EPISCOPUS.

1 Quam gravis mihi orbitatis vestrae sit luctus, testis est pectoris mei conscius
2 deus: quod verbis subtilitatis vestrae indicare non possum. nam ita animum meum doloris vestri passio sauciavit, ac si unum de propriis affectibus perdidissem, quia me vobis proximum et quodam modo consanguineum bene mecum agendo fecistis. atque ideo, quia labores et angustias nostras frequenter in vos pro vestra dignatione
3 suscipitis, iustum est, et nos vestris, cum acciderint, participare maeroribus. si enim iuxta apostoli sententiam unius corporis membra sibi invicem compatiuntur et con-
4 dolent, decet nos quoque eorum incommoda .... saepe percipimus. dolemus itaque casui vestro et planctibus vestris interesse nos credimus. sed quid facimus, domni filii, quod voluntati divinae resistere nec possumus nec debemus et omni sollicitudine praecavere, ne dum dulcia nobis pignora nimio dolore deflemus, blasphemi quidem et iniuriosi inveniamur in domino et gravius animas nostras auctor ipsius mortis, inventa
5 occasione, confodiat, quam carorum amissione percussit. ideoque in omni amaritudine vel dolore ad deum nobis est refugiendum et ad illum omnes casus nostri toto corde
6 referendi, qui sanat vulneratos, qui relevat maestos, qui consolatur adflictos. et illa sancti Iob sententia omnino dicenda est: dominus dedit, dominus abstulit, sicut domino placuit, ita factum est; sit nomen domini benedictum. et ille hoc quando dicebat, decem filios cum omni facultate perdiderat nec tamen blasphemare aut damno aut dolore compulsus est, sicut dicit scriptura: in omnibus quae
7 acciderunt ei nihil peccavit labiis Iob. quod ego pietati vestrae scribere pro mutua caritate praesumpsi, ut dolorem animorum vestrorum, quem litteris meis
8 mitigare non poteram, vel divinis eloquiis utcumque moderarer. vere, si mihi quasi vestro creditis cordi, non minimum potestis capere de Christi domini voluntate solacium, quod, quatenus ipsum immaturus manebat interitus, talem eum est dignatus assumere, qualium regnum docuit esse caelorum; ut et patronum haberetis ex filio et minus doleretis amissum, quem a domino videbatis assumptum. opto bene agatis.

---

14 I. Cor. XII, 26. 23 Iob I, 21. 26 Iob II, 10. 32 Matth. XIX, 14.

1 porciorem G^1, forciorem G^2 deo sed plane] *Mommsen*, sed eu (heu G^2) planum (*corr.* plenum G^1) *G* 3 red]distis *G* ac medellam] a medellam *G*, a medella *coni. Mommsen* 7 melantiae *G* 9 subtilitatis] *G*, sublimitati *coni. Basnage* 11 quadam modo consanguineam (*corr.* consanguineum G^1) *G* 12 uos] *Lütjohann*, uob *G* 13 accederint *G* 15 eorum] *verso exeunte G*: miserere quorum *suppl. Lütjohann*, persentire, quos a nobis indiuiduos esse *post* incommoda *suppl. Mommsen* percepimus *coni. Lütjohann* 16 sed — 33 assumptum] *cum epistula II, 3 conveniunt* domni] *G* 18 quidam *G* 21 omnis *G* 22 consolator *G* 24 et — 27 Iob] *supra p. 313, l. 3 desiderantur* 27 accederunt *G* 28 quem] sciebam quod *in ep. II, 3 add.* 29 moderarer uere] moderare reuere *G* 32 qual (ifi regnũ docuit *in ras.* G^1) *G*, qualium regnum dixit *supra II, 3* ex] & *G*

Digitized by Google

XL.

G

DOMINO SANCTO ET APOSTOLICO MIHIQUE IN CHRISTO DOMINO CULTU AFFECTUQUE SPECIALIUS EXCOLENDO PATRONO VICTORINO EPISCOPO RURICIUS EPISCOPUS.

Frater et compresbyter noster Capillutus, licet apices vestros nobis non detulerit 1
in charta relegendos, tamen potius exhibuit in corde conscriptos, unde eos nec fur
auferre nec violentus eripere nec imber eluere nec vetustas possit abolere, dum mihi
fidelis admodum vestri pectoris consors et dicatissimus delator saepius inculcat et
dulcius, qualiter me et quam assiduae dilectionis dente ruminetis; non quod in me sit, 2
unde caritatis vestrae pascere possitis esuriem, qui solidos et numquam perituros cibos
et accipere soliti estis et dare; sed, quando fortior esca defuerit, tenuitatem nostram
pro lactis poculo sorbeatis, ut desiderium pii cordis et puri alimento innocentiae
temperetis. nec mirum est hoc tamen in vestra virtute miraculum, ut diligatis vene- 3
rantes vos, qui odientes amare consuestis; siquidem et ad augendam circa nos cari-
tatem vestram duo lumina nostra detinetis, Aurelianum dico atque Leontium. pro 4
quorum spe et consummatione rogo ut indesinenter divinae misericordiae, sicut vos
confido facere, supplicetis et cum illis iterum pro nobis semper oretis, quia fiducialiter
credo, quod profectioni vestrae et illorum incipientiae pro ipsa adhuc teneritudine a
nutritore domino nil negetur. salutem itaque uberem dico pietati vestrae, quantum 5
potest promere oris effatus, non quantum cordis poscit affectus, et rogo, ut praefatos
dulcissimos stimulos pectoris mei nostro nomine sospitetis nosque, quotiescumque se
opportunitas porrexerit portitoris, benedictionis vestrae imbribus irrigetis. ora pro me.

XLI.

RURICIUS EPISCOPUS APOLLINARI SUO SALUTEM.

Affectus sublimitatis vestrae in visceribus nostris violentus exactor est et 1
amori vestro me potius quam pudori meo servire compellit, dum non considerat, quo
sermone, qua pagina, tantum vestris imperiis obsequamur. cogitis enim nos auribus 2
peritiae vestrae verbis rusticis iniuriam frequenter inferre, dum apices nostros saepius
vultis accipere: pareo voluntati vestrae, pareo iussioni. malo enim de me ipso tibi 3
magis quam mihi credere, quia pietatis, non potestatis est quod iubetis. et ideo quae
displicuerint emendabitis procul dubio potius quam prodetis, siquidem nihil est
imperiosius caritate, cui quisque toto corde se dederit, libenter et vincula illius
impacta patietur et onera inlata portabit, dum praecipientis imperium non invitus
excipit, sed devotus exercet. praestabit itaque divina misericordia, ut, tumultibus 4
temporis huius vel necessitatibus aut deletis in perpetuum aut parumper oppressis,
citius fructus nos faciat de nostra capere praesentia, ut desideria quae incitantur
affatibus aspectibus mitigentur.

---

4 uicturino *G* 5 capices, *exp.* c *G*[1] 6 potius] *Mommsen*, totius *G*, totos *coni. Lütjohann* 7 uetustus *G* obolere *G* 8 fidelos *G* ammodum *G* pector *G* dicatissimus delator] *Mommsen*, decacissimus lelator *G*, deditissimus delator *Canisius* 9 dilectionis] *G*[2], dilectiones *G*[1] 11 accepere *G* 14 consuistis *G* 15 detinetis] *Canisius*, etinetis *G* aurilianum *G* 18 incipientiae] *G*, *cf. ep. Caesariae Arelat. apud Martene et Durand, Anecd. tom. I, p. 4* : qui vobis incipientiam donare dignetur et perfectionem 20 effatus *corr.* affatus *G* prefatus *G* 21 dulcissimus *G* nostro] n̄ (*i. e.* non) *G* 24 appollonari *G* 30 potestati *G* 31 mendabitis *G* 32 derit *G* 33 inuitus] non *repetit G* 34 praestauit *G* tumultiba *G* 35 deletis] *Mommsen*, dilectis *G*[1], diletis *G*[2] paruum per *G* 36 citius] *G*[2], ·itius *G*[1] fructus nos] *G*[2], f·cti·s ·os *G*[1], *cf. infra II, 63* 37 affatibus *G*, *cf. infra II, 63* mitigentur] finit *add. G*

Digitized by Google

G

XLII.

DOMINO DEVINCTISSIMO ET MIHI OMNI HONORE VENERABILI FRATRI LEONTIO RURICIUS.

1 Gratias ago, quod et nostri curam gerere et novitate holerum, quae libenter habere nos nostis, nos reficere tanti habuistis; quod et consuetudini praestatis pariter 5
2 et amori. ideoque, redeunte puero vestro, reddo reciprocum sospitationis officium et, ut de suscepto deo propitio officio indesinenter cogitetis, admoneo, quia deus non initium boni operis, sed finem requirere comprobatur, dicens: qui perseveraverit
3 usque in finem, hic salvus erit. praestabit, ut credimus, misericordia ipsius, ut qui paenitendi vobis animum inspirare dignatus est, ipse vobis et in augendo virtutem et in consummatione plenam tribuat pro sua miseratione remissionem, qui solus 10 potest et sanare corrupta et reparare collapsa et delere commissa et abolere praeterita, conservare praesentia et donare ventura.

XLIII.

RURICII AD DOMNUM CONSTANTIUM. 15

1 De deliciis transmissis gratias ago et, quantum indicastis, tantum me utrarumque avium suscepisse significo. simulque etiam per pueros ipsos, qui nobis haec detulerunt, tergus aprunum me pietati tuae indico transmisisse, ut, dum nos volatilia
2 quae transmisisti deliciamur, tu bipede de quadrupede facto satieris. cuius tamen malo carne quam vita capiaris, quia qui semper de saecularibus cogitat et iugiter 20 terrena meditatur, huic animanti a scriptura divina merito comparatur; quia de omnibus animalibus solus homo sublimis creatus est et effectus, ut auctorem suum semper caelo intentus aspiciat, non mundialia opera solo incessabiliter defixus exerceat.

XLIV.

AD DOMNUM AMBROSIUM EPISCOPUM RURICIUS EPISCOPUS. 25

1 Apostolica praecepta nos commonent, ut a quibus divina percipimus, eis terrena praebeamus. quod nos vel in hac dumtaxat parte servantes pro caelestibus epulis, quas nobis et sermone vivo et patrum tractatibus ministratis, legumina marina transmisimus; per haec nil nos habere proprium comprobantes, siquidem et a divinis bonis
2 sumus, quae vos tribuitis, peregrini et vobis peregrina transmittimus. itaque, quia 30 nos a mannis caelestibus exsulare et solis terrenis sedibus incubare cognoscimus, a vobis specialius postulamus, ut haec aliena a nobis libenter accipere et vestra nobis dignemini frequenter impendere. illud sit affectionis, hoc ministerii; illud doctrinae praestetur, hoc gratiae.

---

8 Matth. X, 22. 21 II. Petr. II, 22.

2 deuictissimo *G* uenerabilo *G* 3 leoncio *G* 4 nouitate, *ras.* t *G* 5 nos nostis *corr.* non nostis G^1 9 praestauit *G* misericordiam *G* 11 consummationem *G* 13 uentura] finit *add.* *G* 15 rurici *G* domnum] *G* 18 tua *G* 21 terrenam *G* animanti a] *Lütjohann*, animantiae *G* 22 effectus] *malim* erectus 25 domnum] *G* 26 nos] G^2, non G^1 30 uobis] *Lütjohann*, uos *G* 31 mannis] *scripsi*, marinis *G*, mensis *Lütjohann*, *cf. Iuvenc. carm. in Exod. 663:* mannamque caelestem 33 doctrinae] coquinae *coni. Mommsen* 34 praestitur *G*, praestatur *Canisius*

Digitized by Google

XLV. G

AD DOMNUM HISPANUM RURICII EPISCOPI.

Ago gratias, quod, dum nobis Doranoniae spolia transmittitis, pietatem vestram 1
erga me sincerissimam comprobatis, qua nos amplius quam deliciis delectamur:
siquidem inde esuriem corporis compescemus, hinc cordis; inde ventri transitorium
porrigimus pastum, hinc vero animo mansurum praebemus affectum. proinde tam 2
amori quam muneri vestro gratias repensantes, reciprocis pietatem vestram plurimum sospitamus. et quia de nostra dignaris esse salute sollicitus, iuxta vota pietatis vestrae me valere significo simulque deposco, ubi sanctum pascha facturi sitis, me recurrentibus instruatis.

XLVI.

RURICII EPISCOPI AD PRESBYTERUM ALBINUM.

Ubi ad me communis luctus nuntii rumore pervenit, quod tamen miratus sum, 1
quod non hoc prius ex germanitatis vestrae relatione cognovi, ipse ad vos requirendos
continuo venissem, nisi me dierum horum reverentia retardasset. has transmisi, quibus 2
spero, ut me excusatum habere dignemini et filiam nostram, quam audio se vehementer affligere, ad vicem meam tam ex ratione quam ex vestra auctoritate consolemini, quod dominus noster de servo suo et quando voluit et quod voluit fecit. et 3
ideo contra voluntatem domini venire videbitur, cui displicet divina praeceptio: utique
divina, quia animam nostram ille solus, cum voluerit, ex corpore potest educere, qui
fudit in corpore. et idcirco luctus iste nimius, qui videtur esse pietatis, magis ex 4
diaboli consilio quam ex pietate descendit, ut, dum dolor consolationis impatiens querellis suis deum impietatis exprobrat, qui praemisit filium per humanam condicionem, per incredulitatem animam perdat. plangant mortui mortuos suos, quos 5
resurrecturos esse non credunt, qui animam cum carne aestimant interire, quibus nulla de beatitudine animae, nulla de corporis restauratione fiducia est. nos vero, qui spem 6
resurrectionis habemus in Christo, qui animas nostras iuxta pollicitationem ipsius domini in sanctorum sinibus credimus collocari, ad ipsum nos corde et orationibus conferamus et consolationem de ipsius promissione capiamus, quod credentes in se
secum vivere faciat nec ullus apud eum nisi infidelis mortuus iudicetur. et ita planctus 7
nostros, sicut scriptura nos edocet, temperemus, dicens: luctus sapientis septem diebus, impii vero omnes dies vitae suae. sicut scimus illum mortuum corpore, anima vero pro innocentia sua deo vivere, ita nos viventes corpore corde moriamur.

XLVII.

RURICII EPISCOPI AD TAURENTIUM.

Ago gratias promptissimae in domino devotioni et sincerissimae erga me cari- 1
tati vestrae, quae divinae bonitatis imitatrix dat quod a me sibi prospicit supplicandum,

---

24 Luc. IX, 60. 31 Eccli. XXII, 13.

2 domnum] *G* rurici *G* 3 doranoniae] *G*, Duranius *Sidon. carm. XXII, 103*, Dornonia *Greg. hist. Fr. VII, 28. 32*, dora nomine re *Canisius* 5 uestri *G* 7 repensantis *pagina 256 exeunte G:* obsequiis *suppl. Lütjohann, cf. infra II, 50*, litteris *subaudiri vult Mommsen* 10 me recurrentibus] *cf. supra I, 7* instruatis] finit *add. G* 12 rurici *G* 13 nantii *G* 14 latione *G* 19 indebitur *G* displicit *G* 20 ex] & *G* 24 plangant — 27 in christo] *cf. II, 4, supra p. 314, l. 29* 26 de beatitudine] beatitudine *G* 28 sinibus] *G*, finibus *Canisius* 30 planctos *G* 33 uiuentis *G* moriamur] finit *add. G* 35 rurici *G* taurencium *G* 37 diuina *G* dat quod a] *Mommsen*, id quod *G*

Digitized by Google

G priusquam rogetur, et nostrum praeoccupare benevolentia sua festinat officium; dum non solum custodire, verum etiam augere initum sibi gestit affectum, quem
2 idcirco beneficiis anticipando laetificat, quia ad modicum contristare formidat. et ideo mavult offerre tacenti gratiam quam praestare poscenti, sciens procul dubio, plus in eo esse meriti, quod spontanea benignitate defertur, quam quod precibus indulgetur; siquidem horum unum non nisi necessitate datur necessitudini, aliud vero saepe etiam
3 precatoris sedulae dimittitur improbitati. unde salve reciprocum dicens, de pietatis vestrae promissione securus puellam vestram in rem directis pueris vestris me consignasse significo, cui confido quod iuxta pollicitationem vestram non solum veniam sed etiam gratiam pro nostra intercessione tribuatis.

XLVIII.

RURICIUS EPISCOPUS DOMINO VENERABILI FRATRI IOHANNI.

1 Magnus communis susceptus quod voluntarie facere debuerat fecit nunc necessitate compulsus, ut ad venerationem tuam commendaticias flagitaret et se gratiae tuae, etsi propter neglegentiam suam de praeterito ingratus, per insinuationem nostram
2 nunc tamen gratificandus ingereret. cuius petitioni ideo promptius adquievi, quia
3 credidi, sicut et confido, vos petitioni meae libenter adnuere. unde, salutatione depensa, spero, ut ipsum pro intercessione nostra recipere tanti habeatis. et quia hoc quod debuit reddidit, usuras illi solidorum ipsorum non tantum pro precibus nostris
4 quantum pro divinis praeceptis donare digneris. quod pro conversatione vestra, qua vos deo propitio per dies singulos audio proficere, sine dubitatione praestetis, quia ipsi nostis, quod ille regnum dei laetitia et gratulatione percipiet et in montem domini glorificatus ascendet, qui pecuniae suae usuram non in praesenti saeculo a proximo suo exegerit, sed a domino exspectaverit in futuro; nec per dolosa beneficia laqueos laborantibus inicit insolubilium debitorum, sed illius est fenerator et creditor, qui dicit: date et dabitur vobis, et qua mensura mensi fueritis, ea remetietur
5 vobis. infidelis utique et iniquus est etiam sibi, qui hoc quod elegit concupiscendum non vult habere perpetuum. quamvis enim quicumque multa condat, multa congreget et infinita diversis nundinationibus adquirat, mendicus de hoc mundo discedet, nisi de rebus suis portionem suam ad aeternam beatitudinem ante praemiserit, dicente domino
6 per prophetam: ne timueris, cum dives factus fuerit homo et cum multiplicata fuerit gloria domus eius, quia non, cum morietur, recipiet omnia neque simul descendet cum eo gloria domus eius; et iterum: dormierunt
7 somnum suum, et nihil invenerunt omnes divitiarum in manibus suis. qui si benigni essent animae suae, illi potius bona sua crederent, qui et idoneus fideiussor
8 est pauperum et largissimus redditor usurarum. non ergo cupidus sis, carissime frater, nunc recipere in duplo, quod dominus redditurum se tibi promittit in centuplo, unde nec a tinea poteris pertimescere exterminium nec a fure formidare dispendium, quia ipse dominus noster munerum suorum et largitor et custos est.

---

7 Luc. XI, 8. 22 Matth. V, 1. 26 Luc. VI, 38. Matth. VII, 2. 31 Ps. XLVIII, 17. 18. 33 Ps. LXXV, 6. 37 Matth. XIX, 29. 38 Matth. VI, 19.

2 initum] *Mommsen*, id (*corr.* in G^1) istum *G*, in me istum *Lütjohann* 3 formidate *G* 5 indulgetur] *Canisius*, intellegitur *G* 6 necessitudinis *coni. Lütjohann* 9 pollitacionem *G* 12 ēps] *fere eraunit G* 13 uoluntariae *G* 14 commendatias *G* 16 ingerere *G* 23 ascendit *G* 26 mensuram *G* 29 discendit *G*, discedit *coni. Mommsen* 33 discendit *G* 34 omnes] uiri *add. Vulg.* in] *add. Vulg.*, *om. G* 37 centuplo] *Lütjohann*, centuplum *G* 38 a tinea] *Canisius*, catenea *G* exterminum *G* 39 custo *G* est] finit *add. G*

Digitized by Google

XLIX. *G*

APRUNCULO EPISCOPO RURICIUS EPISCOPUS.

Exegit mutui amoris affectus ad individuam mihi sanctitatem vestram sola ex 1
causa litteras destinare, etiamsi non se occasio opportuna porrigeret. unde per 2
hominem filii mei Leontii has ad apostolatum vestrum dedi, quibus, sospitatione praelata, quam ex sententia, deo favente, valeatis, inquiro, quia ipsi nostis, incolumitatem vestram nostram esse laetitiam; sperans, ut, redeunte praefato, nos reddatis de vestris actibus propitia divinitate securos, quos videtis esse de prosperitate sollicitos.

L.

RURICIUS EPISCOPUS CERAUNIAE SALUTEM.

De sincerissima, qua nos pro benignitate animi tui non pro nostris meritis 1
dignaris excolere in domino, caritate confidens, securus has ad venerationem tuam direxi, quibus in domino ac deo nostro salutem uberem dicens, specialiter rogo, ut ea quae per servum vestrum Amandum verbo reseravi, si possibile est, nobis sine dilatione praestare dignemini; quia haec res et nos relevare potest et vobis nullum potest afferre dispendium, quod ego pro beneficio maximo computabo. iterum, in quo 2
iusseritis vel usus exegerit, vicem reciprocis obsequiis repensare contendam.

LI.

RURICIUS EPISCOPUS CENSORIO EPISCOPO SALUTEM.

Litteras sanctitatis vestrae, etsi per occasionem, accepisse me gratulor. non enim 1
interest, utrum ex necessitate aut ex voluntate, dummodo inter se invicem qui se diligunt colloquantur et quos corpore locorum intervalla discriminant animorum ac sensuum colloquia fida coniungant; quia hoc nobis generale vel maximum virtus divinae pietatis indulsit, ut qui nos aspectu carnali non possumus contueri, spiritali cernamus obtutu. unde, redeunte gerulo litterarum, has, sicut iniunxistis, reddere 2
procuravi, ut et sollicitudini vestrae et mutuae caritati pariter responderem. salve 3
itaque apostolatui vestro plurimum dependo et hoc quod apicibus meorum testimonio voluistis agnoscere, utrum Sindilla porcos suos prudente Foedamio perdidisset, noveritis me apud homines meos, ubi fuerunt, diligenter perquisisse. sed, sicut ante iam 4
noveram, magis et istos laborem, faciente facinore Sindillae, perpessos esse et ipsum porcos suos per perversitatem suam, dum de adversa parte esse se iactitat, amisisse cognovi; ceterum praefatum Foedamium illi in nullo culpabilem, nam quod pertulit nulli alii nisi sibi debet ex omnibus imputare. in qua causa quantum ego con- 5
templatione vestri, ut homines vestri aut a custodia liberarentur aut porcos vestros reciperent, laboraverim, ipsis iam referentibus, plenius potuistis agnoscere; quod

---

3 ex] *G*, ea *coni. Mommsen* 4 distinari *G* porrigeret] *scripsi*, porregerit *G*, porrexerit *Canisius* 5 leonti *G* praelat *G* 6 nosti *G* 8 de] *om. G* 10 caerauniae *G* 11 qua] a qua *G* 12 uentionem *G* 14 reserani] *Mommsen*, speraui *G*: uerbo mandastis *infra II, 63* 16 benefitium *corr.* benefitio G^1 maximo] *e corr.* G^1 17 exigerit *G* 19 censurio *G* 22 quos — discriminant] *cf. supra II, 10* 24 diuinae] *Lütjohann*, diui|acte *G (in transitu a pagina ad paginam)*, diu iactae *Canisius* 28 prudente] *G*, prodente *coni. Lütjohann* 30 facinore sindillae] *Mommsen*, facis indilae *G*, paci sindilae *Canisius* perpessus *G* 31 per] *om. G* 33 sibi] *om. G*, *suppl. Lütjohann* quandum *G* contemplationi *G* 35 reciperint *G* ipsos — referentes *G*, ipso — referente *coni. Mommsen*

Digitized by Google

G 6 propterea necesse non fuit litteris indicari. vestrum est hominem verum iuste ab huius calumniae obiectione defendere, quam eum iniuste scriptis nostris agnoscitis sustinere.

LII.

RURICIUS EPISCOPUS STEFANO SUO SALUTEM.

1 Ita me paucissimis diebus ad cultum suum pietas vestrae sanctitatis inlexit, ut, cum vos deo propitio corde detineam et oculis mentis intuear, tamen semper, affectu instigante, perquiram; quia scilicet ut breve videtur omne quod dulce est, ita inexplebile 2 est omne quod carne est. et omnipotenti deo gratias super tam admirabili dono eius refero, quod ita generaliter servis suis tribuere ineffabili dispensatione dignatus est, ut hi qui disparantur corpore animis iungerentur neque esset aliquid tam longinquum tamque difficile, quod mentium obtutibus non obviaret, sed per cordis intuitum ibi se in- 3 vicem diligentes caritatis contemplatione conspicerent, ubi caritas ipsa consistit. quo fit, ut devinctio vestra, quae in visceribus meis iugi recordatione, dum cotidie renovatur, augetur, amoris vestri mihi vicissitudinem repromittat et animus meus mihi animorum vestrorum fideiussor assistat, dum tantum sibi audet de vestra dilectione praesumere, 4 quantum vobis concupiscit impendere. salutem itaque beatitudini vestrae plurimam dico et rogo, incessanter communi domino supplicetis, ut secundum divitias bonitatis suae atque virtutis, cui omnia possibilia confitemur, etsi in hoc saeculo nos propter vitae istius turbedines ac procellas et regionum intervalla saepius videre non possumus, vel ad illam urbem, quae aedificatur ut civitas, faciat convenire, ad quam nos misericordia domini poterit perferre, vos merita.

LIII.

RURICIUS EPISCOPUS RUSTICO FILIO SALUTEM.

1 Extra affectum consuetudinarium et probatum et humanitatem nobis dignaris impendere, dum usibus tuis detrahis, quod nostris largiaris expensis; quia, puero vestro referente, cognovi, quod piscationis in Visera pro parte vestra nobis iusseras delicias 2 ministrari. unde, salutatione depensa, gratias ago plurimas, exorans divinam misericordiam, ut pro honore, quem nobis pro ipsius timore dependitis, et praesentium dierum vobis conferat felicitatem et beatitudinem tribuat futurorum.

LIV.

RURICIUS APRUNCULO EPISCOPO SALUTEM.

1 Sicut litteras sanctitatis vestrae per virum venerabilem Elogium cum gratulatione 2 suscepi, ita has, eodem redeunte, libenter emisi. quibus apostolatui vestro debitum

---

21 Ps. CXXI, 3.

1 iustae *G* 2 qua meum iniustae *G* 4 *tota fere epistula ex aliis excerpta est* 6 ita — diebus] *cf. ep. II, 9, supra p. 317, l. 32* 8 scilicet ut] *Mommsen*, scilicet *G* 9 carne] *G*, carum *coni. Canisius* et — 13 consistit] *ex ep. II, 10 Ruricius exscripsit* 10 refero] *ex ep. II, 10 supplevi, om. G* 11 hii *G* 12 tamque] *om. G* non] *ex ep. II, 10 supplevi, om. G* obuiarit *G* discordis *G* ibi] inde *ep. II, 10* 13 diligentis *G* quo — 17 impendere] *ex epistula Victorini nr. VII, supra p. 271, et ex epistula II, 9 Ruricius hausit* 15 augeretur *G* uisitudinem *G* et] *ex ep. II, 9 supplevi, om. G* 17 plurimū *G* 19 cui — 22 merita] *ex epistula I, 17 repetivit, at nonnulla addidit* etsi] *supra I, 17*, ut si *G* 20 turbidinis *G* 22 merita] *epistula ad Praesidium data, supra II, 12, hoc loco repetita est G* 28 ministrare *G* 29 praesentium dierum] *scripsi*, presentierum *G*, praesentium *coni. Mommsen* 30 futurorum] finit *add. G*

Digitized by Google

dependo sospitationis officium simulque deposco, ut pro nobis orare dignemini et id *G*
a communi domino peculiarius postulare, ut iam tandem aliquando in unum venire et
nos videre mereamur, ut caritas, quae secundum sententiam dominicam in pectoribus
nostris per absentiam, quod peius est, refrixit, per praesentiam iterum in sopitis
5 cineribus suscitetur et vivis vocibus quasi novis flatibus veteris amoris redivivum
reparetur incendium: quod more atque virtute ignis illius, quem dominus misit in 3
terram, et spinas neglegentiae nostrae atque desidiae vi naturae potentis exurat et
tenebras dormientis cordis inluminet.

LV.

10 ## ITEM ALIA RURICII AD IPSUM EPISCOPUM.

Assiduitas supplicantum supplet in nobis gratiae communis officium, ut hoc quod 1
facere debeamus per mutuae dilectionis affectum faciamus per externae necessitatis
imperium, dum alienae tribuimus petitioni, quod propriae debere nos cognoscimus
caritati, ut haec litterarum necessitudo esset ex voluntate necessitudinis iucunda, non
15 ex calamitate deplorantis extorta. tamen quia spontaneam scribendi neglegimus 2
gratiam, saltim praetermittere non debemus ingestam. ideoque per fratrem et com- 3
presbyterum nostrum Maxentium, quem nobis frater noster episcopus ipsius com-
mendavit, dedi, quibus, sospitatione depensa, ipsum apostolatui vestro secundum quod
postulavit insinuo, quia illic notos et amicos habere se dicit, qui eum beatitudini
20 vestrae possint in praesenti plenius intimare, quorum testimonio possit credi, quod
assertioni ipsius fortasse non creditur.

LVI.

ITEM AD IPSUM.

Filii nostri Ommatius et Eparchius ad me litteras plenas lacrimis et deploratione 1
25 miserunt, specialiter deprecantes, ut apud sanctitatem vestram pro ignorantia ipsius
filii nostri Eparchii intercessor existerem; confidentes, quod pro amore mutuo nihil
nobis negare deberetis. ideoque presbyterum nostrum Eusebiolum ad pietatem vestram 2
in hac causa direxi. per quem saluto plurimum et rogo, ut praefato, sicut decet,
sufficienter admonito, indulgentiam errori illius dare pro nostra supplicatione digne-
30 mini, quia sicut in defensione peccati stulte atque infideliter perduranti culpa, donec
agnoscat reatum, non debet relaxari, ita agnitio peccati debet conferre veniam con-
fitenti. remedium est enim mali confessio non simulata delicti nec ultioni publicae 3
relinquitur locus, ubi reus, conscientia torquente, punitur.

---

3 Matth. XXIV, 12. 6 Luc. XII, 49.

1 dependo] *coni. Canisius*, deponendo *G* 4 peius] *scripsi*, peris *G*, *cf. infra II, 64* sopitis] *Lütjohann*, sospitis *G* 5 flatiba *G* 7 et tenebras] *Lütjohann*, tenebras *G* 8 inluminet] finit *add. G* 10 rurici *G* 11 supplicantum] *Lütjohann*, supplicatum *G* 12 debeamus per] *scripsi*, debeamus super *G*, debemus super *coni. Mommsen* affectum] *G*, affectu *Mommsen* 14 necessitudo, quae esset *coni. Mommsen* non ex] *scripsi*, nouo *G*, non iuuet *coni. Mommsen* 17 epis *G* 18 dedi., *ras.* t *G*: has *desideratur, ut supra II, 2* 19 hare *G* 24 fili *G* ommatius] *scripsi*, omacius *G* 26 eparchi *G* 27 ideoque] *Lütjohann*, idemque *G* 28 caus *G* dicit *G* 29 supplicatione dignemini] *coni. Mommsen* (quia *reputans male geminatum*), supplicationem iniqua *(corr.* iniquia *G*[1]*) G*, supplicatione minime iniqua *Canisius* 30 defessione *G* stultae *G* 31 non] *om. G, suppl. Canisius* conferre] *in ras. G*[1]

Digitized by Google

G

LVII.

ITEM ALIA RURICII AD IPSUM.

1 Ante diem quam litteras vestrae sanctitatis acceperim, compresbyterum meum, sicut, ipso referente, poteritis agnoscere, ad germanitatem vestram in eadem qua mihi scripsistis causa direxeram, ut, quia mihi non solum ipse filius noster Eparchius sed etiam frater suus flebiliter per litteras supplicarant, apostolatui vestro precator
2 accederem. quibus et confessione culpae et deprecatione veniae et consanguinitatis affectu compulsus indulsi, quia vos mihi super hac re scripturos esse non credidi.
3 sed quia humilitatem meam dignati estis pro ea quae inter nos est deo propitio caritate consulere, ut vobis, utrum iusta esset vestra districtio, meis potissimum apicibus indicarem, sciat domnus meus, quod ego factum vestrum et probo et collaudo et vehementer admiror; quia, dum uni in desperato per admonitionem gladii spiritalis pro reddenda salute intulistis dolorem, multis contulistis languentibus sanitatem: multi
4 etenim in ecclesia, qui curari nequeunt verbo, sanantur exemplo. superest, severitatem misericordia subsequatur, ut recipiatis lenitate patris quem corripuistis auctoritate pontificis, et iuxta illum evangelicum invocantis, quem nos per omnia et sequi et oportet imitari, qui filio paternae substantiae decoctori et facinus confitenti non solum veniam clementer impertiit, verum etiam pristinam gratiam libenter indulsit, et nos condoleamus lapso, subveniamus attrito, amplectamur reversum, laetemur inventum.
5 quod et apostolatum vestrum propterea fecisse certus sum, ut paululum infirmantem filium excluderetis a matre, ut eum ipsi post modicum restitueretis incolumem, et eum contristaretis ad tempus, de quo gaudere concupiscitis in aeternum.

LVIII.

RURICIUS EPISCOPUS FILIO SEVERO SALUTEM.

1 Neglegentiam nostram atque pigritiam vos excusatis, non arguitis, et nos
2 beneficiis et officiis vestris agnoscimus debitores. sed scio hoc sincero amore quo nos diligitis facere atque perfecto, quia parum est caritati vestrae, quod nobis tribuitis, dum totos vos nobis et cotidie impendere desideratis. sed nobis satis superque
3 sufficeret benevolentia tam prompti animi, etiamsi assiduitas deesset obsequii. unde, salutatione depensa, gratias ago uberrime pietati vestrae, quod erga me bonae memoriae patris vestri non solum retinetis, sed etiam vicistis affectum.

LIX.

RURICIUS EPISCOPUS FILIO STHORACHIO SALUTEM.

1 Ago atque habeo uberes gratias pietati vestrae, quod nos neglegentiam famulorum nostrorum rescire fecistis, dum subvectionem congruam, quam nobis callidus

---

16 Luc. XV.

2 rurici *G* 3 compresbyterum] *Eusebiolum, cf. supra p. 347, l. 27* 7 quibus] *Lütjohann*, qui *G*, cui *coni. Mommsen* confessionem *G* 10 ut] *Lütjohann*, et *G* 11 domnus] *G* 12 in desperato (*subaudias* casu)] *coni. Mommsen*, indisperato *G* spiritalis] *coni. Canisius*, spiritale *corr.* spiritali G^1 14 superest] ut *suppl. Lütjohann* 15 lenitatem *G* 16 inuocantis] *G*, invocetis *emendavit Mommsen* 17 oportit *G* decoctori] *cf. I, 2. II, 23* 18 impertiit, uerum] *Canisius*, inperti. iterum *G* 19 amplectemur *corr.* amplectamur G^1 21 eum] *s. l.* G^1 incolomeno *G* 25 uos excusatis, non] *Mommsen*, non uos excusatis *G* 28 uos] suos *G* 29 tam] *Lütjohann*, quam *G* etiamsi assiduitas] *Lütjohann*, etiam siduitas *G*, et assiduitas *Canisius*, etsi assiduitas *Mommsen* 30 uberrimae *G* pietatis *G* 31 patres *G* 33 sthorachio] *G, i. e.* Σταυράκιος 35 rescire] *Lütjohann*, nescire *G*, scire *Basnage*

Digitized by Google

subtraxerat inimicus, benignus subministravit affectus. quem idcirco nobis dominus 2 *G*
hoc ad tempus permisit inferri, ut et nostram patientiam per iniuriam et vestram
erga nos caritatem per compatientiam comprobaret ac sine dispendio facultatis nostrae
vobis lucrum operis per beneficium dilectionis afferret.

LX.

RURICIUS EPISCOPUS FILIO VITTAMERO SALUTEM.

Familiares nos vobis facit vestra dignatio, dum hoc quod a nobis libenter offertur 1
a vobis gratanter accipitur; siquidem illud munus acceptabile probatur et dulce, quod
non magnitudo insinuaverit, sed commendarit affectio. quae res facit, ut ad per-
solvendum vobis spontaneae devotionis obsequium etiam id habeamus in votis, quod
non habemus in verbis. itaque, salutatione depensa, ..., quia centum pira sublimitati 2
vestrae, alia centum filiae meae destinare praesumpsi; quae si fortasse displicuerint
saporis gustu, placebunt, ut confidimus, transmittentis affectu.

LXI.

RURICIUS EPISCOPUS FRATRI NAMATIO.

Saluto plurimum et spero, ut, si secundo crastino non potueris, vel tertia feria 1
ad nos venire digneris, quia desiderio tuae caritatis accensi et nos dicimus cum
propheta: anima mea sicut terra sine aqua tibi. defecit spiritus meus. ne
avertas faciem tuam. ne moreris adventum, ut pectoris nostri, quem parvi 2
temporis solacio suscitastis, exstinguatis incendium.

LXII.

RURICIUS EPISCOPUS FILIO VITTAMERO.

Gratias ago dignantissimae erga me sublimitati vestrae, quod nos de actibus 1
atque incolumitate vestra, quos nostis deo propitio pro amicitiarum iure sollicitos,
facitis litterarum sedulitate securos. unde his reciprocum reddo nobilitati vestrae 2
salutationis officium et me has de Decaniaco ad vos dedisse significo, meam quoque
vobis favore divinitatis, quam vobis placere confido, indicans sospitatem. praestabit 3
dominus, ut citius hinc regressus vestris merear obtutibus praesentari, ut cuius benignitate vestra incitastis desiderium, visione sollicitetis affectum.

LXIII.

RURICIUS EPISCOPUS FRATRI CLARO EPISCOPO.

Apostolatui vestro pro ea quam mihi non pro meis meritis sed pro bene- 1
volentia animorum vestrorum impenditis caritate, non dicam, vicem non possum

---

18 Ps. CXLII, 6. 7.

2 inferri] *Mommsen*, inferre *G* 3 conpacientia conprobarit *G* dispendio] *Lütjohann, cf. supra p. 315, l. 37, p. 339, l. 11*, dubio *G* 7 familiaris *G* 11 habemus. In uerba itaque salutatione depensa *coni. Mommsen* uerbis] *coni. Canisius*, uerba *G* significo *suppl. Lütjohann* pera *G* 19 peccaris *G* quem] *G* 20 incendium] finit *add. G* 24 sollicitus *G* 25 securus *G* 26 meam quoque] *Lütjohann*, meamque *G* 27 quam uos *G*

Digitized by Google

G repensare beneficiis, sed nec tantas gratias, quantas meremini, sermonibus explicare.
2 impendo tamen per litteras debitum sospitationis officium partemque pectoris mei, in quo affectum vestri aviditate suscepi, paginae collocutione transmitto. simulque deprecor, ut communi domino supplicetis, ut citius nos faciat fructum de nostra capere praesentia, quosque suae inspirationis instinctu conexuit, vultuum etiam mutua visione coniungat, ut desiderium in nobis, quod accendit affatus, restinguat obtutus.
3 de columnis vero gratias ago et, sicut iussistis, quia modo propter imminentem hiemem vehicula illo dirigere non possum, post sanctum pascha propitia divinitate transmittam.
4 de minoribus vero, sicut verbo mandastis, si inveniri possunt, mihi vel decem necessarias esse significo. sed si dominus prospera universa concesserit, antequam vehicula dirigam, ad vos hominem destinabo.

LXIV.

RURICIUS EPISCOPUS FRATRI VOLUSIANO EPISCOPO.

1 Ita, quod peius est, caritatem antiquam et insitam nobis, partim, quam confitendum est, neglegentia nostra, partim necessitate temporis, partim corporis infirmitate faciente, longa delevit oblivio, ut penitus immemores nostri facti non solum vos
2 nullis officiis mutuis sed nec litteris requiramus. miror, nobilitatem tuam quasi filium ad me litteras destinare, cum sine ullo respectu religionis aut propinquitatis tibi in-
3 iuriae nostrae sic placeant, ut eas vindicare non velis. unde, nisi existimationem personae meae aut officii cogitassem, portitorem litterarum tuarum talem ad te remiseram, quales homines meos non matrona vestra, sed domina procax nimium et effrenata perduxit; cuius mores si tu tanto tempore cum famae tuae diminutione aut voluntarie aut necessitate supportas, alios noveris nec velle ferre nec esse contentos.
4 nam quod scribis te metu hostium hebetem factum, timere hostem non debet extraneum qui consuevit sustinere domesticum.

---

4 ut — 5 praesentia] *haec ex epistula quae dicitur Severi de ultimo iudicio c. 1 (ed. Halm p. 219):* quod meis votis et orationibus tuis de nostra nos fructum faciat capere praesentia, *exscripta esse Baluze, Miscellanea, Praef. censuit; cf. supra I, 16* 5 instinctum *G* uultum *G* 7 columnis] *cf. Fortun. carm. IV, 5, 11:* tempore quisque suo fundans pia templa patroni | iste *(Ruricius senior)* Augustini, condidit ille *(iunior)* Petri 14 partem *semper G* quam] *G, expungit Mommsen* 16 delebit *G* inmemoris *G* nos] nos *G* 19 uellis *G* 23 noluntariae *G* 24 ti *G* metu hostium] *cf. Greg. Tur. hist. Fr. X, 31:* et ob hanc causam hic pontifex suspectus habitus a Gothis, quod se Francorum ditionibus subdere vellet, apud urbem Tholosam exilio condempnatus, in eo obiit habetem *G* 25 domesticum] finit. FINIUNT EPISTULE DOMNI RURICII EPISCOPI LEMOUICENI *add. G*

Digitized by Google

LOCI SIMILES AUCTORUM
SIDONIO ANTERIORUM.

In locis auctorum priorum, qui Sidonianorum similes essent, componendis ut meo labori non pepercisse me aequi iudices non negabunt, ita ut par fuit quae vetustiorum auctorum doctrina congessit diligenter adhibui.

Scilicet Savaro in adnotatione amplissima ad Sidonii epistulas et carmina, quae edidit Parisiis a. 1599, numero plurimis quos congessit locis similibus huius meae syllogae tamquam fundamentum posuit. Selegi inde non sine labore reiectis multis utilia. Adhibui item cum fructu quae Ludovicus Jeep de Sidonio Claudiani imitatore Claudianorum carminum editioni inseruit (vol. II praef. p. LVII sqq. Lps. 1879) nec non Rudolphi Bitschofsky libellum, qui inscribitur: de C. Sollii Apollinaris Sidonii studiis Statianis. Vindobonae 1881. Praeterea plus minus profuerunt libri qui sequuntur:

M. Fertig, *Apollinaris Sidonius und seine Zeit.* Würzburg-Passau III voll. 1845—48.
H. Kretschmann, de C. Sollii Apollinaris Sidonii latinitate. II voll. Memel 1870—72.
C. Purgold, *archaeologische Bemerkungen zu Claudian und Sidonius.* Gotha 1878.
P. Mohr, in Apollinaris Sidonii epistulas et carmina observationes crit. Sondersh. 1877.
" , zu Sidonius carmina. Laubach 1881.
M. Kulla, quaestiones Statianae. Vratisl. 1881 p. 28 sqq.
Gustafsson, de Apollinari Sidonio emendando. Helsingf. 1882.
M. Hertz, analecta ad carminum Horatianorum historiam. V p. 16 sq. Vratisl. 1882.

Accedunt Sidonii operum editiones et Sirmondi altera quae prodiit Parisiis 1652 et quam curaverunt Grégoire et Collombet Lugduni 1836. Denique multum profeci ex indicibus a Carolo Schenkl Ausonii opusculis (Berol. 1883) et Aviti operibus a Rudolpho Peiper (Berol. 1883) additis.

Scriptorum potiorum quibus usus sum quas adhibui editiones hae sunt:

Apulei metamorphoseon libri XI rec. F. Eyssenhardt. Berol. 1869.
Ausonii opuscula rec. C. Schenkl. Berol. 1883.
Biblia sacra vulgatae editionis. Lugduni 1676.
Claudiani carmina rec. L. Jeep. Lps. II voll. 1876—79 (carminum numeris usus sum Gesnerianis).
Frontonis epistulae rec. S. A. Naber. Lps. 1867.
Martialis epigrammaton libri ed. F. G. Schneidewin. Lps. 1861.
Persii satirarum liber ed. O. Jahn. Lps. 1843.
Petronii satirarum reliquiae ex rec. F. Buecheleri. Berol. 1862.
Plinii epistulae et panegyricus ex rec. H. Keilii. Lps. 1870.
L. Annaei Senecae opera rec. C. R. Fickert. III voll. Lps. 1842—45.
Senecae tragoediae rec. F. Leo. Berol. II voll. 1878—79.

Statii silvae rec. Aemil. Baehrens. Lps. 1876.
„ Achilleis et Thebais rec. Ph. Kohlmann. Lps. 1879—84.
Symmachi epistulae ed. Seeck. Berol. 1883.
Vergilii opera rec. O. Ribbeck. III voll. Lps. 1859—62.

In carminibus Statium (cf. Sid. c. IX 226 sqq. XXII § 6), Claudianum, Vergilium (IV 21, 2 et a. l.), in epistulis Plinium iuniorem (I 1, 1. IX 1, 1 sq. IV 22, 2) et Symmachum (I 1, 1. c. IX 303 sqq.) Sidonio signiferos atque antesignanos fuisse in dissertatione mea, quae est de Apollinaris Sidonii studiis (Vratisl. 1885) demonstravi. Omnium maxime Plinii scribendi genus scriptor Arvernus amplexus est, ut, sicut dixi l. c. p. 56, quidquid reperitur apud Sidonium Plinianis simile, a Plinio eum sumpsisse tuto statuas.

In universum de hac mea opera eadem valent quae de similibus syllogis omnibus: utrum ex ipso eo, quem attuli, scriptore hauserit imitator, an ex alio hodie deperdito cum saepe dubium restet, hoc contendo eundem locum iam antea item tractatum esse id quod eo dignius est memoratu quo saepius vel certius idem auctor expilatus esse invenitur. Sic ad subtiliorem litterarum historiae notitiam perveniemus penitusque uniuscuiusque scriptoris perspiciemus ingenium.

Locos iam in huius editionis adnotatione suo loco adlatos distinxi praeposito asterisco.

Scripsi Vratislaviae IV ante Id. Oct. a. h. s. LXXXVI.

Eugenius Geisler.

I 1,1 : Diu praecipis ... ut, si quae litterae paulo politiores ... fluxerunt, prout eas causa, persona, tempus elicuit (*cf.* IX 11,3), omnes retractatis exemplaribus ... uno volumine includam. *cf.* II 10,2 : si qui versiculi mihi fluxerint.	*Plin.* I 1,1 : Frequenter hortatus es ut epistulas, si quas paulo curatius scripsissem, colligerem publicaremque. Collegi non servato temporis ordine (neque enim historiam componebam), sed ut quaeque in manus venerat. — retracto *leg. ap. Plin.* IV 9,23. V 8,6. VIII 21,6. IX 10,3. IX 15,2. IX 35,2. IX 40,2.
I 1,2 : quem .. nec (Iulius Titianus) ... digna similitudine expressit. *cf.* VII 13,5.	*Plin.* V 16,9 : patrem mira similitudine exscripserat. (*cf.* VI 16,5 : cuius similitudinem et formam non alia magis arbor quam pinus expresserit.)
: servandam singulis ... temporum suorum meritorumque praerogativam. *cf.* I 9,2.	*Symm.* I 77 : cui .. iuris praerogativa servanda est.
I 1,3 : tuaeque examinationi has litterulas ... defaecandas, ut aiunt, limandasque commisi.	*Plin.* I 10,11 : illi te expoliendum limandumque permittas.
: sciens te inmodicum esse fautorem non studiorum modo verum etiam studiosorum.	*Plin.* VI 6,3 : erat non studiorum tantum, verum etiam studiosorum amantissimus. IV 28,2 : quia tibi studiorum summa reverentia, summus amor studiosorum. (VIII 12,1 : colit studia, studiosos amat, fovet, provehit.)
(*cf.* V 10,1 : amore studiorum te singulariter amat. *cf.* II 10,1.)	(I 13,5 : neque .. est fere quisquam, qui studia ut non simul et nos amet.)
: nos .. haesitabundos.	*Plin.* I 5,13 : haesitabundus.
I 1,4 : deliramentis.	*Plaut. Amph.* II 2,64 : deliramenta loquitur. *Menaechm.* V 5,21.
: volumina ... multiplicabuntur.	*Plin.* I 1,2 : fiet, ut ... requiram (sc. epistulas) et .. non supprimam.
: percopiosis .. sermocinationibus. *cf.* IV 7,3. V 10,1.	*Plin.* IX 31,1 : percopiosus fuisti.
I 2,1 : in quantum epistularis pagina sinit. *cf.* I 9,7. VI 11,2. VII 2,9.	*Plin.* IV 17,11 : latius et uberius quam epistularum angustiae sinunt. *cf.* II 5,13 : ne modum .. in epistula excedam. *cf.* VII 9,16. IX 13,26. *Fronto* 66,18. 114,20. 192,18.
: qui eum minus familiariter intuentur.	*Plin.* VI 8,2 : qui alterutrum nostrum familiarius intuentur. *cf. Paneg.* 87 : quos .. familiariter inspicere dignatur.
: felicitatis dote sociata.	*Plin.* III 3,4 : cum ceteris naturae fortunaeque dotibus.
I 2,2 : a planitie frontis in verticem caesaries refuga (*cf. Aritus c.* I 204 *p.* 302 *Perper*).	*Lucan.* X 132 : refugosque gerens a fronte capillos.
: pilis .. fruticantibus.	*Iuv.* IX 15 : fruticante pilo.
I 2,3 : cutis ... iuvenali rubore suffunditur.	*Plin.* I 14,8 : facies .. multo rubore suffusa. *Paneg.* 2 : multo pudore suffunditur. *cf. Paneg.* 48.
: recedente alvo.	*Plin.* III 6,2 : venter recessit.
I 2,4 : pellitorum turba satellitum.	*Cl. Rutil. Namat. itin.* II 49 : satellitibus pellitis.
I 2,6 : placent fercula nitore, non pondere.	*Lamprid. Alex. Sev.* 34 : pocula mediocria sed nitida ... ducentarum librarum argenti pondus ministerium eius numquam transit.

Digitized by Google

SIDONII EPISTULARUM

I 2,8 : timet timeri.	*Cl. Claud.* XXI 341 : ne timeare, times.
I 2,9 : mimici sales, sed ita ut nullus conviva mordacis linguae felle feriatur.	*Plin.* III 21,1 : plurimum in scribendo et salis haberet et fellis. *cf. Mart.* VII 25,3. *Auson. epist.* 11,19. 15,5.
: lyristes (*cf.* VIII 11 v. 25).	*Plin.* I 15,2 : lyristes. IX 17,3. IX 36,4.
: mesochorus.	*Plin.* II 14,6 : mesochorus.
I 2,10 : ego non historiam, sed epistulam efficere curavi.	*Plin.* VI 16,22 : aliud est enim epistulam aliud historiam, aliud amico aliud omnibus scribere. *cf.* VI 20,20. (I 1,1 : neque enim historiam componebam.)
(*cf.* III 3,9 : sed quid ego istaec iusto plusculum garrio, qui laborum tuorum non ex asse historiam texere, sed pro parte memoriam facere praesumpsi.)	
I 3,1 : dignitati ... incumbam.	*Plin.* VII 27,9 : ceris et stilo incumbit.
I 3,2 : aures rauci voce praeconis everberat. *cf.* VII 9,9.	*Plaut. Amph.* I 1,177 : vox aures ... verberat. *Lucan.* VII 25 : tuba verberet aures.
I 3,3 : sarcire dispendium.	*Symm.* VII 122,1 : dispendium ... sarciat.
I 4,1 : o terque quaterque beatum *cf. Avit. c.* V 547 *p.* 306.	*Verg. Aen.* I 94 : o terque quaterque beati.
I 5,1 : Romae positus.	*Symm.* IV 61,3 : Romae posito. *cf.* VIII 19,1. II 57,3.
: campos proeliorum replicatione monstrabiles. *cf.* III 7,2. IV 3,5.	*Plin.* VI 21,3 : est enim probitate morum .. monstrabilis. *cf.* VI 6,3. (*cf. Paneg.* 88 : frugalitate Pisones, sapientia Laelii, pietate Metelli monstrabantur.)
: voluptuosum. *cf.* II 9,1.	*Plin.* III 19,2 : voluptuosum.
: ordiar a secundis, quibus primordiis maiores nostri *e. q. s.*	*Symm.* IV 19,1 : a prosperis ordiendum est.
I 5,4 : caerulum Adduam, velocem Athesim pigrum Mincium,	*Claud.* XXVIII 195 *sqq.* : Addua visu caerulus et velox Athesis tardusque meatu Mincius.
: qui Ligusticis Euganeisque montibus oriebantur.	*ib.* 193 : Ligures Venetosque ... amnes.
: ripae ... quernis acernisque nemoribus vestiebantur. *cf.* II 10 *v.* 20 *sq.* : campum ... vestit saxea silva.	*Plin.* VIII 8,4 : ripae fraxino multa, multa populo vestiuntur. *cf.* II 17,15 : hortum morus et ficus frequens vestit.
: nidorum strues imposita nutabat.	*Senec. Thyest.* 465 : imposita nutat silva.
I 5,5 : Cremonam ... cuius est olim Tityro Mantuano largum suspirata proximitas.	*Verg. eclog.* IX 28 : Mantua vae miserae nimium vicina Cremonae.
: tantum, ut exiremus, intravimus.	*Mart.* I *praef. v.* 4 : tantum veneras, ut exires.
I 5,7 : Rubiconem ... qui originem nomini de glarearum colore puniceo mutuabatur quique olim Gallis cisalpinis Italisque veteribus terminus erat.	*Lucan.* I 214 *sq.* : puniceus Rubicon, ... Gallica certus limes ab Ausoniis disterminat arva colonis.
: Metaurus .. decoloratis gurgitibus.	*Hor. c.* II 1,33 *sq.* : gurges .. decoloravere. *cf. c.* IV 4,38 *sq.*
I 5,8 : Calaber Atabulus.	*Hor. sat.* I 5,78 : Atabulus.
: pestilens regio Tuscorum.	*Plin.* V 6,2 : gravis et pestilens ora Tuscorum.
: vitrea Velini ... Naris sulpurea.	*Verg. Aen.* VII 517 : sulpurea Nar albus aqua fontesque Velini.
I 5,9 : membris male fortibus.	*Plin.* IV 21,4 : si hunc saltem fortem et incolumem .. fortuna servaverit. *cf.* IV 1,7. VI 4,3. VII 23,1. *Front.* 186,15.
I 5,10 : tumultuosis foribus obversor.	*Plin. Paneg.* 48 : obversabantur foribus. *Plin.* VI 16,13 : limini obversabantur.
I 5,11 : occupatissimam vacationem. *cf. c.* XXIII 483 *sq.* : quibus vacasse laudandam reor occupationem. *cf.* V 7,2 : in otio occupationes.	*Plin.* IX 6,4 : otiosissimis occupationibus.

Digitized by Google

SIDONII EPISTULARUM

I 6,1 : Olim quidem scribere tibi concupiscebam. — *olim* : *cf.* IX 13,1. VIII 12,8.	*Plin.* I 11,1 : Olim mihi nullas epistulas mittis. — *olim* : *cf.* II 10,6. VI 34,1. VIII 9,1. *Paneg.* 6. 24. *Senec.* 77,3.
I 6,3 : inter busequas rusticanos subulcosque ronchantes.	*Apul. apol.* 10 : vir ultra Virgilianos opiliones et busequas rusticanus. *cf. Apul. met.* VIII 1. *florid.* I 11. *de deo Socr. (ed. Luetjohann)* 23.
: pingui otio.	*Plin.* IX 3,1 : pingue illud ... otium. V 6,45 : otium ... pinguius. (I 3,3 : in alto isto pinguique secessu. VII 26,3 : mollemque ... et pinguem vitam.)
: num minus est ... personam suam excolere quam villam? *cf.* VIII 4,1 : domini plusne sit cultum rus an ingenium.	*Plin.* IV 6,2 : nec agrum ... sed ipsum me studiis excolo.
I 6,4 : frugibus rupta congestis horrea.	*Verg. georg.* I 49 : illius immensae ruperunt horrea messes.
I 6,5 : conatuum tuorum socius adiutor, praevius particeps ero.	*Plin.* VI 9,2 : ego precum tuarum minister adiutor particeps ero.
I 7,1 : Angit me casus Arvandi nec dissimulo, quin angat. *cf.* IV 11,1 : Angit me nimis damnum saeculi mei.	*Plin.* V 5,2 : angit me super ista casus ipsius. VII 19,1 : angit me Fanniae valetudo. *cf.* IV 21,2.
: hic quoque cumulus accedit laudibus imperatoris, quod ... — *accedo* : *cf.* III 12,5. IV 1,1. VII 10,2. VII 17,4. VIII 3,6.	*Plin.* III 18,7 : accedet ergo hoc quoque laudibus principis nostri, quod ... — II 1,6 : hic supremus felicitati eius cumulus accessit. *cf.* III 7,7. *accedo* : *cf.* I 20,3. *Symm.* V 42.
I 7,4 : et inter principalia patriae nostrae decora ponendi. *cf.* IV 4,1.	*Plin.* VIII 12,1 : et inter praecipua saeculi ornamenta numerandus.
I 7,7 : superforanea. *cf.* IV 11,4.	*Symm.* III 48 : superforanei laboris est.
I 7,9 : pumicatusque. *cf.* VIII 3,5.	*Plin.* II 11,23 : hominis ... pumicati.
: sub invidia sordidatorum.	*Plin.* VI 2,3 : sub alterius invidia.
I 7,11 : miser nec miserabilis erat. *cf. Arit. c.* III 95.	*Ovid. Ibis* 115 : sisque miser semper nec sis miserabilis ulli.
I 7,13 : exilio muneretur.	*Plin.* IV 11,13 : exiliumque molle velut praemium dedit.
I 8,1 : ais.	*Plin.* VI 20,1 : ais. *cf.* VII 4,1. VII 28,1.
: Araris potor. *cf.* IV 17,1. *c.* V 479.	*Hor. c.* II 20,20 : Rhodanique potor.
I 8,2 : te Ravennae felicius exulantem auribus Padano culice perfossis municipalium ranarum loquax turba circumsilit.	*Mart.* III 93,8 *sq.* : meliusque ranae garriant Ravennates et Atrianus dulcius culex cantet. *Verg. Georg.* III 431 : ranisque loquacibus.
I 8,3 : caeli sui dote *cf.* II 14,1.	*Plin.* I 24,4 : praediolum ... quod commendatur his dotibus. II 17,29 : tot tantisque dotibus villulae.
I 9,1 : serietatem *cf.* IX 13,5. *c.* XXIII 440.	*Auson.* XV 4,6 : serietas.
: quae rebus actitandis ianuam campumque patefecit. *cf.* III 7,2 : trepidationi ... ianuam securitatis aperuerit. — *cf.* I 11,13. I 2,8. VI 3,2.	*Plin.* I 18,4 : illa actio mihi ... ianuam famae patefecit. (*cf. Paneg.* 70 : patet enim omnibus honoris et gloriae campus.)
I 9,2 : genii potius quam ingenii : *vid. c.* X 20.	
I 9,6 : si quid experto credis. *cf.* VIII 12,8. *cf. Arit. c.* III 305 *p.* 304.	*Verg. Aen.* XI 283 : experto credite. *Front.* 176,10 : siquid mihi credis.
I 9,7 : heroicorum phaleris. *cf.* IV 3,8 : phalerati sermonis.	*Symm.* I 89,1 : praeter loquendi phaleras. *Front.* 54,14.
I 9,8 : panegyricus, etsi non iudicium, certe eventum boni operis accepit.	*Plin.* V 20,2 : egi .. non sine eventu : nam bene an male, liber indicabit.
: volo paginam glorioso id est quasi Thrasoniano fine concludere Plautini Pyrgopo-	*Terent. eunuch.* *Plaut. mil. glor.*

Digitized by Google

SIDONII EPISTULARUM

linicis imitator ... videre mihi videor, ut rideas, quia perspicis nostram cum milite comico ferocisse iactantiam. *cf.* IV 7,2.

Front. 132,24 : equidem videre me *(corr.* te *Heindorfius)*, et arte complecti ... videor mihi.

I 10,1 : eum tibi sodalem veterem mihi insinuas. *cf.* V 1,3. V 15,1. VII 2,2. VII 4,1. IX 10,2.

Plin. Paneg. 62 : illos animo Caesaris insinuavit. *Symm.* IV 20,2 *et a. l.*

I 10,2 : Tiberina tetigisse.

Symm. IV 58,1 : Tiberina tetigerunt.

I 11,1 : cui namque grammaticum vel salutanti Calaber ille non dixit:

sq. : **Hor. sat.* II 1,82 *sq.*

I 11,2 : carpebant plurimum vitia, plus homines. *cf.* IX 3,7 : ridebis plurima, plura culpabis. IX 9,10 : plurima ardenter plura pompose.

